

ANALYSIS,
Praemissis Praeliminaribus,
UTRIUSQUE AD
CORINTHIOS
EPISTOLAE.

Errata ita corrigat Benevolus Lector:

In Analysi prioris Epist. ad *Corinthios.*

Pag. 4. lin. 3. in notis ame l. a me.
lin. 4. meus communi cavi. lin. meis communicavi, tempore.
8. lin. 9. *Actor.* VIII. 2. l. *Act.* VIII. 17.
9. 11. illum. l & illum.
43. 10. LXXXIII. l. LXXXIV.
44. 1. II. A. II. B.
100. 11. simulque praetextum Adversariorum & praedicationis Evangelii &c. : Simulque praetextum Adversariorum suorum & praedicationis Evangelii puri, & pro mixturâ &c.
194. 5. in notis. linxit. l. unxit
6. cul. l. cui.
360. lin. 7. effisiendum. l. efficiendum.
810. lin. 1. in notis. substantam l. substantiam.

SPECIMINA ANALYTICA
IN
EPISTOLAS PAULI SEX,
Ratione ordinis temporis, quo ſcriptae ſunt,

Utraſque AD THESSALONICENSES, AD GALATAS, AD EPHESIOS, & Utraſque AD CORINTHIOS.

Inſervientia, conſideratis attentè ad ſingulas Prolegomenis,

INVESTIGATIONI

SENSUS, SCOPI, ET FILI SERMONIS ILLARUM:

A D O R N A T U M

AB

HIERONYMO VAN ALPHEN,

S. S. Theol. DOCTORE, & in Univerſitate, quae TRAJECTI ad RHENUM eſt,

PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO.

IN DUOS TOMOS DIVISA

Quorum prior quatuor ordine primas continet, Alter, duas ordine ſequentes.

TOM. II.

EDITIO SECUNDA.



TRAJECTI ad RHENUM.

Apud GISBERTUM á PADDENBURG, & FILIUM, 1746.

PROLEGOMENA
IN
EPISTOLAM PAULI
PRIOREM
AD
CORINTHIOS.

ARTICULUS PRIMUS.

De Titulo, & Sinceritate hujus Epiſtolae.



Itulus hujus Epiſtolae eſt: Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ἡ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολὴ πρώτη.

De hujus Inſcriptionis veritate dubitari cum ratione non poteſt: Non tantùm, quia nullam lectionis varietatem repererunt ſagaciſſimi & diligentiſſimi Critici; conſentiente etiam antiquiſſimâ *Syriacâ* verſione, ut de reliquis taceam: Sed etiam *Euſebius* teſtis eſt, eam numerari inter illas Epiſtolas, de quibus dubitatum non ſit, ſed & univerſim

agnitum esse, quod a *Paulo* ad hanc, cujus nomen in fronte gerit, Ecclesiam exarata sit, vide *Eusebium Hist. Eccles.* Lib. VI. Cap. 20. pag. m. 223. coll. cum Lib. III. Cap. 3. pag. m. 72.

Nec opus est, ut generali hoc testimonio contenti simus; plura quoque dantur specialia, eaque antiquissima, ex quibus constat hanc Epistolam passim agnitam esse, tamquam genuinum Apostoli *Pauli* foetum.

Clemens Romanus in Epistolâ suâ ad *Corinthios* primâ pag. m. 174. hanc nostram Epistolam manifestissimè laudat, tamquam Epistolam a *Paulo* scriptam ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς, idque ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, quod *Cottelerius* rectè interpretari videtur, tamquam declarans, quod in ipso *Christianismi* exordio, adeoque ante plures alias scripta sit. Vide *Cottelerium Patt. Apostoll.* Tomo I. §. 47. pag. m. 174.

Irenaeus, vetustissimus quoque Scriptor, Lib. I. *adv. haereses* Cap. 3. pag. m. 107. Editionis *Parisiensis*, *Massueti*, disertè dicit, quod ipsi quoque haeretici verba, quae leguntur 1 *Cor.* I. 18. tamquam verba *Pauli* objecerint. Simile quid de verbis 1 *Cor.* XI. 6. observandum est, apud eumdem *Irenaeum* Lib. II. Cap. 3. pag. m. 174. Ut & de illis, quae reperiuntur 1 *Cor.* XV. 40. & XI. 14. & 15. apud Eumdem Lib. I. Cap. 8. pag. m. 39. Ex quibus locis patet tùm ab *Irenaeo*, tùm ab ejus Adversariis pro genuinâ agnitam esse hanc Epistolam.

Ipse *Irenaeus* Lib. III. Cap. 18. pag. m. 209. tamquam *Pauli* verba ad *Corinthios* scripta, profert ea, quae Cap. I. 23. & X. 16. & XV. 3. & 4. hujus Epi-

pistolae

piſtolae leguntur. Pariter Lib. II. Cap. 19. pag. m. 144. tamquam *Pauli* verba laudantur ea, quae 1 *Cor*. I. 26. & 28. extant. *Paulo* tribuit illa verba, quae Cap. II. 6. habemus. Lib. IV. Cap. 8. pag. m. 40. Et Lib. II. Cap. 28. illa, quae 1 *Cor*. XIII. 9. leguntur.

Imò non tantùm a *Paulo* eſſe profectam eam Epiſtolam, ſed & eamdem ad *Corinthios* ſcriptam eſſe ex *Irenaeo* diſcimus; nam Lib. IV. Cap. 38. pag. m. 284. verba, quae nunc etiam *Graecè* extant, ex 1 *Cor*. III. 2. & 3. profert, quae *Paulo* ad *Corinthios* loquenti tribuit. Sic verba quoque textûs 1 *Cor*. XIII. 9. 12. & Cap. XV. 36. laudat tamquam verba, quae extent in priori ad *Corinthios* Epiſtolâ. Lib. V. Cap. 7. pag. m. 300. 301. Sic magnam, eamque continuam, partem Capitis X. profert, & *Paulo*, ad *Corinthios* ſcribenti tribuit *Irenaeus* Lib. IV. Cap. 27. pag. m. 264.

Juſtinus Martyr, vel quiſquis ſit Auctor antiquus *Expoſitionis Fidei*, *Juſtino* adſcriptae, pag. m. 296. Editionis *Commelinianae*; tamquam Beati *Pauli* verba citat, quae extant in hac Epiſtolâ Cap. XII. 11.

Tertullianus de *praeſcriptione adverſus haereticos* pag. m. 241. Editionis *Rigaltii*, ea, quae legimus 1 *Cor*. III. 2. diſertis verbis dicit *Paulum* ad *Corinthios* ſcripſiſſe. Et pag. m. 243. ſcribit *Tertullianus :* Paulus *in primâ ad* Corinthios *notat negatores & dubitatores reſurrectionis;* Reſpiciens certè ad Cap. XV. hujus Epiſtolae. Sic eâdem hac Epiſtolâ contra *Marcionem* utitur. pag. m. 595. ſive Lib. V. Cap. 10. Pariter verba, quae extant 1 *Cor*. XV. 51. laudat *Tertullianus*, ut a

Paulo ad *Corinthios* ſcripta. pag. m. 410. Libro de *Reſurrectione carnis.*

Origenes quoque contra *Celſum* Lib. III. pag. m. 115. ea, quae dicta ſunt 1 *Cor.* XII. 8. & 1 *Cor.* II. 6. profert tamquam dicta *Pauli.*

Longè plura ex his ipſis aliiſque omnis aetatis hiſtoriae Eccleſiaſticae Scriptoribus addi poſſent. (*a*)

Speciatim conſiderari meretur, quod ad hanc attinet Epiſtolam, confidentia, quâ *Tertullianus* haereticos obtundat, de *praeſcriptione haeret.* pag. m. 245. his verbis: *Age jam, qui voles curioſitatem meliùs exercere in negotio ſalutis tuae, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas adhuc cathedrae Apoſtolorum ſuis locis praeſident, apud quas authenticae eorum Litterae recitantur, ſonantes vocem & repraeſentantes faciem cujuſque: Proxima tibi eſt* Achaia, CORINTHUS. &c.

Satis igitur ſuperque ex his patet veritas hujus Inſcriptionis, & ſinceritas hujus Epiſtolae.

Quia vocatur πρώτη, commodè hac occaſione inquirere poſſemus in illam quaeſtionem, an *Paulus*, ante hanc noſtram Epiſtolam, aliam quoque ad *Corinthios* miſerit: Quae controverſia orta eſt ex verbis, quae in hac Epiſtolâ Cap. V. 9-11. leguntur; de quâ egi in Prolegomenis ad poſteriorem ad *Corinthios* Epiſtolam.

Venerandus *Johannes Creychton*, Eccleſiae *Haarlemenſis*

(*a*) Quae colligi poterunt ex nuper edito Doctiſſimi LARDNERI opuſculo, *de Αξιοπιστια hiſtoriae Evangelicae*, a Rever. & eruditiſſimo WESTERBAANIO, ex Anglico in Belgicum ſermonem verſo, & ame *Praefatione* ornato. Quod opuſculum, eo, quo haec in primam Epiſtolam ad *CORINTIOS* cum Auditoribus meus communi cavi, nondum videram,

mensis pastor, qui, postquam illum edideram commentarium, ante paucos annos Analytica Clarissimi *van Till* edidit *Belgicè*, & quasdam suas Dissertationes de nonnullis in hac Epistola occurrentibus adjecit, in quibus prolixè disputavit de hac controversiâ, & excursum quemdam hic fecit in illam controversiam; sed magis generaliter disputans, an quaedam Epistolae *Paulinae* deperditae sint, nec ne? Quae quaestio in genere spectata potiùs ad Systema Theologicum pertineret, ubi agitur de perfectione Sacrae Scripturae integrali: Vide tamen, si lubet, Venerandum *Creychtonium.* pag. m. 23-28.

Mea sententia huc redit, quod Apostolus, ante hanc nostram ad *Corinthios* Epistolam, aliam ad eos scripserit, quae verò interciderit, propterea quoniam breviuscula fuerit, ejusque integrum argumentum huic nostrae Epistolae insertum, simulque amplificatum, ut planè necesse non fuerit eam asservari, vel per hos illosve legatos cum reliquis Ecclesiis communicari: Atque haec videtur caussa, quod non tantum *Graeca* Inscriptio eam vocet Epistolam πρώτην, sed etiam *Syriaca* Versio eam dicat *kathmita*, hoc est *priorem primam*; quodque pariter *Irenaeus*, ut & *Tertullianus*, uti ex suprà citatis constat, eam primam esse agnoscant, nempe primam illarum, quae cum aliis Ecclesiis communicatae in scriniis Ecclesiarum conservatae, & sic in canonem relatae sunt.

Certè in monumentis antiquorum Scriptorum nihil de anteriore quâdam ad *Corinthios* Epistolâ, quantùm scio, testante quoque eruditissimo Pontificio Scriptore

Calmeto, commemoratur. Ille, quamvis non tantùm Proteſtantes quoſdam Theologos inſignes, *Bezam*, *Paraeum*, *Grotium*, *Ligtfootum*, *Ludovicum de Dieu*, ſed & ex ſuis *Eſthium*, atque ex Patribus *Juſtinum* laudet, ut qui cenſuerint Epiſtolam aliam anteriorem a *Paulo* exaratam fuiſſe, eorum tamen ſententiae non ſubſcribit, ſed cum aliis verba hujus noſtrae Epiſtolae, Loco. citato, Cap. V. reſpicere putat ad verſum 2. & 6. ejuſdem Capitis. Quod ideò notaſſe juvabit, ut videamus tantùm abeſſe, ut hic doctiſſimus Scriptor ſuſtineat ex hoc loco argumentum petere, quo impugnari poſſit integritas, vel, ad quam integritas requiritur, ſufficientia Sacrae Scripturae.



ARTICULUS SECUNDUS.

De Scriptoribus hujus Epiſtolae PAULO & SOSTHENE.

NOtemus hic differentiam, quae conſpicitur in Inſcriptionibus Epiſtolarum *Paulinarum.*

In fronte Epiſtolae ad *Hebraeos* nullum reperitur nomen Scriptoris: In Epiſtolâ ad *Romanos*, in fronte quidem non aliud, quam *Pauli* Apoſtoli nomen apparet, ſed Capite tamen XVI. 22. memoratur *Tertius*, ut qui ſcripſerit eam Epiſtolam, tamquam *Pauli* amanuenſis; In Epiſtolis ad *Galatas*, ad *Epheſios*, utrâque ad *Timotheum*, ad *Titum*, nullius, niſi *Pauli*, ut Auctoris Epiſtolae, conſpicitur nomen: In Epiſtolâ ad *Theſſalonicenſes* utrâque *Paulo* ſociantur *Timotheus* & *Sylvanus:* In Epiſtolis ad *Corinthios* ſecundâ, ad *Philippenſes*, ad *Coloſſenſes*, ut & ad *Philemonem*, ſolius *Timothei* nomen *Pauli* nomini jungitur: Sed in hac primâ ad *Corinthios* ſolâ *Soſthenis* poſt *Pauli* nomen in Inſcriptione legitur.

Quod ad primum & propriè dictum Scriptorem hujus noſtrae Epiſtolae, cum idem ſit, qui Auctor eſt reliquarum tredecim Epiſtolarum, non opus eſt, ut hic multa dicamus: Sufficient quae in Prolegomenis ad ſecundam Epiſtolam Cap. I. §. 3-33. pag. 1-22. ſcripſi.

Ex quâ deſcriptione Auctoris hujus Epiſtolae hoc in primis notandum *Lucam* in *Actis Apoſtolicis* Cap. XVIII.

XVIII. docuisse, *Paulum* primum fuisse, qui in hac Urbe Evangelium praedicaverit, eique jubente DEO sat multum temporis impenderit; quam ob caussam eò minùs mirandum est, quod sollicitâ adeò curâ absens quoque saluti *Corinthiorum* inservire & invigilare voluerit.

De altero, cui nomen est *Sosthenes* hactenùs mihi nihil compertum est, nisi hoc unum, quod ex *Act.* XVIII. 2. discamus, quod fuerit Ἀρχισυνάγωγος aliquis, dictus *Sosthenes*, quem *Graeci* coram tribunali *Gallionis*, nil horum curantis, verberibus exceperint.

Musculus, notante *Johanne Creychtono*, existimat, illum eumdem esse, qui in hac Inscriptione nostrae Epistolae memoratur, censetque hunc virum a *Paulo*, nomen ejus suo nomini jungente, commendari *Corinthiis*, ut qui olim quidem Ἀρχισυνάγωγος fuerit, sed ad CHRISTUM conversus, atque multa nomine Domini passus, quem proinde *Paulus Corinthiis* in exemplum proponat: Sed an ille idem sit, qui hic tamquam *Pauli* socius comparet, Ego definire non ausim.

Sosthenes ille, cujus *Lucas* in *Actis* mentionem facit, ibi videtur commemorari, ut dux & antesignanus, *Judaeorum* contra *Paulum* insurgentium, quos *Gallio* abigebat a tribunali, adeoque non Evangelii caussâ, sed quod *Judaeus* esset, & *Gallionem* quaestionibus de *Judaeorum* lege fatigaret, verberibus exceptus: Nihil de ejus conversione apud *Lucam* legimus, unde colligere licet, vel nostrum *Sosthenem* ab illo *Lucae* diversum esse, vel eum post commorationem *Pauli* in Urbe *Corintho* ad *Christiana* sacra transiisse: Si enim ille eo, quo *Pau-*

Paulus inter *Corinthios* degebat, tempore conversus fuisset; vix vero sit simile, *Lucam* commodâ hac occasione, cum ejus mentionem jam, tamquam Adversarii, fecisset, nihil hujus conversionis commemorare voluisse.

Quod si vero post *Pauli* iter in *Syriam*, versu 18. memoratum, *Sosthenes* ὁ Ἀρχισυνάγωγος, ad *Christum* fuerit conversus, nihil obstat, quo minus concipere liceat, ipsius nomen esse, quod in fronte hujus Epistolae comparet. Cum igitur & Sacra Scriptura, (licet in ea nullus alius memoretur praeter hunc, quem *Paulus* h. l. sibi sociat, *Archisynagogum*, illum, de quo *Lucas* in *Actis* locutus est) non evidenter doceat esse eundem; & ipsa quoque veterum *Christianorum* monumenta de hoc *Sosthene* sileant; nihil, quod prorsus indubium sit, de eo affirmare possumus. Procul dubio tamen, cum *Paulus* eum Fratrem vocet, eumque sibi in Inscriptione hujus Epistolae societ, συνεργὸς *Pauli* fuit, Evangelista eo tempore non incelebris, *Corinthiis* saltem satis notus, cujusque auctoritas *Paulinae* juncta pondus haberet ad retundendam Adversariorum proterviam, fastumque eorum comprimendum.

Nec est, quod quis objiciat Epistolas ad *Galatas*, ad *Ephesios*, ad *Timotheum*, & ad *Titum*, non minoris esse auctoritatis, quamvis solius *Pauli* nomen in fronte gerant; quod lubens fateor, agnoscens auctoritatem Epistolarum *Paulinarum* a Θεοπνευστίᾳ, quâ ut Apostolus scribebat, pendere: Non tamen nullius planè erat ponderis, quem addebat, consensus Virorum Ecclesiis notorum, & pro hominibus probatissimae fidei habitorum: Inprimis quando *Paulus* scribebat ad Ecclesias, quas ab Ipso alieniores reddere conabantur Adversarii.

Venerandus *Johannes Creychton* (in Prolegomenis suis ad Editionem *Belgicam* Analyseos hujus Epistolae a Clarissimo *Salomone van Till* adornatae, pag. m. 3-9.) in

B con-

considerationem mittens, quam ob caussam nomen *Sosthenis* nomini *Pauli* hic sociatum sit, sententias tùm *Aretii*, tùm *Haymonis*, Episcopi quondam *Halberstadiensis* (cujus sententia ideò magis notatu digna est, quoniam vixit obscurissimis illis temporibus sub Papatu: praecipuè quum ex illâ sententiâ pateat, quam alienus sit a Papali dominatu) in medium profert: Quorum ille existimat *Paulum* hoc pacto Ecclesiis commendare, & suo quasi exemplo suadere voluisse consensum mutuum, nec non quos potissimùm sequi deberent Ecclesiae: Sic *Cyprianum* saepiùs in suis Epistolis nomina Fratrum, qui secum erant, in fronte ponere, quo moneamur gubernationem Ecclesiae non pro lubitu & arbitrio unius administrandum esse. De quo plura videri possunt loco citato. Sed optimè idem doctissimus *Creychtonus* observat *Paulum* non deliberasse, vel consuluisse suos socios, quod *Cyprianus* faciebat, quid sibi scribendum esset; scribebat enim inspiratione Spiritûs Sancti.

Haymo duas reddit rationes, quare *Paulus* nomen *Sosthenis* suo adjunxerit, 1°. ut sic majorem auctoritatem conciliaret suis Epistolis, cum Dominus dixerit, in ore duorum vel trium testium veritatem consistere. 2o. ut sic ipsemet observaret regulam, quam praescripserat in hac Epistolâ. Cap. XIV. 29. Haec tamen posterior ratio mihi minùs quadrare videtur.

Ipse Venerandus *Creychtonus* putat addita esse nonnullis Epistolis nomina discipulorum, vel sociorum *Pauli*, ut tantò certiùs constaret, illas Epistolas ab ipso *Paulo* datas esse: Cui sententiae non planè refragor; quamvis exemplum Epistolae ad *Galatas* non exiguâ specie Venerando *Creychtono* objici posset. Nullam tamen aliam esse rationem, vix mihi persuadebitur: Sed jungi potest haec ratio illi, quam Ego modò dedi.

AR-

Articulus Tertius.

De URBE & ECCLESIA CORINTHIORUM.

DE hac Urbe longe celebratiſſimâ, quantum ad hanc Epiſtolam requiri videbatur, diximus in Prolegomenis ad ſecundam Epiſtolam. Cap. III. pag. 30-36. Belgico idiomate, ante hos triginti admodum annos, editis. Ubi ſitum illius Urbis in *Iſthmo*, *Graeciam* a *Peloponneſo* dirimente, inter mare *AEgeum*, adeoque ad mercaturam, cùm in Oriente, tùm in Occidente, exercendam perquam opportunum; hinc natas ejusdem Urbis divitias, mores corruptos, faſtum imprimis, & impudicitiam incredibilem; multifariamque idololatriam, ex multis Scriptoribus demonſtravimus; quae omnia inſerviunt illuſtrationi occaſionis, quam habuit Apoſtolus *Corinthios* ab his vitiis dehortandi: Quâ in re *Clemens Romanus* in ſuâ ad eamdem Eccleſiam Epiſtolâ, diligentiam *Pauli* imitari ſtuduit.

Incolae hujus Urbis partim *Judaei* erant, partim *Gentiles*; utriſque *Paulus* primus Evangelium praedicaverat, atque ſic Eccleſiam in hac Urbe fundaverat; uti ex *Lucae* narratione *Act.* XVIII. 4-12. videri poteſt. Ubi ſpeciatim quoque verſu ſexto obſervari meretur, quod pervicacia *Judaeorum Paulum* moverit, ut a *Judaeis* ad *Gentes* tranſiret. Hoc autem *Corinthiis*, ad eorum convictionem, plùs ſemel ob oculos ponit. 1 *Cor*. III. 6. IV. 15. 2 *Cor*. III. 2-5. X. 13-17.

In hanc Eccleſiam, in florentiſſimâ Urbe, unde

Evangelium quaquaverſum per Orientem & Occidentem propagari poterat; ſuo miniſterio (creſcendi vim DEO largiente 1 *Cor*. III. 6.) plantatam atque conſtitutam, quum non tantùm ſeceſſionem a Synagogâ fecerit, ſed etiam illuſtres Viros Archiſynagogos alioſque habuerit, (vide *Act*. XVIII. 8-17. XVI. 13 & 1 *Cor*. XVI. 15.) In hanc, inquam, Eccleſiam tenerrimo flagrabat amore; unde abſens commodis ejus invigilare & inſervire non deſinebat.

Ex hoc ſtudio natae ſunt, agitante animum Spiritu Sancto, hae Epiſtolae, neceſſitate id flagitante, quum invidus gloriae CHRISTI hoſtis non ceſſaverit zizania inter triticum ſerere, uti mox, occaſionem hanc Epiſtolam ſcribendi conſideraturi, videbimus.



AR-

ARTICULUS QUARTUS.

De Circumstantiis TEMPORIS & LOCI scriptae hujus Epistolae.

TEmpus, quo exaratam hanc Epistolam credo, incidit in Annum AErae Vulgaris LIV. circa festum, uti videtur, *Paschatis*, certè non longè post illud.

Eruditissimus Scriptor Pontificius *Calmetus* hanc equidem Epistolam ad Annum LVI. refert, sed sui asserti nullam probationem addidit: Neque quidpiam solidi, sed variantes tantùm sententias, hac de re affert Venerandus *Creychtonus*, in suis Prolegomenis ad *Tillii* Analysin.

Fundamenta verò hujus nostrae assertionis haec sunt:

Paulus Hierosolymis captus & vinculis constrictus est, *Felice* Procuratore nondùm ab administratione rerum *Judaïcarum Romam* revocato; uti constat ex *Act.* XXIV.

Felix autem Anno *Neronis* Imperatoris primo *Romam* revocatus est: Quod ex eo probatur, quod *Josephus* narret *Felicem*, a *Judaeis Caesareënsibus* coram *Nerone* accusatum, pœnas daturum fuisse, nisi precibus *Pallantis* Fratris, eo tempore magnâ apud *Neronem* gratiâ & auctoritate pollentis, liberatus fuisset. Vide *Josephum* Lib. XX. *Antiqq. Judaic.* Cap. 7. pag. m. 696. Hic autem *Pallas* omni gratiâ & favore *Neronis* excidit, & omnibus dignitatibus exutus est, *Claudio Nerone* & *Lucio Antisthio* Consulibus. Vide *Tacitum* Lib. XIII. *Annalium* Cap. 14. coll. cum Cap. 11. Hi

autem Consules fuere Anno AErae Vulgaris LV. uti ex Fastis Consularibus videri potest. *Nero* autem ad Imperatoriam dignitatem evectus est, *Claudioque* successit ad diem 3. Iduum Octobris superioris Anni, id est, Anno AErae Vulgaris LIV. *Marco Aquilio* & *Marco Acilio* Consulibus. Vide *Tacitum* Lib. XII. Annalium Cap. 64. & 67.

Ex dictis sequitur *Paulum* non esse captum & in vincula conjectum post Annum LV. elapsum.

Neque tamen ante hunc Annum hoc factum est; nam cum Epistolam ad *Romanos* scribit, salutari jubet *Aquilam* & *Priscillam*, qui tempore *Claudii* pulsi erant *Româ*, & nunc demùm, mortuo jam *Claudio*, *Romam* reversi erant. *Act*. XVIII. 2. *Rom*. XVI. 3.

Si igitur non ante Imperium *Neronis* hanc Epistolam ad *Romanos* scripsit; ergò nec ante Imperium *Neronis* *Hierosolymis* captus est; scripsit enim Epistolam ad *Romanos*, cum adhuc in itinere esset versus *Hierosolymam*. *Rom*. XV. 25.

Hinc conficitur, quod *Paulus* Anno LV. circa festum *Pentecostes Hierosolymis* captus sit. Vide *Act*. XX. 16. & Cap. XXI.

His ita positis sequitur, quod ante Annum AErae Vulgaris LV. haec Epistola scripta sit.

Neque tamen scripta est ante Annum LIV. Nam scripta est, postquam *Paulus Corinthi* Evangelium praedicasset. 1 *Cor*. IV. 15.

Paulus Corinthum venit aliquanto tempore post Concilium *Hierosolymitanum*, uti ex narratione *Lucae Act*. XV. -- XIX. patet.

Concilium *Hierosolymitanum* non esse habitum ante Annum AErae Vulgaris XLVIII. ex *Gal*. II. 1. coll. cum

cum *Act.* XV. probavimus fusè in Prolegomenis ad Epistolam posteriorem ad *Corinthios*. Conf. illa ad *Galatas*.

Si jam consideremus commorationem Apostoli, post illud Concilium, *Antiochiae*, de quâ *Act.* XV. 35. & 36. legimus; iter per *Syriam* & *Ciliciam*, de quo *Act.* XV. 41. Urbesque *Lycaoniae*, *Phrygiae*, & *Galatiae*. *Act.* XVI. 1-7. Denique *Troada*. *Act.* XVI. 7. & 8. Si perpendamus hinc demùm secutam esse *Pauli* expeditionem in *Europam*; ubi primùm in *Macedoniâ*, deinde *Athenis*, & postea demùm *Corinthi* Evangelium praedicavit, dubitare non possumus *Paulum* non ante Annum XLIX. ferè exeuntem *Corinthum* venisse. Ibi autem ultra 18 menses permansit, uti ex *Act.* XVIII. constat. Hinc igitur non nisi Anno LI. abiit, & primùm quidem in *Syriam* transfretaturus, *Ephesum* appulit, unde sine morâ *Hierosolymam* profectus, hinc *Antiochiam* reversus, peragratâ ad confirmandos discipulos *Galatiâ* & *Phrygiâ*, *Ephesum* rediit, quod proinde non ante extrema Anni LI. contigisse potest. *Ephesi* autem tres Annos noctes atque dies, multis cum lacrymis homines adhortatus est, uti ipse coram presbyteris *Ephesinis* testatur. *Act.* XX. 31. Ergò non nisi circa finem Anni LIV. *Ephesum* regionesque vicinas (uti ex *Act.* XIX. 21. & 23. liquet) reliquit.

Quandoquidem igitur 1 *Cor.* IV. 17. scribit se citò venturum, suumque propositum enucleatiùs explicat 1 *Cor.* XVI. 18. dicens se ad *Pentecostis* usque diem *Ephesi* mansurum, patet Epistolam hanc ultimo Anno commorationis Apostoli in Urbe *Ephesiorum* ejusque viciniâ, esse scriptam, & quidem ante festum *Pentecostes*.

Si jam porrò consideremus festum *Paschatis* festum *Pentecostis* septem septimanis antevertere, & observemus

mus *Paulum* in hac noſtrâ Epiſtolâ *Paſchatis* mentionem facere, atque argumentum petere ex ritu expurgationis fermenti, hoc tempore fieri ſolitae, ultrò quaſi eò deveniemus, ut ſtatuamus hanc Epiſtolam circa tempus *Paſchatis* Anni LIV. AErae Vulgaris eſſe exaratam.

Sic ſcripta fuerit, poſtquam Apoſtolus duos Annos cum quadrante *Epheſi* tranſegiſſet; illo enim tempore in animum ſuum induxit, Spiritu impellente, *Macedoniâ* & *Achaiâ* peragratâ, *Hieroſolymam* proficiſci. Vide *Act*. XIX. 1-8. 10. & 21. Quod enim, poſtquam hoc propoſitum animo concepiſſet, hanc Epiſtolam ſcripſerit, patet ex 1 *Cor*. XVI. 5.

Porrò ſcripta eſſe videtur haec Epiſtola, poſtquam *Paulus*, *Timotheum* & *Eraſtum* ablegaſſet in *Macedoniam*, quod factum legimus *Act*. XIX. 22. Quorum, ſi non uterque, ille ſaltem *Corinthum* venturus erat, uti ex 1 *Cor*. IV. 17. & XVI. 10. & 11. diſcimus.

Neque adſentimur ſubſcriptioni vulgari, quae vult *Timotheum* fuiſſe inter latores hujus Epiſtolae; ſatis enim apertè indicat Apoſtolus 1 *Cor*. IV. 17. XVI. 10. & 11. ſe jam ante ſcriptionem hujus Epiſtolae *Timotheum* ablegaſſe; neque obſcurè innuit *Paulus*, antequam hanc Epiſtolam ſcriberet, adveniſſe *Stephanam*, *Fortunatum*, & *Achaicum*. 1 *Cor*. XVI. 17. Per hos autem *Corinthii* ſcripſiſſe videntur ad Apoſtolum, ut ipſum conſulerent, uti conjicimus ex 1 *Cor*. VII. 1. coll. cum 1 *Cor*. XVI. 17. & hanc Epiſtolam per eoſdem rurſùs ad *Corinthios* relatam eſſe. Sic certè credidiſſe Veteres, *Chryſoſthomum*, *Theodoretum*, & alios, nec non celebriores quoſdam recentiores, notavit *Calmetus* loco citato pag. m. 200. Idque tam ſubitò, ut ferè

cre-

crederet Apostolus hos tres Ecclesiae *Corinthiacae* legatos citiùs, quam ipsum *Timotheum*, *Corinthum* appulsuros, quod colligimus ex 1 *Cor*. XVI. 10.

Haec, quae de Tempore Scriptionis diximus, aliquâ ratione confirmari videntur ex eo, quod *Paulus* 1 *Cor*. XVI. 19. *Corinthios* salutet verbis *Aquilae* & *Priscillae*, & Ecclesiae, quae domi ipsorum erat: *Aquila* autem & *Priscilla* edicto *Claudii Româ* pulsi, fuerant, & sic *Corinthum* ex *Italiâ* venerant, atque hinc cum *Paulo*, primò in *Syriam*, deinde *Ephesum* profecti, uti constat ex *Act*. XVIII. 1. 18. & 24. *Ephesi* igitur etiamnunc commorabantur, quando Apostolus hanc Epistolam scribebat: At verò, quando Epistolam ad *Romanos*, scribebat, *Aquila* & *Priscilla Romam* jam erant reversi. *Rom*. XVI. 3. Ex quibus salutationibus rectè videtur colligi, quod, tempore intermedio, inter scriptionem hujus Epistolae & Epistolae ad *Romanos*, *Claudius* mortuus sit, eique *Nero* successerit, idque factum est a. d. 3. Octobris Anno AErae Vulgaris LIV. uti suprà ostensum est.

Quando igitur mentionem facit *Pentecostis*, ad quam *Ephesi* manere volebat 1 *Cor*. XVI. 18. non respiciebat *Pentecosten* Anni sequentis LV. quâ *Hierosolymis* captus est: Haec enim mora longior fuisset ipsius intentione, quia in eâdem Epistolâ 1 *Cor*. IV. 19. dicit se ταχέως venturum.

Remanet tamen difficultas una & altera, breviter expedienda: Scilicet, quâ ratione Apostolus dicat (locis jam antè citatis) se ταχέως venturum, & ad *Pentecosten Ephesi* mansurum; cum tamen antea probaverimus *Paulum* non nisi LIV. anno exeunte *Ephesum* reliquisse. Sed Respondeo, *Paulum* tantummodò indicasse,

qua-

quale propositum haberet, & sic illud ταχέως nihil aliud dicit, quam *quantociùs*, quamprimum negotia mea & Ecclesiae illud permittent, ita ut manifestò constaret, Apostolum non esse in morâ, se mansurum *Ephesi* ad festum usque *Pentecostis*, ex vero dixit Apostolus; mansit enim eò usque: Non negavit autem, se quoque, si res postularet, ulteriùs etiam mansurum. Citiùs se *Epheso* non abiturum esse, jam tunc sciebat Apostolus; in animo habebat, mox post hoc festum, abire; scilicet nisi aliquid, quod hactenùs ignorabat, interveniret, quod tamen DEUS permisit: Uti satis ostendit 1 *Cor.* XVI. 7.

Unica restat difficultas, nimirùm ex eo, quod Apostolus 1 *Cor.* XVI. 5. mentionem faciat propositi sui de transeundâ *Macedoniâ* & *Achaiâ*, quodque illud secum non constituerit, quin simul in animum suum induxerit, *Romam* invisere, uti ex *Act.* XIX. 21. videri potest. Unde videtur sequi, quod non nisi post mortem *Claudii* haec Epistola scripta sit; quandoquidem, vivente *Claudio*, *Romam* adire Apostolo non licuisset, neque tale propositum secum constituere.

Sed Respondetur, *Paulum* hoc propositum concepisse, auctore Spiritu: Qui utique ipsi indicare potuit Annum vertentem fore *Claudii* Annum emortualem, & eo mortuo abrogatum iri, vel non ampliùs valiturum, edictum de *Judaeis Româ* pellendis.

Denique ut temporis, quo haec Epistola scripta est, notationem absolvamus, quatuor hujus Anni tempora distinctè observemus:

Primo tempore intellexit Apostolus schisma, quod inter *Corinthios* vigebat, & hinc natum neglectum correctio-

rectionis fraternae; eousque, ut incestûs reum toleraverint in Ecclesiâ: Ad quem nuncium confestim, sed brevissimè, rescribit Epistolâ illâ, quae nunc, uti mihi videtur, non ampliùs superest; per quam Epistolam significavit Apostolus, vel, si mavis, per ejus latorem, se in animo habere priùs *Corinthum* reverti; quod tamen propositum deinde mutavit; id quod Adversariis Apostoli calumniandi occasionem dedit. Discimus hoc ex 2 *Cor.* I. 15. & 16. Vide mea prolegomena ad posteriorem ad *Corinthios* Epistolam.

Alterum tempus est, quo *Timotheum* & *Erastum* misit, ut nimirùm illi praesentes instaurarent ea, quae in illâ Ecclesiâ collapsa erant. *Act.* XIX. 22. coll. cum 1 *Cor.* XVI. 10. collato quoque Cap. IV. 17.

Tertium tempus est, quo post adventum *Stephanae*, *Fortunati*, & *Achaici*, hanc Epistolam scripsit, quâ indicavit se per *Macedoniam* in *Achaiam* transiturum; sed nonnisi post festum *Pentecostes.* 1 *Cor.* XVI. 5. & 8.

Quartum tempus est, quo *Asiam* reliquit. *Act.* XX. 1.

Ad LOCUM quod attinet, Subscriptio vulgaris habet hanc Epistolam esse missam *Philippis.* Quis hanc ἐπιγραφὴν adjecerit, incertum & sublestae fidei est; imò hic a veritate recedit. Deest haec Subscriptio in Codice *Alexandrino*, nec non *Claromontano*; & licet in Codice *Latino*, tamen non in Codice *Graeco* Coenobii *Sancti Germani* reperitur, teste *Millio* & *Calmeto* in *Antiquitatibus* N. T., in sermonem *Belgicum* conversis. Parte II. pag. 149.

In *Polyglottis* quidem, cùm *Antverpiensibus*, tùm *Londinensibus*, *Syriaca* Versio hanc ἐπιγραφὴν hactenùs habet, ut testetur hanc nostram Epistolam *Philippis*, *Macedoniae* Urbe celebri, scriptam esse; non tamen per

omnia convenit cum *Graecâ*, quae latores Epiſtolae laudat *Stephanam*, *Fortunatum*, *Achaicum*, & *Timotheum*; quos omnes, ſolo *Timotheo* excepto, Subſcriptio *Syriaca* ignorat; imò ne omnes quidem Verſionis *Syriacae* Editiones hanc Epiſtolam *Philippis* miſſam eſſe in Subſcriptione teſtantur; nam & *Viennenſis*, & *Tremelliana*, & *Hutteniana* Editiones omnes clamant eam *Epheſô* eſſe ſcriptam. Et hoc longè meliùs cum argumento convenit; quod enim non ſit ex *Macedoniâ* miſſa, omnes circumſtantiae evincunt. 1 *Cor*. XVI. 5. 8.

An verò ex ipſâ Urbe *Epheſo* ſcripta ſit, an verò ex vicino quodam loco, diſceptatur.

Prius placet doctiſſimo *Calmeto*, loco citato pag. 198. pro ſuâ ſententiâ citanti *Chryſoſthomum*, *Theodoretum*, *Athanaſium*, *OEcumenium*, nec non *Syrum* Interpretem *Tremellii*; *Arabem*, alioſque recentiores, *Cappellum*, *Grotium*, *Hammondum*, & alios.

Poſterius tamen videtur doctiſſimo *Millio* in Prolegomenis ad N. T. pag. 2. col. 2. ex eo, quod *Paulus* non dixerit ἐπιμενῶ ὧδε, ſed ἐν Ἐφέσῳ. 1 *Cor*. XVI. 8. Scilicet triennium illud, per quod Apoſtolus dicit, ſe non deſtitiſſe hortari *Epheſios* *Act*. XX. 31. non ita rigidè ſumendum eſſe videtur, ut ſignificet *Paulum* numquam intermedio illo tempore *Epheſo* exceſſiſſe.

Probabile admodùm eſt Apoſtolum diligentiſſimum ex ipſâ Urbe ſubinde excurriſſe in vicina *Aſiae* loca, unde etiam *Corinthios* ſalutat nomine Eccleſiarum *Aſiaticarum*. 1 *Cor*. XVI. 19. & in ſecundâ Epiſtolâ mentionem facit afflictionum, quas perpeſſus erat in *Aſiâ*. 2 *Cor*. I. 8. Imò *Demetrius* ipſum accuſſaſſe legitur, ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν ὄχλον. *Act*. XIX. 26. Hinc cla-

clariſſimè patet, *Paulum* ſubinde etiam excurriſſe ad loca vicina, uti quoque viciſſim Apoſtolus noſter inter *Aſiaticos* ſuos quoque habuit amicos. *Act.* XIX. 31. Quare non cogimur ſtatuere Apoſtolum ſemper in Urbe haeſiſſe; ſed eum excurſus non numquam feciſſe, credibile eſt, unde aliquamdiu in *Aſiâ* manſiſſe dicitur, poſtquam *Epheſo* ablegaſſet *Timotheum* & *Eraſtum*; hanc ob cauſſam ita certò definire non auſim, an in ipſâ *Epheſi* Urbe, an in vicino quodam *Aſiae* loco, ſcripſerit.

Epheſus certè Urbs adeò celebris commodiſſimam mittendi occaſionem praebere potuit; ſalutat *Corinthios* nomine Eccleſiarum *Aſiaticarum*, nec non *Aquilae* & *Priſcillae*. 1 *Cor.* XVI. 19. hos *Epheſi* habitaſſe ex *Act.* XVIII. 19. 24. & 26. notavit *Calmetus* loco citato pag. 199. Simulque teſtatur *Latinos* Codices paſſim teſtari, quod ex Urbe *Epheſo* ſcripta ſit, imò quod in multis bonae notae Codicibus *Graecis* idem legatur.



ARTICULUS QUINTUS.

De OCCASIONE ſcribendi hanc Epiſtolam.

OCcaſio ſcribendi hanc Epiſtolam praecipuè fuit perturbatus ſtatus Eccleſiae *Corinthiacae*, cujus notitia vario modo ad Apoſtolum noſtrum perveniſſe videtur, partim ex rumore quodam generaliori; quod colligere datur ex 1 *Cor.* V. 1. Partim ex notificatione, quam fecerunt domeſtici *Chloës.* 1 *Cor.* I. 11. partim ex Epiſtolà a ſanioribus & melioribus inter *Corinthios* ad Apoſtolum ſcriptâ, quâ ipſum conſulebant de variis quaeſtionibus in hac Eccleſiâ motis, cujus conſultationis mentionem facit 1 *Cor.* VII. 1. partim quoque ex relatione *Stephanae*, *Fortunati* & *Achaici*, qui ad Apoſtolum venerant, & hos quidem naevos Eccleſia *Corinthiacae* ipſi ſignificaverant; ſed ſimul etiam fidelium & perſeverantium in ſinceritate fidei ſtatum: Quod diſcimus ex 1 *Cor.* XVI. 17. & 18. Quod notare juvat ad intelligentiam conſolationis, quâ Apoſtolus animos *Corinthiorum* erigit, antequam ad reprehenſionem progrediatur. 1 *Cor.* I. 4-10.

Cum autem praecipua ſcribendi occaſio ſit in perturbato illo Eccleſiae *Corinthiacae* ſtatu, operae pretium eſt, ut paulò accuratiùs in eam inquiramus, & operam demus, ut rectam ideam Auctorum Schiſmatis *Corinthiorum* formemus: In hac enim Epiſtolâ videmur nobis cernere prima *Gnoſticorum* ſemina, certè Auctores Schiſmatis ἐπὶ γνώσει fuiſſe gloriatos ex ipſâ hac Epiſtolâ patet. 1 *Cor.* III. 2. VIII. 2. Haec primordia *Gno-*

ſtico-

ſticorum ſenſim in deterius abiiſſe; ex 1 *Tim.* VI. 20. non praeter rationem colligimus; quodque progeniem mox daturi forent vitioſiorem, ipſum monitum *Pauli* 2 *Tim.* II. 16. nos docet.

Doctiſſimus *Calmetus* in *Antiquitatibus Novi Foederis* parte II. pag. 197. opinatur primam Schiſmatis originem arceſſendam eſſe a more, qui inter Philoſophos iſtius temporis invaluerat, in varias ſectas ſecedentes: More, nimirùm, ſe ab hoc illove principe Philoſopho denominandi: *Socrate*, v. c. *Platone*, *Ariſtotele*, *Epicuro*; cui mori aſſueti cum fuerint *Corinthii*, eumque etiam in Eccleſia imitati, tantò faciliùs in varias partes ſciſſi fuerunt.

Primam mentionem hujus ſchismatis reperimus, vel ſaltem litium & factionum, e quibus ſchiſma metuendum eſſet, 1 *Cor*. I. 12.

Videamus, an has factiones, ex ipſis illis nominibus, aliquo modo cognoſcere poſſimus; conferentes, quantum res poſtulat, illorum Virorum hiſtoriam, & contenta hujus Epiſtolae.

Quatuor hic occurrunt partes, in quas Eccleſia *Corinthiorum* quaſi ſciſſa erat, vel ſcindi coeperat.

Prima illorum erat, qui ſe *Pauli* eſſe dicebant; hanc primo loco commemorat Apoſtolus, ut ſic oſtenderet, ſibi ſummopere diſplicere, quod a ſe nonnulli denominari vellent, cum ipſe id honoris numquam affectaverit, imo ſtudioſè ſemper vitaverit. Si jam *Paulum* conſideremus, uti hic conſiderandus eſt, ut qui habeat aliquid, a quo homines denominari vellent, in quo vel ſingularem in modum emicuerit, & per quod celebritatem ſit conſecutus; vel quod ſit diſtinctum ab illo, quod in *Petro* & *Apollo* erat, propter quod eorum nomen

men suae factioni praetenderent.

In *Paulo* notare possumus:

I. Quod fuerit Apostolus *Gentium*, & libertatis *Christianae* vindex acerrimus, qualem se ostendit Apostolus in Epistola ad *Galatas;* in quâ commemorare non veretur, quod ipsi quoque *Petro* in os resistere sustinuerit. Cap. II. 12--15.

II. Quod clarissimè & simplicissimè praedicaverit crucem CHRISTI, tamquam unicam caussam salutis, in quâ solâ gloriabatur, quamque CHRISTUM pati debuisse demonstrabat; uti ex *Gal.* VI. 14. *Act.* XVII. 3. 1 *Cor.* II. 2. & quidem stylo adeò simplici, ut propterea turgidis nonnullis diceretur ἰδιώτης τῷ λόγῳ. 2 *Cor.* XI. 6.

Hinc colligendum videtur, quod illi, qui a *Paulo* denominari volebant, quos *Paulistas* brevitatis caussâ in sequentibus aliquando vocabimus, fuerint illi, quibus methodus *Paulina* non tantùm placebat, quique eam defendebant; sed qui insuper praetextu Libertatis, quam se planè intelligere praedicabant, negligebant charitatem, quae usum libertatis moderari & temperare deberet, imò etiam multa scandala praebebant, comedentes etiam in ipsis idolaeis idolothyta: Tales in illâ Ecclesiâ extitisse ex 1 Cor. VIII. 1. & seqq. apparet.

Altera harum partium a *Petro* denominari gestiebat; dicebant enim se esse *Cephae;* quod nomen *Petri* fuisse, idem significans, ex *Joh.* I. 43. constat. Huic data erat ἡ ἀποστολὴ τῆς περιτομῆς. versu 7. & 8. Probabile ergò fit, eos, qui a *Petro* dici volebant, quos *Cephitas* appellare liceat, fuisse *Judaeos*, vel *Christianos Judaïzantes*; qui admodùm offendebantur promiscuo omnium ciborum, etiam idolothytorum, esu; non abu-

sum

ſum tantùm illum, ſed legitimum quoque libertatis uſum culpantes, & *Petro* quemdam quaſi primatum vindicantes, *Paulum* autem prae *Petro* contemnentes: Tales quoque *Cephitas* in hac Eccleſiâ fuiſſe, quamvis minori, uti videtur, numero, quam *Pauliſtae* fue e, facilè colligere eſt, non tantùm ex eo, quod haec Eccleſia non ſolùm *Chriſtianis* ex *Gentibus* ortis conſtiterit, ſed etiam natione *Judaeis*, uti ex *Act*. XVIII. & 1 *Cor*. XII. 13. conſtat; verùm etiam ex hac Epiſtolâ, in quâ *Paulus* agnoſcit, quod ὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. 1 *Cor*. VIII. 7. ſuumque Apoſtolatum defendit; ſeque a contemptu vindicat. 1 *Cor*. IX. 1. & IV. 19. aliaque utriuſque Epiſtolae loca, imprimis 2 *Cor*. XI. & XII.

Tertia pars ſe ab *Apollo* denominabat: De hoc Viro legimus *Act*. XVIII. 24. & ſeqq., quod fuerit *Judaeus*, genere *Alexandrinus*, ἀνὴρ λόγιος, δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς, ζέων τῷ πνεύματι, λαλῶν καὶ διδάσκων ἀκριβῶς τὰ περὶ τῦ Κυρίυ, ἐπιςάμενος μόνον τὸ Βάπτισμα Ἰωάννυ. Et quod deinde ἤρξατο παῤῥησιάζεσθαι ἐν τῇ Συναγωγῇ. Porrò quod *Aquilas* & *Priſcilla* eum προσελάβοντο καὶ ἀκριβέςερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τῦ Θεῦ ὁδόν. Denique quod in *Achaiam* fuerit profectus, *Epheſo* & *Corinthi* per aliquod tempus degerit, poſtquam inde profectus eſſet Apoſtolus, ſed deinde ad Apoſtolum migraverit in *Aſiam*, undè illo quidem tempore, cum haec Epiſtola ſcriberetur, redire noluerit. Conferantur loca *Act*. XVIII. 27. XIX. 1. & 1 *Cor*. XVI. 12.

Ex his jam conjectura facienda eſt, qualesnam illi fuerint, qui jactabant ſe ſtare a partibus *Apollo*, ac proin quaſi *Apolliſtae* dici amabant.

Sunt, qui putant, quod *Apollo* auſteram admodùm vitam duxerit, frequens & aſſiduus in precibus atque

jejuniis, & quod illi, qui ab *Apollo* nomen suum ducere volebant, fuerint rigidi admodùm morum aliorum censores, jejunium atque abstinentiam exigentes nimis severè: Hoc autem ex eo colligunt, quod *Apollos* dicatur ἐπιςάμενος μόνον τὸ Βάπτισμα Ἰωάννε, *Johannes* autem *Baptista* ab austerâ vitâ celebretur, ὡς μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων, &c. *Matth.* XI. 18. Sed minùs firmo haec conjectura superstruitur fundamento; nam severitas illa morum *Johannis* erat extraordinarium quid, neque legimus, quod *Apollo* hac in parte illum imitatus sit, sed tantùm quod fuerit ἐπιςάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννε, id est, quod hactenùs nihil aliud de MESSIA, Ejusque regno, quod jam appropinquaverat, & de *JESU Nazareno* nihil sciverit, nisi quod *Joannes MESSIAE* prodromus illi testimonium perhibuerit, baptismum poenitentiae praedicaverit, & administraverit; deinde demùm de illis, quae CHRISTUS dixerat & fecerat, de baptismo, quem instituerat, antequam in coelum adscenderet, de effusione Spiritûs Sancti inter omnes Gentes, sine ullo discrimine, & de illis, quae huc pertinent, quaeque sub phrasi τῆς τῦ Θεῦ ὁδῦ comprehendi possunt, accuratiùs ab *Aquilâ* & *Priscillâ* eruditus, idque antequam *Corinthum* veniret. Nihil planè occurrit vel levissimum indicium, quod *Apollo* ullâ ratione severitate morum eminuerit, atque sic qualemcumque occasionem praebuerit rigidioribus Schismaticis, nomen ejus praetexendi; neque ullum vestigium in hac Epistolâ reperio reprehensionis, quâ *Paulus* eos redarguat, qui, sub specie imitationis τῦ Ἀπόλλω, nimium rigorem in Ecclesiam *Christianam* introducere vellent.

Potiùs igitur mihi videtur, ad aliud quid esse attendendum, nimirùm, quod *Apollos* dicatur ἀνὴρ λόγιος καὶ

δυνα-

δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς: Hunc igitur crediderim illos, qui prima *Christianismi* principia benè posuerant, ad altiora promovere, & in profundiorem magis mysteriorum, & progressuum regni CHRISTI cognitionem ducere voluisse, idque singulari quâdam suadâ, &, quâ pollebat eloquentiâ. Hóc praetextu Schismatici nonnulli videntur usi, postquam *Paulus* & *Apollo Corintho* abiissent, videnturque Schismatici illi fastidium suum, quo prima & praecipua ferè *Christianae* religionis principia, vel saltem eorum perpetuam & numquam intermittendam, atque adeò saepiùs repetitam inculcationem contemnebant, palliare voluisse hoc praetextu; ut fastui, quo impulsi sublimiorem & λόγοις ἀνθρωπίνης σοφίας exornatum stylum in praedicando Evangelio requirebant, colorem inducerent. Tales fuisse videntur illi, qui dicebant: *Ego sum Apollo.*

Hoc colligendum videtur ex ratiocinatione Apostoli, quâ non tantum affectatam eloquentiam nonnullorum reprehendit. Cap. I. & II. nec non ostendit necesse habuisse *Corinthios*, ut prima quoque principia *Christianismi* illis identidem inculcarentur, uti videmus 1 *Cor.* III. 1. & 2. Sed etiam disertis verbis sui & τοῦ *Apollo* mentionem facit, & sui quidem tamquam qui plantaverit, & fundamentum jecerit, τοῦ *Apollo* verò, ut qui irrigaverit & fundamento a *Paulo* jacto, suas doctrinas superstruxerit. 1 *Cor.* III. 6. & 10.

Hos igitur, qui prima principia fastidiebant religionis *Christianae*, nec non simplicitatem styli Evangelici & Verbi Divini, affectantes vel Rhetorum pigmenta, vel terminos & loquendi modos ex Philosophorum scholis petitos, vel phrases obscuras, sive *Judaeorum Cabbalisticas*, sive alias, ex Philosophiâ traditionali haustas;

idque faciebant falso praetextu, quasi τὸν *Apollo*, hac in parte, imitarentur; hos, inquam, vocare licet *Apollistas*.

Hos imitatus legitur *Tatianus* apud *Eusebium*, *Hist. Ecclesiast.* Lib. IV. Cap. 29.

Ex *Paulistis* & *Apollistis*, longiùs deinde a recto tramite recedentibus, atque in deteriora indies magis & magis ruentibus, videntur nati illi Haeretici, qui postea dicti sunt *Gnostici:* Ex illis autem, quos in hac Epistolà tamquam *Cephitas* consideramus, quosque *Paulus* quoque in Epistolâ ad *Galatas* confutavit, videntur prodiisse illi *Judaïzantes*, quales fuisse dicuntur *Ebionitae*, *Nazaraei*, atque alii.

Sanè in longè plurimis conveniebant *Gnostici* cum illis, quos *Paulus* in hac Epistolâ perstringit: Si scortatores spectes, contra quos *Paulus* gravissimè disputat 1 *Cor*. VI. 13. & seqq. *Irenaeus* Lib. I. Cap. 28. in novissimâ Editione *Parisiensi*, (in *Oxoniensi* Cap. 32.) testatur, quod *Gnosticorum* nonnulli a *Basilide* & *Harpocrate* occasionem arripientes indifferentes coitus & multas nuptias (id est, polygamiam) introduxerint. Idem quoque *Irenaeus* Lib. I. Cap. 26. (sive in *Oxoniensi* Editione Cap. 30.) testatur de *Simonis Magi* discipulis, quod mystici illorum seductorum Sacerdotes libidinosè vivant. Et Cap. 26. de *Nicolaitis*, & nullam differentiam esse in moechando, & idolothyta comedendo. Praecipuè autem loco citato notanda est hypothesis seductorum. Scilicet statuebant se duabus partibus constare, animali & spirituali; orthodoxos verò dicebant nonnisi ψυχικοὺς, sive animales esse; & quod hanc ob caussam illis necessaria sit ἀγαθὴ πρᾶξις; sine quâ salvari non possint; sibi verò, cum sint spirituales, nullam corruptionem esse metuendam, quibuscumque de-

demùm dediti essent facinoribus: Quod illustrabant exemplo auri, quod a coeno vel luto non corrumpitur; sic censebant se, in quibuscumque versarentur materialibus actionibus, minimè corrumpi: Ex hoc fonte manavit, quod tamquam res ejusdem speciei planè consideraverint liberum esse a Lege Veteri cibariâ, idolothyta comedere, atque scortari.

Hisce opinionibus se opponens Apostolus, ostendit, cibis uti, & scortari multùm differre; Illud licitum, hoc prohitum & turpissimum esse. 1 *Cor.* VI. 12. & 13. Atque, in usu quoque licito ciborum, tamen etiam aedificationis rationem habendam esse.

Posterius hoc axioma imprimis contra primarios illorum *Gnosticorum* graviter docet, accuratissimè pertractans quaestionem de idolothytis: Illis absque ullo scrupulo vesci licere, sententia erat *Gnosticorum*; hac in parte recedentium non tantùm a monitis Concilii *Hierosolymitani*, quod ad tempus tantùm observandum fuisse, partim ex vero partim falsò, opinabantur; quod sollicitè distinguit, & enucleatè exponit Apostolus, in hac nostra Epistolâ; verùm etiam *Gnostici* ita comedebant de idolothytis, ut communionem cum ipsâ idololatriâ nequaquam evitarent.

Quaenam fuerit sententia *Gnosticorum* de idolothytis, docet *Irenaeus*; ut eos cognoscamus fuisse illorum hominum, contra quos disputat *Paulus*, propaginem; Utque sic percipiamus, quam necessarium fuerit, ut Apostolus fideles contra hos errores muniret. *Irenaeus* itaque Lib. I. *contra haereses.* Cap. 6. §. 3. (sive Cap. 1. §. 12. in Editione *Oxoniensi*) ita loquitur: *Etiam idolothytis indifferenter vescuntur, putantes nihil ab iis inquinari, & in omnem diem festum* Ethnicorum *oblectationem, in honorem idolorum factam, primi conveniunt, adeò ut ne-*

 qui-

quidem abstinerent spectaculo DEO atque hominibus inviso, in quo vel cum Servo pugnatur, vel dimicantes se mutuò occidunt: Hi verò etiam voluptatibus carnis insatiabiliter inservientes carnalia carnalibus, spiritualia spiritualibus reddi dicunt. Conferri etiam potest alius locus *Irenaei* Lib. I. Cap. 24. qui sic sonat. *Contemnere autem & idolothyta, & nihil arbitrari, sed sine trepidatione eis uti; habere autem & reliquarum operationum usum indifferentem & universae libidinis.* Hactenùs *Irenaeus.* Cum his conferantur *Tertullianus* de *Idololatriâ.* Cap. 13. & seqq. *Origenes contra Celsum* Lib. XVIII. pag. 393. Editionis *Spencerianae.*

Ex pravo autem principio, quo indifferentes esse operationes quascumque externas statuerunt, juncto fastidio simplicitatis Evangelicae, facilè fluere potuit studium incrustandi Evangelium & sub involucris involvendi, ut nec *Judaeis* nec *Gentibus* esset offendiculo, uti quoque communionem cum sacrificiis idololatricis & spectaculis *Ethnicorum*, ex perverso studio effugiendi persecutiones & placendi *Gentilibus*, derivat *Tertullianus* de *Idololatriâ* Cap. 13. & seqq. Uti quoque *Celsus* eo nomine *Christianis* infensus fuit, quod a sacrificatis abstinerent. Vide *Origenem contra Celsum*, loco citato.

Atque haec de *Paulistis*, *Cephitis*, & *Apollistis* dicta sunto.

Restat tamen aliquid: Scilicet quid censendum sit de illis, qui dicebant se CHRISTI esse? Hoc tam clarè, quam illa, de quibus diximus, non liquet; quum eos redargui, in hac Epistolâ, vix observare liceat.

VIX dico: Nam si etiam hi culpandi sint, (quod nescio an aliunde colligi possit, quam ex verbis *Pauli* in hac Epistolâ, Cap. I. 13. Μεμέρισται ὁ Χριστὸς;) videntur

tur fuiſſe homines ſuperciliofi; qui alios, eoſque etiam verè pios, contemnerent, & ſe, quaſi ſoli eſſent CHRISTI, jactarent: Atque hoc pacto ferè praecurſores ſe praeſtiterint *Donatiſtarum.* De quibus vide *Calvorium* in *Fiſſuris Zionis.* lib. IV. c. 2. p. m. 206. adde *Witzium* in Miſcellaneis, lib. IV. p. m. 742. & ſeqq.

Niſi tales fuerint, putaverim eos conſtituiſſe ſaniorem & magis ſinceram partem coetûs *Corinthii*, qui, averſantes nomina humana, a ſolo CHRISTO appellari vellent.

Hoc igitur ſchiſma primam videtur dediſſe hanc Epiſtolam ſcribendi occaſionem; praecipuè cum plura mala hinc pullulare inciperent, inter quae erat neglectus diſciplinae; ita ut nequidem ſcortatorem, horrendi inceſtûs reum, e medio ſui removerent: Porrò amor mutuus refrigeratus; unde perſecutiones & vexationes, quibus unus alterum ad tribunalia *Ethnicorum*, magno rei *Chriſtianae* detrimento, trahebant: Hinc quoque, vel ortus, vel auctus, mutuus contemptus; praeſertim contemptus pauperum; atque iterum ex eo inſignis illa ἀταξία, in ipſâ quoque Sacrae συνάξεως celebratione. De quibus omnibus conqueritur Apoſtolus, Cap. V. 6. & XI. hujus Epiſtolae. Defectus quoque mutuae charitatis videtur peperiſſe vanam gloriationem; in his vel illis extraordinariis donis, quibus DEUS hos vel illos inſtruxerat; contemptus illorum, qui iſtis donis carebant: Uti quoque ab alterâ parte moeſtitia & ſollicitudo, quin & aemulatio atque invidia in illis, qui donis, quae in aliis obſervabant, carebant. Quae obſervaſſe juvabit ad intelligentiam. Cap. XII. XIII. & XIV. hujus Epiſtolae.

Cum igitur funeſtiſſimos ſecum traxerit effectus hoc ſchiſma, atque aptum natum videretur ad perdendam florentiſſimam hanc Eccleſiam, Apoſtolo non tantùm

occa-

occasio oblata est, sed etiam necessitas imposita, serpenti huic malo occurrendi.

Accedebat melioris partis hujus Ecclesiae cupido, cognoscendi sententiam *Pauli* de nonnullis quaestionibus. Hujus consultationis meminit Apostolus Cap. VII. & seqq. Ubi videmus Apostolum differere de matrimonio ineundo, vel etiam dissolvendo. Etiam huic deliberationi, saltem ex parte, occasionem dedisse potest hoc schisma; certè illos, qui scortationem inter adiaphora reputabant, legitimo matrimonio infensos fuisse, praesertim eo tempore, quo metuendae erant persecutiones, admodùm probabile est. Inter primos quoque haereticos, contra quos disputat *Irenaeus*, fuisse, qui matrimonium pro impurâ & illicitâ re habuerunt, quique abstinentiam jactitantes *Encratitarum* nomen consecuti sunt, videri potest apud *Irenaeum* Lib. I. Cap. 24. pag. 101. qui narrat, quod *Saturninus* statuerit, quod nubere & generare sit opus *Satanae;* simulque docet *Irenaeus*, istâ specie continentiae, *Saturninum* multos seduxisse; unde prima, ad quam Apostolus hic respondet, quaestio fuit de matrimonio. De qua differit, c. VII.

Altera quaestio, quam *Corinthii* in suâ Epistolâ, *Paulo* proposuerant, videtur fuisse de idolothytis: Hanc autem quaestionem de esu idolothytorum ex hoc schismate natam, verosimile, ex illis quae diximus, videtur.

De ἀταξίᾳ quoque videntur conquesti *Corinthii*: Atque sic occasionem dedisse Apostolo docendi, quâ ratione τὸ πρεπὸν sive decorum, cùm quoad habitum viros & mulieres decentem, tùm quoad Sacram Coenam & Agapas, quas cum illâ conjungere solebat prisca Ecclesia, servare deberent. Quâ de re differit Apostolus Cap. XI. hujus Epistolae.

Quae-

Quaesiverunt etiam de praestantiâ donorum, eorumque decenti usu in Ecclesiâ; cui quaestioni ipsi effectus schismatis quoque videntur ansam dedisse. De hac quaestione audiemus Apostolum *Corinthios* erudientem. Cap. XII. XIII. & XIV.

Omnium autem praecipua querela, quam ad Apostolum detulerunt, erat de errore, quem nonnulli spargere inciperent de resurrectione corporis, quam scilicet negare sustinebant, uti discimus ex 1 *Cor*. XV. 12. De hac autem quaestione dissensio est inter eruditos, qualesnam fuerint horum omnium resurrectionem negantium hypotheses.

Volunt nonnulli *Paulum* disceptare cum *Sadducaeis*, omnem poenam & remunerationem post hanc vitam, adeoque etiam existentiam animae post mortem corporis & resurrectionem simul negantibus: Aliis contrà Interpretibus pugnantibus *Paulum* refutare illos *Gnosticos*, vel *Gnosticorum* prodromos, qui resurrectionem corporis negabant; ut sic ad Philosophorum illorum castra propiùs accederent, quibus resurrectio mortuorum fabula videbatur risu digna, uti ex *Act*. XVII. constat.

Qui prius statuunt, has pro suâ sententiâ afferunt rationes:

1. Adversarii, contra quos insurgit Apostolus, in illâ fuerunt sententiâ, quod omnis spes, quam in CHRISTO ponimus, hac vitâ terminetur; tales enim refutare videtur Cap. XV. 19. ex eo, quod hac thesi positâ illi, qui in CHRISTUM credunt, forent omnium mortalium miserrimi; at longè absurdissimum esse statuere illos, qui CHRISTO serviunt, omnium mortalium esse miserrimos. Atqui haec thesis, quam absurditatis adeò manifestò postulat Apostolus,

non fuit *Gnosticorum*, sed *Sadducaeorum* & *Epicuraeorum;* Ergò, inquiunt, contra hos, non contra illos, ratiocinatur Apostolus.

2. Adversarii, contra quos Apostolus *Corinthios* munire volebat, tale dogma propugnabant, ex quo sequebatur, rectè instituere illos, qui dicunt: *Edamus, bibamus; cras enim moriemur.* Hoc constat ex Cap. XV. 32. Atqui tale non fuit dogma *Gnosticorum*, qui solam corporis resurrectionem negabant, sed *Sadducaeorum*, qui cum morte corporis totum hominem interire putabant: Ergò contra hos, non contra illos, argumentatur Apostolus.

Qui verò posteriorem tuentur sententiam, his utuntur argumentis:

1. Quod *Paulus* apertis verbis statum controversiae in eo ponat, non an aliqua remuneratio post mortem spectanda sit, sed praecisè, an mortui sint resurrecturi, nec ne? Uti constat ex 1 *Cor.* XV. 12.

2. Quod *Paulus* pugnet cum hominibus, aliquâ saltem ex parte, *Christianis*, quique Evangelium receperant; ast abhorrere ab omni specie veri inter primos illos *Christianos* in Ecclesiâ *Corinthiacâ* fuisse, qui eousque absurditatis fuerint prolapsi, ut omnem planè spem vitae post hanc vitam abnegaverint.

3. Quod *Paulus* ad probandam resurrectionem CHRISTI utatur deductione ad absurdum, & quidem ad tale absurdum, quod illi, contra quos disputabat, pro absurdo habebant, Scilicet, E.C., *si CHRISTUS non resurrexisset, periissent ipsi, qui in eo obdormiverunt.* 1 *Cor.* XV. 18. Hoc posterius pro absurdo habere non poterant illi, qui credebant omnia hominis, animum non minùs quam corpus, interire.

Sic

Sic etiam ad probandam resurrectionem corporum adhuc exspectandam argumentatur ex absurdo, ex contrariâ sententiâ secuturo: Scilicet, ex negatione resurrectionis secuturum fore hoc absurdum, quod edere bibere deberemus, non pro caussâ DEI omnia tristia atque adversa subire: Hoc autem absurdum adversarios ipsos nolle admittere, sed remunerationem exspectare, adeoque ipsos resurrectionem corporis quoque agnoscere debere: In quâ ratiocinatione absurditas *Epicuraeismi*, sive abnegationis remunerationis post hanc vitam exspectandae, pro fundamento agnito ponitur; atqui hoc pro fundamento poni non poterat, si disputatio instituta fuisset ad confutandos *Sadducaeos*.

Atque sic posterioris sententiae patroni argumentum contra illos ex Cap. XV. 32. prolatum, invertunt, atque retorquent.

Posset fortassis utraque sententia aliquo modo conjungi; si concipiamus abnegatores resurrectionis corporis non omnes in omnibus consensisse, illosque, qui ex *Sadducaeis* ad *Christianismum* transiverant, veterem errorem ex parte deposuisse, & ex parte retinuisse; adeoque ex antiquis suis praejudicatis opinionibus facilè accessisse illis Philosophastris, qui ex suis philosophematis Apostolicam de resurrectione carnis doctrinam impugnabant: Hos tamen Philosophastros, qui Doctrinam Evangelii vanâ suâ doctrinâ contaminabant, vel corrumpebant, praecipuos esse adversarios, quos directè respiciebat, & contra quorum errores *Corinthios* monitos, atque munitos esse volebat, quos etiam eo nomine a recipiendâ horum seductorum doctrinâ absterrere allaborabat; quod principiis illorum Philosophastro-

E 2

phaſtrorum ſemel admiſſis, facillima foret ad ipſum *Sadducaeiſmum*, quem jam deſeruerant, atque hoc pacto totalem abnegationem Evangelii, prolapſio.

Si *Irenaeum* rurſùs conferamus, videbimus hos homines *Gnoſticis*, contra quos diſputabat *Irenaeus*, non prorſùs eſſe diſſimiles, illiſque quaſi proluſiſſe. De *Valentinianis* dicit *Irenaeus* Lib. II. Cap. 31. pag. 164. (Editionis *Oxonienſis* Cap. 56. pag. 188.) *Tantùm abeſt; ut mortuum excitent, ut hoc nequidem credant in totum fieri poſſe; eſſe autem reſurrectionem ex mortuis agnitionem illius, quae ab eis dicitur, veritatis.* Idem *Irenaeus* de *Baſilide* teſtatur, quod ſtatuerit *animae ſolius eſſe ſalutem; corpus enim corruptibile eſſe ſuâ naturâ:* Atque iterùm, paucis interjectis, *contemnere autem & idolothyta & nihil arbitrari, ſed ſine trepidatione illis uti; habere autem & reliquarum operationnm uſum indifferentem, etiam univerſae libidinis.* Lib. I. Cap. 24. pag. 102. (Editionis *Oxonienſis* Cap. 27. pag. 98.) Sic *Marcioni* eamdem ſententiam adſcribit *Irenaeus* Cap. 27. pag. 106. (In Editione *Oxonienſi* Cap. 29. pag. 104.) Ubi haec ſunt verba: *Salutem autem ſolùm animarum eſſe futuram illarum, quae ejus doctrinam didiciſſent; corpus autem, videlicet quod ex terrâ eſt deſumptum, impoſſibile eſſe participari ſalutem.* Cum his conferri poſſunt illa, quae habet *Tertullianus de praeſcriptione adverſus haereticos* Cap. 33. pag. 243. Editionis *Rigaltianae:* Haec ſunt verba: Paulus *in priori ad* Corinthios *notat negatores & dubitatores reſurrectionis: Haec opinio propriè* Sadducaeorum; *partem ejus uſurpant* Marcion, *&* Valentinus, *& ſi qui alii reſurrectionem carnis infringunt.* Similem ferè, licet non per omnia ſimilem, opinionem ſediſſe *Judaeis* nonnullis obſervat

Cla-

Clarissimus *L'Empereur* in notis ad *Jachiadae Paraphrasin in Danielem.* pag. m 156. & 157. Erant nimirùm in eâ opinione, fore ut, veniente MESSIA, resurgerent ad hanc vitam carnalem, atque deinde, postquam voluntatis abundè hic perceperint, vitam cum morte essent commutaturi, profertque verba ex *Maimonidis* יד חזקה in Tractatu תשובה Cap. 9. Ubi quidam *Judaei* sic loquuntur: *Nulla est differentia inter haec saecula, & tempora Messiae, praeterquam quod regna subjugabuntur solummodò.* Adducit etiam idem Clarissimus *L'Empereur* Cap. 8. sect. 2. ejusdem tractatûs *Maimonidis:* Ubi haec leguntur: *In mundo futuro non erit corpus, vel corporatura, sed solae Sanctorum animae.*

Ab istiusmodi *Judaeorum* sententiâ non multùm recedit illa, quam vidimus, sententia *Gnosticorum*, saltem hactenus, quod statuerint omnes corporeas voluptates sibi esse licitas, & summam felicitatem solis animabus, abolito scilicet corpore, esse destinatam.

Hac de re igitur videtur sincerior Ecclesiae *Corinthiacae* pars Apostolum consuluisse, & conquesta fuisse inter schismaticos esse, qui perniciosas istiusmodi sententias disseminarent.

Ultimum quaesitum in Epistolâ *Corinthiorum* ad *Paulum* datâ videtur spectasse eleëmosynas, in usum pauperum *Christianorum* in *Judaeâ* habitantium colligendas: Ad hoc quaesitum respicit Apostolus 1 *Cor.* XVI. 1-5. Id quod formula exordiendi, quâ ibi utitur, cum illâ quae occurrit Cap. VII. 1. collata, indicare videtur.

Scilicet, cum Apostolus noster, finitâ suâ primâ ad *Gentes* expeditione, *Hierosolymam* adscenderat, &

Evangelium ſuum, quod *Gentibus* praedicaverat, cum Apoſtolis, *Hieroſolymam* degentibus, communicaverat; illi *Paulo* & *Barnabae*, agnoſcentes divinam eorum ad *Gentes* miſſionem, dextras ſocietatis dederunt, ut ad *Gentes* abirent, hoc tantùm monentes, ut pauperum, ſcilicet *Judaeorum*, *Hieroſolymae*, & in *Judaeâ* degentium, memores eſſent: narrante Apoſtolo *Gal.* II. 9. & 10. Hac in parte officio ſuo antea quoque non defuerat Apoſtolus, uti legimus *Act.* XI. 30. & XII. 25. Sed poſtea, cum ſecundâ & tertiâ vice ad *Gentes* proficiſceretur, non deferbuit ipſius pro pauperibus, *Hieroſolymitanis*, *Judaeamque* inhabitantibus, ſtudium: Nullam praetermiſiſſe videtur occaſionem hortandi fideles ex *Gentibus*, ut ſubvenirent neceſſitatibus credentium ex *Judaeis*.

Jam quâ ratione hoc commodè fieri poſſet, videntur rogaſſe *Corinthii*; ad quam partem Epiſtolae reſpondens Apoſtolus, idem illis conſilium dat, quod dederat *Galatis.* 1 *Cor.* XVI. 1-5.

Ibidem verſu 5. videmus Apoſtolum indicaſſe *Corinthiis*, quod ad ipſos eſſet venturus, poſtquam tranſiiſſet Macedoniam: Quae declaratio propoſiti ſui videtur ſimul fuiſſe ſignificatio mutationis conſilii ſui, quandoquidem antea in animum ſuum induxerat primùm ad *Corinthios* venire, hinc ad *Macedonas* abire, inde rurſùs ad *Corinthios* reverti, uti fatetur 2 *Cor.* I. 15. & 16. Primum illud ſuum propoſitum videtur *Corinthiis* notum feciſſe, antequam ſcriberet hanc Epiſtolam, forſitan in brevi illâ, quam interiiſſe credimus, Epiſtolâ. Vide Articulum I. Vel, ſi fortè quis praefractè negare vellet talem antè datam Epiſtolam, per *Timotheum* & *Eraſtum*; quos ſuprà, ad Articulum IV. oſten-

oſtendimus ante ſcriptam hanc Epiſtolam jam in *Macedoniam* & *Achaiam* ablegatos.

Prior tamen conjectura mihi videtur probabilior; quâ admiſſâ detegimus occaſionem oblatam adverſariis Apoſtoli, vel potiùs ab illis arreptam, moram, quam faciebat Apoſtolus, exagitandi, eumque contemnendi, quaſi vanis minis *Corinthios* terrere volebat, non facilè ad ipſos venturus: Quorum audacia cauſſam dedit Apoſtolo affirmandi ſe ad eos venturum & ipſo opere auctoritatem ſuam Apoſtolicam aſſerturum: Id quod eum feciſſe legimus 1 *Cor.* IV. 18-21. Additâ in fine hujus Epiſtolae declaratione, ſe priùs tranſiturum *Macedoniam.* Vide 1 *Cor.* XVI. 5.



AR-

ARTICULUS SEXTUS.

De SCOPO hujus Epiſtolae: Et ejusdem DIVINA AUCTORITATE.

EX dictis ſatis patet, quisnam ſit Scopus hujus Epiſtolae: Nimirùm reſtituere perturbatum Eccleſiae *Corinthiacae* ſtatum, & eo quoque fine reſpondere ad *Corinthiorum* quaeſita per Epiſtolam.

Quanti momenti hic Scopus ſit, ex hactenus dictis patet. Et quam accurata ſit via, per quam ad hunc Scopum aſſequendum tendat Apoſtolus, ex ipſâ Analyſi hujus Epiſtolae patebit. Epiſtola haec longitudine quidem omnes reliquas ſuperat, rectè tamen dicit *Calmetus*, eam, ſi materiae varietatem atque ubertatem ſpectes, brevem cenſendum eſſe; Et ſi quis eam attentè legat, admiraturum eſſe vim dicendi, illuminationem, ſapientiam, amorem, zelum manſuetudine temperatum.

Haec omnia ſimul ſumta, & convenientia cum reliquis Sacrae Scripturae partibus; Speciatim cum *Moſis* & Prophetarum doctrina; nec non Apoſtolatus *Pauli* & documenta quibus DEUS *συνεπιμαρτύρησε Paulo* & ejus doctrinae (de quibus ad Epiſtolam ad *Theſſalonicenſes* diximus) tanta ſunt, ut Auctoritatem habeant conſcientiam Lectorum obligandi, ad hanc quoque Epiſtolam excipiendam, non ut ſermonem hominum, ſed (ſicuti eſt vere) ut Sermonem DEI.

Utinam! Imo Utinam! diligenter legeretur Divina haec Epiſtola; ſed non tantummodo legeretur, ſed etiam ad animum revocaretur, atque ad hanc normam ſe componeret Eccleſia; non membra tantum, ſed etiam Doctores. Sed eheu! Praeſtat tacere, quam crabrones irritare. Impleat, ex ânimo precor, fidelis JEHOVAH promiſſum Pſalmi LXXXV. 11. AR-

ARTICULUS SEPTIMUS.

De METHODO, quâ usus est Apostolus ad Scopum suum assequendum, sapientissimâ, & prudentissimâ, ex Analysi elucente.

QUandoquidem Articulo praecedenti, inter documenta praestantiae hujus Epistolae, hoc quoque numeraverim, quod ad decentissimum finem assequendum accuratâ procedat viâ, de eo quaedam, pauca licet, cum non opus sit multis, monere juvabit.

Apostolus noster, quidem dixerat, se venisse ὐ καθ᾽ ὑπεροχὴν λόγυ ἢ σοφίας, (intelligens placita hujus illiusve sectae Philosophicae, flosculosque & pigmenta Rhetorum, quibus nativa indoles rerum infucatur, ut alia apareat, quam reverà est, de quà re in Prolegomenis egimus) ipso facto tamen in hac Epistolâ ostendit, quod minimè destitutus fuerit ab accuratissimâ simulque subtilissimâ & solidissimâ ratiocinatione, neque a veri nominis eloquentiâ, quae non consistit in turgidis & rem ipsam obscurantibus verbis, sed in dictione, quâ ipsâ rei veritas, & pondus, & momentum attendenti clarè & concinnè ob oculos ponuntur, & altè menti inprimuntur, tùm suavi insinuatione, tùm severâ obtestatione. In ipsâ hac Epistolâ rerum testimonia praestò sunt, quibus demonstratur Apostolum

his quoque donis a Spiritu Sancto, eximiâ mensurâ fuisse exornatum, & expertum veritatem promissi, quo CHRISTUS Dominus suos Apostolos solatus est. *Lucae* XXI. 15. *Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt contradicere, neque resistere, omnes qui se vobis opponent.*

Ut hoc apertum fiat & manifestum, subjicio Analysin, cùm totius Epistolae, Tabulâ Generali, tùm singularium pericoparum sive partium, totum hoc constituentium, Tabulis LXXXIII. Specialibus; liquidò demonstrantibus nullas in hoc Apostoli scripto reperiri digressiones, a scopo deviantes, nec quidpiam superflui; sed omnia & singula accuratè directa ad Scopum, quem sibi, impellente Spiritu Sancto, proposuerat, convenientem statui Ecclesiae *Corinthiacae*: Simulque Ecclesiae omnis temporis, quotiescumque in haud absimilem statum perventura fuerit.



TA-

TABULA GENERALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE

PRIORIS AD

CORINTHIOS

INTEGRAE.

IN hac Epiſtolâ, univerſim ſpectatâ, ſcriptâque ad reſtituendum perturbatum Eccleſiae *Corinthiacae* ſtatum hunc ordinem obſervatum deprehendimus:

I. Praemittitur Inſcriptio. Cap. I. 1–4. Vid. TAB. I. ſpecialem.

II. Sequitur Epiſtolae ipſius Argumentum princeps. Cap. I. 4.-Cap. XVI. 10. In quo notamus

A. Exordium admodùm patheticum, ſcopoque conveniens. Cap. I. 4--10. Quo

א. Tenerrimo affectu gratias agit DEO pro gratiâ *Corinthiis* (veris nimirùm credentibus, in iſto externo coetu, veri nominis Eccleſiam conſtituentibus) affatim conceſſâ. Cap. I. 4--8. Vid. TAB. II. ſpecialem.

ב. Teſtificatur ſpem ſuam, & exſpectationem de eorumdem ulteriori in futurum felicitate. Cap. I. 8. 9. Vid. TAB. III. ſpecialem.

B. Tractationem Argumenti principalis ipſam. Cap. I. 10–Cap. XVI. 10. In quâ

II.A.

ℵ. Differit de querelis per domesticos *Chloës* ad se delatis. Cap. I. 10--Cap. VII. 1.

Hic reprehendit & emendare conatur Apostolus

a. Schisma jam inchoatum, & indies magis in nervum erumpens. Cap. I. 10-- Cap. V. 1. Idque in hunc modum:

(α) Directè hoc schisma, moremque nomina humana crepandi, seque ab hoc illove Doctore denominandi reprehendit; utpote quod viam sternat & muniat ad dissidia, eaque perpetuanda, & augenda. Cap. I. 10-17. part. post. Vid. TAB. IV. specialem.

(β) Originem, & ipsas radices, e quibus schismata pullulabant, denudat, & exstirpare conatur. Cap. I. 17. p. post. -- Cap. V. 1. Origo autem hujus mali duplex potissimùm erat:

1. Prima schismatis origo, cui obviam it Apostolus, erat commixtio humanae & carnalis sapientiae cum Evangelio CHRISTI: Eam sectantes, & simplicitatem Evangelii fastidientes, *Paulinam* Evangelii praedicandi methodum spernebant. Huic malo medetur, suamque Evangelii praedicandi methodum defendit. Cap. I. 17. p. post. -Cap. III. 1. Hoc fine demonstrans

AA. Talem Evangelii cum sapientiâ humanâ commixtionem non convenire cum mandato CHRISTI, sapientissimo consilio secundum DEI propositum

II.B.א.a.(β)I.AA.

tum, dato. Cap. I. 17. p post. -- Cap. II. 1. Ubi.

אא. Breviter & summatim indicat, quâ ratione praedicare jussus sit, quove fine hoc praeceptum ei datum sit. Cap. I. 17. p. post. Vid. TAB. V. specialem.

בב. Pluribus hoc confirmat; occupatione & solutione objectionis, quâ Adversarii suam methodum propugnare, illam autem Apostoli impugnare solebant: quam objectionem non tantùm refellit Apostolus, sed in ipsos quoque Adversarios retorquet; eorumque methodum ipso illo telo, quod in Apostoli methodum vibrabant, confodit. Cap. I. 18-Cap. II. 1. Ubi notare oportet

aa. Summam totius hujus ratiocinationis. (Quâ objectionem Adversariorum indicat, solvit, & retorquet) proponi. Cap. I. 18. Vid. TAB. VI. specialem.

bb. Eamdem deduci & confirmari. Cap. I. 19--II. 1. Ubi Apostolus

(*αα*) Ex V. T. declarat, quid secundum doctrinam Propheticam exspectandum fuerit: adducens ex *Jes.* XXIX. 14. duo apophthegmata. Cap. I. 19. Vid. TAB. VII. specialem.

II.B.א.a(β)1.AA.בב.bb.(αα)

(ββ) Oftendit haec dicta per talem Evangelii praedicationem, qualis haec fua erat, hujusque praedicationis confequentia, impleri; idque ad fingularem illuftrationem gloriae DEI. Cap. I. 20--II. 1. Vid. TAB. VIII. fpecialem.

BB. Seque hanc ob cauffam follicitè in fuâ praedicatione abftinuiffe ab illâ fapientiae humanae cum Evangelio commixtione; idque faciendo nequaquam meruiffe, ut fua methodus contemptim haberetur. Cap. II. 1-Cap. III. 1. Haec demonftratio bimembris eft:

אא. Generatim oftendit fuam praedicandi methodum talem fuiffe, qualis ex fuprà memorato mandato CHRISTI effe debebat; fecundum illa, quae hactenùs demonftraverat. Cap. II. 1-6. Vid. TAB. IX. fpecialem.

בב. Speciatim, talem praedicationem, qualis fua & fuorum συνέργων fuerat, nequaquam dignam effe, quae contemnatur. Cap. II. 6-III. 1. Hoc autem demonftrat

aa. Quod ad ipfam materiam. Cap. II. 6-13. Vid. TAB. X. fpecialem.

bb. Quod ad ftylum & modum proponendi. Cap. II. 13-Cap. III. 1. Vid. TAB. XI. fpecialem.

2. Al-

II.B.א.a.(β)1.

2. Altera ſchiſmatis origo, ex quâ illud natum erat, vel pullulabat, erat affectatio τῦ ὕψυς, ſive doctrinae, quae ſupra vulgi captum eſſet: Ex quâ affectatione oriebatur contemptus horum, & hinc porrò nimia elatio aliorum Doctorum; ſpeciatim autem *Pauli* contemptus, ut qui in fundamentalium doctrinae Capitum inculcatione praecipuam ſuam induſtriam poſuerat.

Illius autem affectationis pravum principium erat turpis ſuperbia. Hanc igitur malam radicem exſtirpare conatur Apoſtolus, Capitibus III. & IV. totis. Ubi

AA. Ipſam hanc affectationem, & hinc natam nimiam, & extra oleas vagantem, unius ab altero Doctoris diſtinctionem, hujuſque prae altero vel elationem, vel, contrà, contemptum, redarguit. Cap. III. 1. -IV. 6. Hunc in finem

אא. Oſtendit ſe neceſſitate impulſum fuiſſe, ad inculcanda illis prima *Chriſtianiſmi* principia. Cap. III. 1-5. Vid. TAB. XII. ſpecialem.

בב. Differit de rectâ & legitimâ, eique oppoſita perverſâ & indecenti, Doctorum Eccleſiae aeſtimatione. Cap. III. 5-Cap. IV. 6. Ubi

aa. Reprehendit morem ſe ab hoc vel illo Doctore denominandi. Cap. III. 5-Cap. IV. 1. Nimirùm

rùm demonstrat indecentem & statu Ecclesiae indignum esse hunc morem. Rationibus desumptis:

(αα) A consideratione ipsorum Doctorum. Cap. III. 5--21. Ubi Apostolus ostendit, quod

§. Doctores, etiam optimè de Ecclesiâ DEI merentes, nullâ tamen ratione mereantur, ut fideles alterum alteri eousque praeferant, ut unum prae altero contemnant, neque ut se ipsos ab aliquo denominent. Cap. III. 5-10. p. post. Vid. TAB. XIII. specialem.

§§. Non omne id, quod pro profectu, vel ulteriori perfectione, reputatur, tale quid reverà esse. Cap. III. 10. p. post. -21. Id quod Apostolus

/. Proponit ad cautelam; & ut prudentes faceret *Corinthios*. Cap. III. 10. p. post. -16. Vid. TAB. XIV. specialem.

//. Urget, & adstringit. Cap. III. 16-21. Vid. TAB. XV. specialem.

(ββ) A consideratione ipsorum fidelium, eorumque dignitatis,

II.B.א.*a*.(β) A A.בב.*aa*.(ββ)

tis, quae non patiatur, ut glorientur in hominibus. Cap. III. 21-IV. 1. Vid. TAB. XVI. specialem.

bb. Differit de juftâ & legitimâ verorum Doctorum, fuique etiam ipfius *Pauli* aeftimatione. Cap. IV. 1-6. Vid. TAB. XVII fpecialem.

BB. Ipfum illud pravum principium, faftum, nimirùm, & ambitionem, hominum animos inflantem, aggreditur, & exftirpare conatur. Cap. IV. 6-V. 1. Ubi

אא. Animos *Corinthiorum* ab hoc vitio avertere ftudet. Cap. IV. 6. 7. Vid. TAB. XVIII. fpecialem.

בב. Acriter fuperbiam *Corinthiorum* perftringit, & fimul ad imitationem fuae modeftiae adhortatur. Cap. IV. 8-V. 1. Quo fine

aa. Sale perfricat *Corinthiorum* imaginariam felicitatem. Cap. IV. 8-14. Vid. TAB. XIX. fpecialem.

bb. Hortatur, ut planè aliam ingrediantur viam, & fuo exemplo a faftu defiftant, feque contemnere definant. Cap. IV. 14-Cap. V. 1. Vid. TAB. XX. fpecialem.

b. Mala, quae, ex hoc fchifmate orta, ftatum Ecclefiae *Corinthiacae* perturbabant. Cap. V. & VI. Horum malorum

II.B.א.*b*.

(α) Primum perstringit, nimirum, neglectum disciplinae Ecclesiasticae contra scortatores vel impurissimos, cujus mali documentum *Corinthi* exstabat famosissimum. Cap. V. In quo Capite reperimus

1. Acrem reprehensionem ob negligentiam hac in parte admissam. Cap. V. 1-7. Vid. Tab. XXI. specialem.

2. Admonitionem seriam, ut insignem hunc defectum emendarent. Cap. V. 7-VI. 1. Vid. Tab. XXII. specialem.

(β) Redarguit alia vitia ex eâdem radice pullulantia, vel saltem incrementum capientia. Cap. VI. 1-VII. 1. Ubi

1. Reprehendit *Corinthios* ob laesionem caritatis, quin & justitiae. Cap. VI. 1-12.

AA. Quatenùs alter alterum ad tribunalia Gentilium protrahebat. Cap. VI. 1-8. Vid. Tab. XXIII. specialem.

BB. Quatenùs variis modis alter alteri damnum injuriamque inferebat. Cap. VI. 8-12. Vid. Tab. XXIV. specialem.

2. Tacitè quasi taxat, & refutat erroneas pessimi commatis opiniones quasdam, quas gliscere sinebant *Corinthii* de indifferentiâ rerum corporearum, speciatim quoque scortationis. Cap. VI. 12-VII. 1. Vid. Tab. XXV. specialem.

ב. Respondet ad quaesita per Epistolam a *Corinthiis* ad *Paulum* missam. Cap. VII. 1-XVI. 10. Illa autem spectant

a. Sta-

II.B.ב.

a. Statum OEconomicum. De quibus respondet Cap. VII. toto. Ubi notetur

(α) Propositio materiae disputationis. Cap. VII. 1. Vid. TAB. XXVI. specialem.

(β) Canonis, sive ab Apostolo anteà positi, sive a *Corinthiis* ipsis Apostolo ad examen propositi, restrictio, sive justa & commoda declaratio, quâ duplici hujus canonis abusui obviam ire conatur. Cap. VII. 2-VIII. 1. Ostendens eo non esse abutendum

1. Ad occasionem carni praebendam, ad impuritates, scortationes, divortia, & quaecunque repugnant institutioni matrimonii a DEO profectae. Cap. VII. 2-25. Id quod exponit

AA. Ratione scortationis. Cap. VII. 2-10. Vid. TAB. XXVII. specialem.

BB. Ratione divortiorum. Cap. VII. 10-25. De quibus differit

אא. In ordine ad credentes, cum credentibus matrimonio junctos. Cap. VII. 10. 11. Vid. TAB. XXVIII. specialem.

בב. In ordine ad credentes, matrimonio copulatos cum thori sociis, fidem Christianam nondùm amplexis. Cap. VII. 12-25. Vid. TAB. XXIX. specialem.

2. Ad persuadendum hominibus Apostolum in eâ esse sententiâ, quod matrimonium ipsum res sit vitiosa, & peccaminosa. Cap. VII. 25. -Cap. VIII. 1. Quod ostendit

II.B.ב.*a*.(β)2.

AA. Ratione coelibum. Cap. VII. 25-39.
Vid. Tab. XXX. ſpecialem.

BB. Ratione viduarum. Cap. VII. 39. 40.
Vid. Tab. XXXI. ſpecialem.

b. Statum Eccleſiaſticum. Cap. VIII. 1-Cap. XVI.
10. Ubi reſpondet ad quaeſtiones propoſitas:

(α) De controverſiis nonnullis & confuſionibus, aemulationibus, & perniciosis opinionibus in illâ Eccleſiâ exortis. Cap. VIII. 1-XVI. 1. Ubi diſputat Apoſtolus

1. De variis rebus ad externum maximè ſtatum, pacem, ordinemque in Eccleſiâ ſervandum pertinentibus. Cap. VIII. 1-XV. 1. Hic videmus Apoſtolum differentem

AA. De abuſibus ſcandala praebentibus, quae tamen omni ſtudio vitanda eſſe docet. Cap. VIII. 1-XII. 1. Huc jam pertinet diſputatio

אא. De Idolothytis, a quibus abſtinendum eſſe prudentiſſimè juſſerat Synodus *Hieroſolymitana* (uti *Act*. XV. videre eſt). De quâ materiâ Apoſtolus in hac Epiſtolâ agit Cap. VIII. 1-XI. 3. In quâ pericopâ reperimus

aa. Copioſam de hoc argumento ratiocinationem. Cap. VIII. 1-X. 23. Quâ

(αα) Removentur ſpecioſi praetextus, quibus illi, qui huic praecepto morem gerere recuſabant, utebantur. Cap. VIII. 1-X. 1. Hos

§. Sum-

II.B.ב.*b*.(*a*)

I.AA.אא.*aa*.(*aa*)

§. Summatim proponit, & confutat. Cap. VIII. 1-4. Vid. TAB. XXXII. specialem.

§§. Enucleatiùs indicat, & refellit. Cap. VIII. 4-X. 1. Ubi disputat

I. Contra primum praetextum, ex eo desumptum, quod idolum nihil sit, quodque unus tantùm sit DEUS. Cap. VIII. 4-9. Vid. TAB. XXXIII. specialem.

II. Contra alterum praetextum, ex eo desumptum, quod saltem jus & potestas de omnibus a DEO creatis cibis comedendi denegari non possit fidelibus, quod verbis proximè praecedentibus Apostolus concesserat. Cap. VIII. 9-X. 1. Ut hujus praetextûs vim & consequentiam enervet Apostolus, hac viâ & ordine procedit:

— Inculcat officium, omnibus *Christianis* incumbens, inserviendi omnium virium contentione commodis fratrum, & rei *Christianae*. Cap. VIII. 9-IX. 24. Hoc autem urget

†. Ex ipsâ rei naturâ. Cap. VIII. 9-13. Vid. TAB. XXXIV. specialem.

††. Suum ipsius exemplum proponendo, idque *Corinthiis* ad imitationem exhibendo. Cap. VIII. 13-IX. 24. Id quod

II.B.ב.*b*.(*a*)
ב.AA.אא.*aa*.(*aa*)§§.//.— ††.

AAA. Summatim proponit. Cap. VIII. 13. Vid. TAB. XXXV. ſpecialem.

BBB. Confirmat pluribus. Cap. IX. 1-24.

אאא. Aliquot ſpeciminibus oſtendendo ſe in nonnullis ſuâ poteſtate, quam habebat, tamen non uti. Cap. IX. 1-13. Vid. TAB. XXXVI. ſpecialem.

בבב. Hanc ratiocinationem ulteriùs illuſtrando. Cap. IX. 13-24. Vid. TAB. XXXVII. ſpecialem.

ℶ Excitat & inflammat *Corinthios*, ut Athletarum inſtar in ſtudio promovendae rei *Chriſtianae* vincere annitantur. Cap. IX. 24. 25. 26. 27. Vid. TAB. XXXVIII. ſpecialem.

(ββ) Contrà oſtenditur eſum Idolothytorum vitio non carere. Cap. X. 1-23. Haec demonſtratio bimembris eſt:

§. Demonſtrat Apoſtolus periculoſiſſimum eſſe eſum Idolothytorum, & proindè ab eo abſtinendum eſſe. Cap. X. 1-15. Ubi attendere oportet ad

/. Ipſam Apoſtoli ratiocinationem. Cap. X. 1-14. Vid. TAB. XXXIX. ſpecialem.

//. Con-

II.B.ב.*b*.(α)
1.AA.אא.*aa*.(ββ)§./.

//. Conclusionem. Cap. X. 14. Vid. TAB. XL. specialem.

§§. Peccaminosum esse certis in casibus ipsum esum Idolothytorum. Cap. X. 15-23. Vid. TAB. XLI. specialem.

bb. Prudentem animorum circa hoc negotium similiave directionem. Cap. X. 23-XI. 3.

(*αα*) Ad hoc ipsum negotium quod attinet, regulas praescribit generales, & speciales. Cap. X. 23-31. Vid. TAB. XLII. specialem.

(*ββ*) Ad similia negotia quod attinet, *Corinthios* docet, quomodo se gerere debeant. Cap. X. 31-XI. 3. Vid. TAB. XLIII. specialem.

בב. De duplici in sacris ipsorum conventibus ἀταξίᾳ evitandâ, vel emendandâ. Cap. XI. 3-XII. 1. Ubi

aa. Differit de velamine, quo mulieres tectas esse deceret, viros verò nequaquam, cum orarent, vel prophetarent. Cap. XI. 3-17. Ubi

(*αα*) Suam de hac materiâ ratiocinationem proponit. Cap. XI. 3-13. Vid. TAB. XLIV. specialem.

(*ββ*) Ad ipsum *Corinthiorum* judicium conscientiaeque dictamen, modò prava litigandi cupido absit, provocat. Cap. XI. 13-17. Vid. TAB. XLV. specialem.

bb. Perorat de alterâ, quae in Ecclesiam *Co-*

rin-

II.B.ב.(α)I.AA.בב.*bb.*

rinthiacam irrepſerat, ἀταξία, quae ſcandalum praebebat, in Agapis eorum & Sacrâ Coenâ. Cap. XI. 17-XII. 1. Hic perpendenda occurrit

(αα) Generalis reprehenſio. Cap. XI. 17. Vid. Tab. XLVI. ſpecialem.

(ββ) Specialior hujus mali detectio & emendatio seriò inculcata. Cap. XI. 18-XII. 1. Hic notare oportet, quo pacto Apoſtolus

§. Retegat peſſimam hujus mali originem. Cap. XI. 18. 19. Vid. Tab. XLVII. ſpecialem.

§§. Eamque omni contentione exſtirpare conetur. Cap. XI. 20-XII. 1.

Hoc Apoſtolum facere videmus,

/. Convincendo *Corinthios* de noxâ & turpitudine hujus mali. Cap. XI. 20-26. Vid. Tab. XLVIII. ſpecialem.

//. Adhortando ad decentem Sacrae Coenae & Agaparum, cum eâ conjungi ſolitarum, uſum. Cap. XI. 26. --Cap. XII. 1. Vid. Tab. XLIX. ſpecialem.

BB. De

II B.ב.b.(α)1. AA.

BB. De quaestionibus propositis extraordinaria dona Spiritûs Sancti spectantibus. Capp. XII. XIII. & XIV.

Ad duo autem praecipua capita hae quaestiones referri possunt; Videmus enim Apostolum hic considerare

אא. Quaestionem de praestantiâ unius doni prae altero, & quodnam eorum prae aliis sit expetendum, de quâ prolixè agit Apostolus Cap. XII. 1-XIV. 26.

Hanc quaestionem bimembrem facit, sive expressis verbis, sive saltem intentione, quum apud animum suum duo volverint *Corinthii*. Concipimus itaque

aa. Primam quaestionem hanc fuisse, quaenam illa dona sint, & quaenam consequenter etiam munera sint, quae aliquem in Ecclesiâ majori prae aliis honore dignum faciant? De quâ agit Cap. XII. 1-31.

Ad hanc quaestionem non directè, sed indirectè respondet Apostolus, docens satiùs esse omnia dona Spiritûs Sancti (utpote sapientissimis rationibus, & liberrimo beneplacito, diversimodè, inter diversa ejusdem corporis membra, distributa) magni facere, ad commune totius corporis commodum & ornamentum impendere,

II.B.ב.*b*.(α)1.BB.אא.*aa*.

& omnibus hujus corporis membris cuique ſuum honorem tribuere; ut hoc pacto omnis ambitio carnalis, & omnis quoque μεμψιμοιρία deponatur.

In hoc prudentiſſimo reſponſo hunc ſervare videtur Apoſtolus ordinem:

(αα) Praemittit blandam declarationem, quâ ſignificat ſe parato eſſe animo, ad *Corinthios* hac in parte erudiendos. Cap. XII. 1. Vid. Tab. L. ſpecialem.

(ββ) Progreditur ad *Corinthiorum*, de hoc argumento, inſtitutionem. Cap. XII. 2-31. Ubi

§. *Corinthiis* ob oculos ponit communia, quae omnes ex merâ gratiâ adepti erant, beneficia, & dona. Cap. XII. 2. 3. Vid. Tab. LI. ſpecialem.

§§. Differit de reliquorum donorum, hinc etiam officiorum, munerumque, ſecundum DEI liberrimum, ſapientiſſimumque conſilium, diverſitate. Cap. XII. 4-31. Ubi

/. Summatim oſtendit, ab eodem DEO Tri-uno diverſitatem illam donorum, miniſte-

II.B.ב.*b* (α) I.BB.אא.*aa.*(ββ)

§§./.

nisteriorum, & operationum, proficisci, & dirigi ad commodum totius Ecclesiae. Cap. XII. 4-8. Vid. Tab. LII. specialem.

//. Idemque distributè exsequitur. Cap. XII. 8-31. Et quidem

— Ratione variorum donorum. Cap. XII. 8-11. Vid. Tab. LIII. specialem.

= Ratione diversarum functionum, variorumque officiorum & munerum. Cap. XII. 12-31. In quâ diversitate ostendit elucere DEI infinitam sapientiam, eâdem ratione, uti in aptâ membrorum corporis humani coagmentatione. Hunc in finem

†. Utitur simili, a corporis humani fabricâ desumpto. Cap. XII. 12-28. Quo docet

AAA. Diversitatem membrorum non tollere unitatem corporis. Cap. 12-17. Vid. Tab. LIV. specialem.

BBB. Diversitatem membrorum, variasque eorum operationes, insignem corpori toti utilitatem praestare. Ubi

אאא. Hanc utilitatem considerandam proponit. Cap. XII. 17-21. Vid. Tab. LV. specialem.

בבב. Usûs ex hac comparatione elicit. Cap. XII. 21-28. Vid. Tab. LVI. specialem.

††. Applicat hoc simile: Ita, ut ostendat ipsam experientiam confirmare, quod DEO, cui summa competit libertas, hoc pacto cum Ecclesiâ agere visum fuerit. Cap. XII. 28-31. Vid. Tab. LVII. specialem.

Hac ratione munitâ viâ,

 bb. Al-

II.B.ב.*b*.(*a*)I.
BB.אא.*aa*.

bb. Alteram quaestionem aggreditur, quâ quaerebatur, quaenam dona maximè sint expetenda. De eâ differit. Cap. XII. 31-XIV. 26. Ubi videmus

(αα) Transitionem concinnam. Cap. XII. 31. Vid. TAB. LVIII. specialem.

(ββ) Ipsam hujus quaestionis pertractationem. Cap. XIII. 1-XIV. 26. Ubi docet

§. Caritati praecipuè studendum esse; utpote, sine quâ omnia reliqua dona omni verâ utilitate careant; ipsa verò omnium donorum Spiritûs Sancti praestantissimum sit. Cap. XIII 1-XIV. 1. In hac igitur pericopâ

/. Caritatis necessitatem, utpote sine quâ omnia reliqua frustrà forent, ob oculos ponit. Cap. XIII. 1-4. Vid. TAB. LIX. specialem.

//. Caritatis praestantiam probat. Cap. XIII. 4-XIV. 1.

— Ex nobilissimis attributis & effectis. Cap. XIII. 4-8. Vid. TAB. LX. specialem.

= Ex perenni, & numquam cessaturâ caritatis duratione. Cap. XIII. 8-XIV. 1. Vid. TAB. LXI. specialem.

§§. Post caritatem, & cum eâ, maximè expetenda esse praestantissima & Ecclesiae utilissima dona: Horumque verè praecipuum esse, certè prae dono linguarum (quo *Corinthiorum* nonnullorum animi inflati fuisse videntur) eminere, donum prophetiae.

II.B.ב.*b*.(α)
I.BB.אא.*bb*.(ββ)§§.

tiae. Cap. XIV. 1-26. Ubi videas
/. Propoſitionem. Cap. XIV. 1. Vid. TAB. LXII. ſpecialem.
//. Rationes ſuadentes. Cap. XIV. 2-26.
— Summatim propoſitas. Cap. XIV. 2-5. Vid. TAB. LXIII. ſpecialem.
= Enucleatiùs expoſitas. Cap. XIV. 5-26. Ubi Apoſtolus oſtendit
†. Donum linguarum, ſi in ſe abſtractè & ſeorſim ſpectetur, exiquum admodum (certe ſi comparetur cum aliis Spiritûs ejuſdem donis) in Eccleſiâ uſum habere. Cap. XIV. 5-21. Ubi notare oportet
AAA. Ratiocinationem Apoſtoli. Cap. XIV. 5-12. Vid. TAB. LXIV. ſpecialem.
BBB. Applicationem hujus ratiocinationis ad ſuum ſcopum. Cap. XIV. 12-21. Vid. TAB. LXV. ſpecialem.
††. DEUM varios habere fines, propter quos donum linguarum nonnumquam largiatur: Inter quos aliquandò & hic ſit, ut indicet, populum obduratum iri, quum contrà finis prophetiae ſit, ut erudiatur populus, & aedificetur Eccleſia. Cap. XIV. 21-26. Vid. TAB. LXVI. ſpecialem.

II.B.ב.*b*.(α)1.BB.אא.

בב. Quaeſtionem de donorum, imprimis doni prophetiae, recto & decenti, ad commune Eccleſiae commodum, uſu. Cap. XIV. 26-XV. 1. Ubi Apoſtolus

aa. Monita ſalutaria proponit. Cap. XIV. 26-36. Vid. Tab. LXVII. ſpecialem.

bb. Eadem, ſubjecto epilogo quaſi in ſummam contracta, graviter & ſeriò urget. Cap. XIV. 36-XV. 1. Vid. Tab. LXVIII. ſpecialem.

2. De dogmate graviſſimo: Nimirùm, de reſurrectione mortuorum, a nonnullis in dubium vocatâ. Cap. XV. integro. In quo Capite

AA. Prolixè hoc dogma aſſerit. Cap. XV. 1-58.

אא. Κατασκευαστικῶς, hujus dogmatis veritatem probando. Cap. XV. 1-35. Ubi

aa. Oſtendit indivulſo nexu hoc dogma cohaerere cum praecipuis Evangelii veritatibus. Cap. XV. 1-30. Id quod

(*αα*) Summatim declarat. Cap. XV. 1. 2. Vid. Tab. LXIX. ſpecialem.

(*ββ*) Enucleatiùs demonſtrat. Cap. XV. 3-30. Ubi

§. Breviter, praecipua doctrinae Evangelii capita, a ſe & reliquis Apoſtolis praedicata, & a

Co-

II.B.ב.*b*.(*a*)2.
AA.ℵℵ.*aa*.(ββ)§.

Corinthiis, nequaquam temerè, ſed meritò, agnita & fide recepta, repetit. Cap. XV. 3-12. Vid. TAB. LXX. ſpecialem.

§§. Oſtendit ab his praecipuis doctrinae Evangelii Capitibus divelli non poſſe praecipuum hoc dogma reſurrectionis mortuorum: De quo tamen apud illos controvertebatur. Cap. XV. 12--30. Hoc autem ita exſequitur:

/. Deterret *Corinthios* ab errore eorum, qui reſurrectionem negabant, demonſtratione abſurdi indè ſecuturi. Cap. XV. 12-20. Vid. TAB. LXXI. ſpecialem.

//. Declarat, quod tenentes reſurrectionem CHRISTI agnoſcere quoque debeant, & exſpectare reſurrectionem mortuorum. Cap. XV. 20-30. Hoc autem demonſtrat

— Ex qualitate perſonae & muneris mediatorii CHRISTI. Cap. XV. 20-29. Vid. TAB. LXXII. ſpecialem.

= Ex ritu ablutionis propter mortuos, qui vanus foret, ſi ex morte & reſurrectione CHRISTI, quâ redempti & juſtificati ſunt fideles, non foret exſpectanda eorumdem reſurrectio ex mortuis. Cap. XV. 29. Vid. TAB. LXXIII. ſpecialem.

bb. Declarat, quanta ſit hujus veritatis, ad excitandum ſtudium pietatis, vis, uti ex adverſo

II.B.ב.*b*.(α)2.AA.אא.*bb*

so quantopere hujus veritatis abnegatio fomitem praestet omnium scelerum. Cap. XV. 30-35. Vid. Tab. LXXIV. specialem.

בב. Eamdem veritatem ab objectionibus Adversariorum, quas vel moverant, vel in posterum moturi essent, defendendo. Cap. XV. 35-Cap. XVI. 1. Ubi occurrit

aa. Ipsa ratiocinatio Apostoli. Cap. XV. 35-55. In quâ observare oportet

(*αα*) Duplicis objectionis solutionem. Cap. XV. 35-50. Ubi

§. Proponuntur objectiones. Cap. XV. 35. Vid. Tab. LXXV. specialem.

§§. Refutantur. Cap. XV. 36-50. Et quidem hoc ordine:

/. Illa objectio, quâ contendebant Adversarii impossibilem esse resurrectionem mortuorum. Cap. XV. 36-39. Vid. Tab. LXXVI. specialem.

//. Illa quoque objectio, quâ difficultatem in eo quaerebant, quod haec corpora nostra veram animorum nostrorum felicitatem imminuant potiùs, quam augeant, saltem si eadem & talia forent, quae & qualia nunc sunt.

II.B.ב.*b*.(α)2.AA.בב.*aa*.(αα)ßß.//.

sunt. Cap. XV. 39-50. Vid. TAB. LXXVII. specialem.

(ββ) Novae instantiae, quam formari posse Apostolus praevidebat, occupationem. Cap. XV. 50--55. Vid. TAB. LXXVIII. specialem.

bb. Ἐπινίκιον. Cap. XV. 55--58. Vid. TAB. LXXIX. specialem.

BB. Ad usum practicum applicat. Cap. XV. 58. Vid. TAB. LXXX. specialem.

(β) De commodissimâ collectam, in usum Sanctorum in *Judaeâ*, instituendi ratione. Cap. XVI. 1-10. Vid. TAB. LXXXI. specialem.

III. Subjicitur appendix. Cap. XVI. 10. usque ad finem. Continens

A. Particularia quaedam. Cap. XVI. 10--22. Quae complectuntur

א. Commendationes & salutationes. Cap. XVI. 10--21. Vid. TAB. LXXXII. specialem.

ב. Salutationem *Corinthiorum*, manu propriâ Apostoli signatam, in certiorationem illorum, quae in hac Epistolâ scripta sunt. Cap. XVI. 21. Vid. TAB. LXXXIII. specialem.

B. Conclusionem & quasi obsignationem hujus Epistolae. Cap. XVI. 22. 23. & 24. Vid. TAB. LXXXIV. specialem.

TABULA I. SPECIALIS,

QUA EXHIBETUR

ANALYSIS EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. I. 1–4.

IN hac Inſcriptione (ſignatâ in Tabulâ Generali I.) conſiderari debent

A. Perſonae, a quibus, & ad quas haec Epiſtola ſcripta ſit. Cap. I. 1. & 2.

א. Scriptores hujus Epiſtolae quaſi duo ſunt. Quorum

a. Primarius & propriè dictus Scriptor, tùm nomine ſuo indicatur, tùm a munere ſuo deſcribitur.

(α) Nomine ſuo ſe ipſum indicat. Παῦλος.

(β) A munere ſuo deſcribitur; ita ut

1. Indicetur, quali munere functus ſit. Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ubi conſiderare oportet,

AA. Cui Domino inſerviat. Quem indicat

אא. Nomine, quod, juſſu DEI impoſitum, inter homines geſſit. Ἰησοῦ.

בב. Nomine, ad ipſius munera, & ordinationem ad ea, ſpectante. Χριστοῦ.

BB. Quali miniſterio huic Domino inſerviat; quod indicat, quando de ſe ipſo teſtatur, quod ſit Ἀπόστολος Ejus.

2. Simulque ſignificetur, quod non temerè, neque

A.א.a.(β)2.

neque suo ipsius arbitratu, sed auctoritate Divinâ, hoc munus arripuerit; quando considerari vult, ut κλητὸς διὰ θελήματος Θεȣ̃. Quibus verbis

AA. Summatim declarat, quod non temerè, neque suo arbitratu, hoc munus susceperit, sed ad id vocatus sit. κλητὸς.

BB. Speciatim exprimit, Cujus auctoritate. διὰ θελήματος Θεȣ̃. Ubi consideretur

אא. Dei voluntas. θέλημα Θεȣ̃.

בב. Dependentia muneris Apostoli ab illâ. Quod indicat particula διὰ. ΔΙΑ' θελήματος Θεȣ̃.

b. Ejusque socius dilectus. Qui

(α) Indicatur

1. Nomine suo: Σωσθένης.

2. Addito epitheto, quo significatur illum sibi dilectum, & *Corinthiis* commendabilem, esse. ὁ ἀδελφός.

(β) *Paulo* sociatur per particulam καὶ.

ב. Ad quos haec Epistola data sit, exprimitur versu secundo. Ubi notare oportet

a. Ad quos rectà data sit; missa, scilicet, ad Ecclesiam *Corinthiacam*. Quam videmus

(α) Generatim dictam *Ecclesiam DEI*, *quae Corinthi est*. τῇ ἐκκλησίᾳ τȣ̃ Θεȣ̃, τῇ ȣ̓́σῃ ἐν Κορίνθῳ. Quibus verbis describitur,

1. Ratione spiritualis sui status, quando dicitur τῇ ἐκκλησίᾳ τȣ̃ Θεȣ̃.

AA. Quatenùs erat multitudo in unum corpus convocata, vocatur ἐκκλησία.

A.ב.a.(α)1.AA.

BB. Indicaturque, cujus juſſu convocata ſit. τοῦ Θεοῦ.

2. Ratione loci, ubi congregabatur. τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ. Ubi conſiderandum eſt

AA. De Urbe *Corintho*. Κορίνθῳ

BB. De Eccleſiae ad iſtam Urbem relatione. τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ.

(β) Diſtinctiùs deſcriptam a qualitate perſonarum hanc Eccleſiam conſtituentium; has indicat duobus titulis: *Corinthios*, ſcilicet, Eccleſiam *Corinthiacam* conſtituentes, deſcribit, dicens:

1. Ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Quibus verbis exprimitur

AA. Beneficium, quo mactati erant, quando dicuntur ἡγιασμένοι.

BB. Unde hoc beneficium gratiae ad eos dimanaverit. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Hic conſiderandum eſt

אא. De perſonâ. Quae hic indicatur:

aa. Nomine munus & ordinationem exprimente. Χριστῷ.

bb. Nomine, proprio, quod inter homines, non tamen ſine omine, geſſit. Ἰησοῦ.

בב. De relatione beneficii, quod *Corinthii* acceperant, ad hanc perſonam, expreſſâ praepoſitione ἐν.

2. Κλητοῖς ἁγίοις. Quibus verbis exprimitur,

AA. Quid eis factum fuerit. Erant κλητοὶ. *vocati*.

BB. Quales nunc ſint, per ipſam illam κλῆσιν tales facti; quod indicat Apoſtolus, dicens ἁγίοις.

b. Ad

A. ב. *a.*

b. Ad quos per *Corinthios* pervenire, sive quibuscum communicari, debebat. Hos

(α) Indicat Apostolus:

1. Describendo eorum statum. Ubi videndum est,

AA. Quid faciant ubivis.

אא. Ipsam eorum activitatem exprimit his verbis: τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. In quibus verbis attendere oportet: Ad

aa. Objectum, circa quod activitas eorum versetur. τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

(αα) Personam, saepiùs jam laudatam, hic iterùm contemplandam ob oculos ponit:

§. Nomine auctoritatem Ejus in *Paulum* & *Corinthios* exprimente. τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ubi

/. Auctoritatem in se spectatam exprimit nomen τοῦ Κυρίου.

//. Relationem hujus auctoritatis ad *Corinthios*, pariter atque ad se ipsum, exprimit Apostolus, adjecto pronomine ἡμῶν.

§§. Nominibus usitatis, ut propriis. Ἰησοῦ Χριστοῦ.

(ββ) Illique nomen tribuit, circa quod illi, quos hic descriptos dat Apostolus, versentur. τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου.

bb. Quo pacto circa hoc objectum versentur. Quod exprimit verbo ἐπικαλεῖσθαι. τοῖς, inquit, ἐπικαλουμένοις.

I 3 בב. Eam-

A.ב.*b*.(α) 1. AA.אא.

בב. Eamque nulli peculiari loco adſtrictam docet. ἐν παντὶ τόπῳ. Ubi perpendendum eſt,

aa. Quid velit phraſis παντὶ τόπῳ.

bb. Quo pacto invocatio nominis ad πάντα τόπον extendatur. ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἘΝ ΠΑΝΤΙ ΤΟΠΩι.

BB. Quo fundamento: nimirùm, quod idem ille, qui Dominus erat *Pauli* & *Corinthiorum*, ipſorum quoque Dominus ſit. αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν.

2. Eos in unam quaſi univerſitatem colligendo, voce πᾶσι.

(β) *Corinthiis* jungit, tamquam ad quos, per *Corinthios*, haec Epiſtola quoque pervenire & cum iis communicari debeat; ad quos quoque directa cenſeri debeat, ſalutatio. Quod exprimitur praepoſitione σὺν.

B. Salutatio conſueta. Cap. I. 3. In hac ſalutatione attendere oportet, Ad:

א. Apprecationem boni illis, ad quos Epiſtolam ſcribebat, neceſſarii. In quâ conſiderare oportet,

a. In quorum commodum precetur. ὑμῖν.

b. Quid illis apprecetur, quod duplici nomine exprimit, pro duplici, ſub quâ conſiderari poteſt, σχέσει.

(α) Ratione libertatis illius, qui dat, & indignitatis illorum, qui accipiunt, ab Apoſtolo vocatur χάρις.

(β) Ratione proſperitatis & amoenitatis, inde fluen-

B.ℵ.b.(β)

fluentis, secundâ denominatione appellatur, quae priori jungitur:

1. Appellatur εἰρήνη.

2. Jungitur autem τῇ χάριτι per copulam καὶ.

ב. Fontem hujus boni, qui quasi duplex hic respicitur; est nimirùm DEUS Pater, & Dominus JESUS CHRISTUS. Dirigit enim suum votum

a. Ad primam S. S. Triados personam, spectatam tùm ratione summae suae perfectionis, tùm ratione tenerrimi erga credentes affectûs. Notanda hic venit

(α) Descriptio personae,

1. Ratione summae Suae perfectionis, & sufficientiae, nomine Θεοῦ.

2. Ratione tenerrimi Sui affectûs erga credentes, Πατρὸς ἡμῶν. Ubi considerandum est

AA. De personis, quae objectum sunt hujus affectûs DEI. Quas indicat nomine ἡμῶν.

BB. Qualem DEUS se illis praestet. Quod exprimitur nomine Πατρὸς.

(β) Dependentia boni optati ab illâ personâ. Quae exprimitur praepositione ἀπὸ.

b. Ad alteram, quae describitur, & primae sociatur.

(α) Describitur,

1. Nomine, ejus jus & auctoritatem exprimente. Κυρίου.

2. Nominibus consuetis. Ἰησοῦ Χριστοῦ. (uti suprà versu primo.)

(β) Primae sociatur, ut quae unum est cum illâ, & a quâ pariter pendeat bonum optatum. per particulam καὶ.

TA-

TABULA II. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. I. 4-8.

Continet haec pericopa primam Exordii pathetici partem, quâ tenerrimo affectu gratias agit DEO, pro gratiâ *Corinthiis* (veris nimirùm credentibus, in isto, qui *Corinthi* erat, externo coetu, Ecclesiam verè sic dictam constituentibus) affatim concessâ. Cap. I. 4-8.

Signata est haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. ℵ.

In eâ videmus

a. Propositionem hujus gratiarum actionis. Cap. I. 4.

p. pr. In quâ notamus

(α) Objectum, ad quod illa dirigatur, vel cui grates persolvat Apostolus. Quod indicat verbis τῷ Θεῷ μου. Hoc objectum spectatur

1. In se, & appellatur Θεὸς.

2. In relatione ad *Paulum*. Quo respectu Apostolus dicit τῷ Θεῷ μου.

(β) Quo pacto se erga hoc objectum constanter gerat. Ubi videas

1. Quid faciat. Quod

AA. Generatim exprimit. Εὐχαριστῶ.

BB. Speciatim indicando, quinam propriè sint, qui materiam gratiarum actionis sibi praebeant.

a.(β) 1. BB.

beant. περὶ ὑμῶν. Ubi videndum est,

אא. Quos respiciat, vel alloquatur, pronomine ὑμῶν.

בב. Quo pacto eos hic consideret, ut illos, qui ipsi materiam gratiarum actionis praebeant. ΠΕΡΙ' ὑμῶν.

2. Quam constanter. πάντοτε.

b. Rationes ad eam impellentes.

(α) Summatim propositas. Cap. I. 4. p. post. Notemus hic,

1. Quid contigisse affirmet, vel supponat Apostolus,

AA. In se spectatum. Id quod Apostolus

אא. Generatim exprimit, dicens τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ.

aa. Rem ipsam vocat χάριν.

bb. Dependentiam ejus a DEO exprimit, dicens τοῦ Θεοῦ.

בב. Speciatim applicat, dicens τῇ δοθείσῃ ὑμῖν. Ubi perpendere oportet

aa. Personas, quas alloquitur. ὑμῖν.

bb. Quid eis contigerit. donatio scilicet gratiae. τῇ δοθείσῃ ὑμῖν.

BB. Ratione fontis, vel originis, unde hoc profluxisse dicit Apostolus, vel in cujus nomine hanc gratiam participaverint. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ubi consideranda venit

אא. Persona, de quâ loquitur Apostolus, quae insignitur duobus nominibus. Χριστῷ Ἰησοῦ. (uti suprà versu secundo.)

בב. Relatio beneficii, quod *Corinthii* partici-

 pa-

b.(α)1.BB.בב.

paverant, ad hanc personam tamquam fontem. Quae relatio exprimitur praepositione ἐν. τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἘΝ Χριςῷ Ἰησοῦ.

2. Quod hoc consideret, ut materiam suae pro *Corinthiis* gratiarum actionis. Quod exprimit praepositione ἐπί.

(β) Amplificatas. Cap. I. 5-8. Idque

1. Commemoratione, generalioribus verbis factâ, ubertatis donorum, quae in CHRISTO acceperant. Cap. I. 5. p. pr. Ubi rursus considerari meretur,

AA. Quid *Corinthiis* evenerit,

אא. In se spectatum. Ubi Apostolus ubertatem beneficiorum, quae acceperant,

aa. Uno verbo exprimit. ἐπλουτίσθητε.

bb. Exaggerat, addens: ἐν παντί.

בב. Ratione fontis vel originis. ἐν αὐτῷ. Ubi consideranda est

aa. Persona, ad quam respicit pronomen relativum, αὐτῷ.

bb. Relatio ***Corinthiorum*** & beneficii, quod acceperant ad hanc personam, expressa per praepositionem ἐν.

BB. Quod hoc faciat ad amplificationem ejus, quod dixerat, atque adeo ad ulteriorem confirmationem materiae gratiarum actionis. Quo pertinet particula ὅτι.

2. Specialiori explicatione donorum, maximâ copiâ eis concessorum. Cap. I. 5. p. post. 6. & 7. Quae

AA. Indicantur esse intellectum & judicium perficien-

b.(β)2.AA.

ficientia, quae exprimuntur versu 5. p. post. Idque duplici phrasi.

אא. Primâ dicit ἐν παντὶ λόγῳ. Ubi videndum est,

aa. Quid velint verba παντὶ λόγῳ. Adeoque

(αα) Quid intelligendum sit nomine λόγῳ.

(ββ) Quid sub amplificatoriâ phrasi ΠΑΝΤΙ' λόγῳ.

bb. Quo pacto de *Corinthiis* affirmet, quod hac in parte ἐπλουτίσθησαι.

בב. Alterâ addit: καὶ πάσῃ γνώσει. Ubi videndum est,

aa. Quid his verbis significetur. Quod ut percipiatur, sciendum est,

(αα) Quid Apostolus intelligat

§. Per ipsam γνῶσιν.

§§. Per πᾶσαν γνῶσιν.

(ββ) Quo pacto *Corinthios* consideret, ut πλουτισθέντας 'EN πάσῃ γνώσει.

bb. Quo pacto jungatur superiori enunciato. per voculam καὶ.

BB. Ulteriùs illustrantur, & amplificantur. versu 6. & 7.

אא. Illustrantur, comparatione cum testimonio CHRISTI, inter eos confirmato. versu 6. Hic perpendere oportet,

aa. Quid Apostolus praesupponat, vel testetur, *Corinthiis* factum esse. τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν. Hic attendendum est ad

 (αα) Sub-

b.(β)2.BB.אא.*aa*.

(*aa*) Subjectum. Quod indicatur phrasi τὸ μαρτύριον τῦ Χριςῦ. Consideretur hic

§. Persona, de quâ loquitur hîc Apostolus. Quam indicat nomine τῦ Χριςῦ.

§§. Quod ei tribuat μαρτύριον, cujus vel Auctor, vel argumentum sit; dicit enim μαρτύριον τοῦ Χριςοῦ.

(ββ) Praedicatum. Quo

§. Generatim indicat, quid huic subjecto contigerit. ἐβεβαιώθη.

§§. Speciatim addit, ubi, vel apud quos (ipsos nimirùm *Corinthios*) id contigerit. ἐν ὑμῖν. Ubi

/. Eos alloquitur pronomine ὑμῖν.

//. Relationem, quam confirmatio testimonii CHRISTI ad ipsos habeat, exprimit praepositione ἘΝ.

bb. Quod hoc conferat, vel comparet cum *Corinthiorum* πλυτισμῷ ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει. Quod exprimitur voce καθὼς.

בב. Amplificatur versu 7. ita ut Apostolus ostendat,

aa. Quo usque hic πλυτισμὸς se extendat. In quibus verbis videndum est,

(*aa*) Quid affirmet de *Corinthiis*. Notandum igitur hic iterum est,

§. Quos alloquatur, quosque adeò felices praedicet. ὑμᾶς.

§§. Quid

b.(β)2.BB.בב.*aa*.(αα)§.

§§. Quid de eis dicat, vel quam felices eos agnoscat. Quod

/. Generatim exprimit verbis μὴ ὑςερεῖσθαι.

//. Speciatim addit, quò respiciat hoc dicto. ἐν μηδενὶ χαρίσματι. Quibus verbis

— Praesupponit dari varii generis χαρίσματα, quae DEUS Ecclesiae largitur.

= Affirmat illos nullo horum destitui.

(ββ) Quod hoc afferat ad exaggerationem divitiarum, quibus abundabant *Corinthii*. Quo pertinet particula ὥςε.

bb. Quid cum eo conjunctum sit, ratione futuri temporis. ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Hic notemus,

(αα) Quid de *Corinthiis* testetur. Ubi notemus

§. Objectum, circa quod versabantur. τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Attendamus hic ad

/. Personam, quam indicat tribus illis nominibus τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. (uti versu 2.)


//. Id quod huic personae tribuit. τὴν ἀποκάλυψιν.

§§. Quo pacto *Corinthii* circa hoc ob-

b.(β) 2.BB.בב.*bb*.(αα)§§.

objectum versabantur; nimirùm, erant eam ἀπεκδεχόμενοι.

(ββ) Quâ ratione hoc per participialem locutionem cum praecedentibus dictis conjungat.



T A-

TABULA III. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. I. 8. 9.

Continet haec pericopa Testificationem spei & exspectationis de *Corinthiorum* ulteriori in posterum felicitate. Cap. I. 8. 9.

Signata est haec pericopa in Tabulâ Generali II. A. ב.

Reperimus in hac pericopâ

α. Propositionem. Cap. I. 8. In quâ attendendum est, ad

(α) Subjectum, sive Auctorem hujus, quam eis pollicetur, felicitatis, quem indicat articulo postpositivo ὅς.

†. Quodnam fuerit unicum suae, apud *Corinthios*, praedicationis argumentum.

AAA. Quantum attinet ad ipsum argumentum: Videmus illud hic descriptum

אאא. Θετικῶς. Fuisse, scilicet, *JESUM CHRISTUM*, *eumque crucifixum.* Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. Quibus verbis

aaa. Personam indicat, consuetis nominibus. Ἰησοῦν Χριστὸν.

bbb. Describit, quid in eo quam maximè considerandum esse docuerit; Scilicet quod *crucifixus* fuerit. καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.

בבב. Ἀρνητικῶς. Excluso scilicet omni alio argumento, quod ad hoc cognoscendum non requiratur, vel sub eo non comprehendatur. Quod exprimitur verbis οὔ τι--εἰ μὴ.

BBB. De-

aa.(ββ)§./.— †. AAA.

BBB. Declaratum hoc fuiſſe id, quod inter *Corinthios* ſcire voluerit. εἰδέναι ἐν ὑμῖν.

††. Quod declaret ſe ita inſtituiſſe, deliberato animo. Quod exprimit verbo, ἔκρινα. (*a*)

⁐ In quo ſtatu, tunc temporis, apud *Corinthios* fuerit. Cap. II. 3. Quod

†. Indicat. Ita ut

AAA. In memoriam illis ſuam praeſentiam revocet; dicens. Ἐγὼ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς.

BBB. Suum, in quo, iſto quidem tempore, fuerit, ſtatum deſcribat:

אאא. Ra-

(*a*) Vel fortè concinniùs in hunc modum:
Conſideremus hic, quod declaret

†. Quo pacto apud *Corinthios*, quoad ſuam inſtitutionem, egerit. Hoc autem exponit

AAA. Θετικῶς. Docens, quid eos ſcire voluerit. εἰδέναι Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον.

Conſideremus hic

אאא. De perſonâ, quae argumentum ſive materia ſit doctrinae. Quae perſona

aaa. Nominibus conſuetis indicatur. Ἰησοῦν, dicit Apoſtolus, Χριστόν.

bbb. Deſcribitur a pœnâ diriſſimâ & contumelioſiſſimâ ei inflicta; ex qua parte potiſſimùm ſpectari debeat. καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. Ubi nota

(ααα) Quid ei evenerit. Apoſtolus Eum dicit ἐσταυρωμένον.

(βββ) Quod Eum ex hac potiſſimùm parte ſpectari velit, indicat, dicendo καὶ τοῦτον.

בבב. De actuoſitate *Pauli* circa hoc argumentum. Quod Eum ſcire voluerit apud *Corinthios*. εἰδέναι (inquit) ἐν ὑμῖν.

BBB. Ἀρνητικῶς. Teſtans, quod praeter hoc unicum nullum aliud voluerit ſuae praedicationis eſſe argumentum. οὐ τι-- εἰ μή.

††. Quod hoc fecerit deliberato animo. ἔκρινα τοῦ εἰδέναι &c.

aa.(ββ)§./.⊐ †.BBB.

אאא. Ratione infirmitatis. ἐν ἀσθενείᾳ.

בבב. Ratione follicitudinis extremae. Quam

aaa. Duabus phrasibus, inter se connexis, exprimit, & exaggerat. Testans,

(*aaa*) Se fuisse ἐν φόβῳ.

(βββ) Idque exaggerans. Ubi observamus,

* Quod huic φόβῳ jungat τρόμον. Ubi videndum est

AAAA. Quid sit τρόμος.

BBBB. Quod jungatur τῷ φόβῳ, per voculam καὶ.

** Quod exaggeret hunc φόβον vel τρόμον, addens voculam πολλῷ.

bbb. Cum infirmitate memoratâ conjungit, per particulam καὶ.

††. Cum suâ praedicatione conjungit, per particulam, καὶ.

//. Quo stylo usus fuerit. Cap. II. 4. Quod

— Exponit. Idque

†. Ἀρνητικῶς. Ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις.

In quibus verbis notetur

AAA. Subjectum. Quod duabus phrasibus exprimitur:

אאא. Ὁ λόγος μου.

בבב. Καὶ τὸ κήρυγμά μου.

BBB. Praedicatum. οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις. In quibus verbis perpendendum occurrit,

אאא. Quid

aa. (ββ) §. //. — †. BBB.

אאא. Quid sint πειθοὶ ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοι. Quod ut intelligamus, sciendum est,

aaa. Quid veniat nomine ἀνθρωπίνης σοφίας.

bbb. Quid sint hujus ἀνθρωπίνης σοφίας ΛΟ'ΓΟΙ ΠΕΙΘΟΙ'.

בבב. Quod eis suum sermonem praedicationemque non exornaverit. 'ΟΥΚ 'ΕΝ πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις.

††. Θετικῶς. Ubi videndum est,

AAA. Quid de suâ praedicatione affirmet. Scilicet, quod illa fuerit aliis, ad persuadendum, armis instructa. Bimembris est haec assertio:

אאא. Quod fuerit ἐν ἀποδείξει πνεύματος. Hic perpendendum est

aaa. Quid per ἀπόδειξιν πνεύματος sit intelligendum. Quod ut intelligamus, sciendum est,

(*aaa*) Quid sit Πνεῦμα, de quo loquitur.

(βββ) Quaenam sit ejus ἀπόδειξις.

bbb. Quod illâ sermo & praedicatio Apostoli fuerit armata. 'ΕΝ ἀποδείξει πνεύματος.

בבב. Quod fuerit quoque [ἐν ἀποδείξει] δυνάμεως. Quod

aaa. Indicatur,

bbb. Praecedenti dicto jungitur, per particulam καὶ.

aa.(ββ)§.//.— ††.AAA.

BBB. Quod hoc opponat πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, per particulam ἀλλά.

⩵ Connectit cum declaratione materiae, sive argumenti suae praedicationis, per particulam καὶ.

§§. Quod hoc adhibeat in argumentum illius dicti, quod summatim versu primo dixerat. Quod significat per particulam, γάρ.

bb. Indicat finem, quem intenderit, propter quem ita instituerit. Cap. II. 5. Hic perpendere oportet

(*aa*) Rem, quam se intendisse testatur. ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ἦ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ.

§. Objectum desiderii Apostoli dicitur fides *Corinthiorum*; ἡ πίστις ὑμῶν.

§§. Id, quod de hoc objecto verum esse cupiebat, exprimit bifariam:

/. Negativè. μὴ ἦ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων. Considerandum hic est,

— Quid significetur, quando fides dicitur εἶναι ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων. Videndum igitur est,

†. Quid hîc sit σοφία ἀνθρώπων.

††. Quid denotetur, quando fides dicitur 'EN σοφίᾳ ἀνθρώπων εἶναι.

⩵ Quòd hoc a fide *Corinthiorum* sejunctum esse voluerit Apostolus. MH' ἦ, inquit, ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων.

//. Positivè, contrà, aliud fidei fundamentum laudans.

— Hoc

bb.(αα)§§.//.

— Hoc exprimit per verba: ἐν δυνάμει Θεοῦ. Ubi pariter videndum eſt,

†. Quid hoc loco ſit δύναμις Θεοῦ.

††. Quid ſignificetur, quando fides dicitur eſſe 'EN δυνάμει Θεοῦ.

= Teſtatur ſe optâſſe, ut hoc fundamento fides *Corinthiorum* niteretur; oppoſitè ad lubricum σοφίας ἀνθρώπων fundamentum. Quam oppoſitionem ſignificat, per particulam, ἀλλά. 'ΑΛΛ' ἐν δυνάμει Θεοῦ.

(ββ) Huic fini inſerviiſſe, eique aptam fuiſſe, ſui inſtituti rationem. Quod exprimit per particulam ἵνα.



TABULA X. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. II. 6--13.

Continet haec pericopa Partem illius demonſtrationis, quâ *Paulus* demonſtrat, ſuam & ſociorum ſuorum praedicationem JESU CHRISTI, ceu *CRUCIFIXI*, quamvis non facta ſit *verbis ſapientiae humanae*, nullum tamen contemptum mereri: Quod hac pericopâ probat, quoad ipſam materiam praedicationis. Cap. II. 6-13.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*a*.(β)1.BB.בב.*aa*.

In hac pericopâ

(αα) Summatim pronunciat (ut ut contemnantur ab audaculis ſciolis) ſe tamen, & συνέργȢς ſuos, *ſapientiam loqui*. Cap. II. 6. parte priori.

Notemus hic

§. Particulam, quâ tranſitum facit, δὲ. Opponendo ſuam praedicationem opinioni illorum, qui Evangelium *crucifixi CHRISTI* faſtidiebant.

§§. Rem ipſam. Quâ

/. Afferit, reverà *ſapientiam* eſſe id, quod praedicabat ipſe, *Paulus*, ſibique ſimiles Miniſtri Evangelii.

(αα) §§. /.

gelii. λαλȣ͂μεν ΣΟΦΙ'ΑΝ.

//. Indicat, apud quos haec ſapientia, ut talis agnoſcatur. ἐν τοῖς τελέιοις. Ubi perpendendum eſt,

— Quinam illi ſint, quos Apoſtolus conſiderat ut τελέιȣς.

= Quid affirmet Apoſtolus, quando dicit ſe 'ΕΝ [ἀυτοῖς] σοφίαν λαλεῖν.

(ββ) Idem uberiùs exſequitur, declarat, & confirmat. Cap. II. 6. parte poſteriori --13. Docens

§. Καὶ' ἄρσιν, qualis non ſit illa, quam loquebantur, ſapientia. Cap. II. 6. parte poſteriori. Hic rurſùs notanda eſt

/. Particula, tranſitum faciens. δὲ. Reſpondens obmurmurationi ſuſurrantium, quo pacto, quâve ſpecie, praedicationem illius argumenti, quod *Judaeis ſcandalum* & *Gentibus ſtultitia* credebatur, Apoſtolus dicere poſſit, reverà eſſe praedicationem *SAPIENTIAE*.

//. Res ipſa. Quâ agnoſcit Apoſtolus haec duo: Nimirùm

— Illam, quam Ipſe & Socii ipſius loquebantur, *ſapientiam* non eſſe *ſapientiam hujus ſaeculi*. σοφίαν ȣ̓ τȣ͂ ἀιῶνος τȣ́τȣ. Ubi videndum eſt,

†. Quid Apoſtolo veniat nomine τȣ͂ ἀιῶνος τȣ́τȣ.

††. Qualem ſapientiam illi ἀιῶνι τούτῳ tribuat, ſuaeque praedicationi deneget. Perpendamus igitur,

AAA. Quaenam ſit σοφία τοῦ ἀιῶνος τούτȣ.

 BBB. Quod

(β3)§.//.— ††. AAA.

BBB. Quod talis non sit illa, quam praedicabant *Paulus*, ejusque Socii.

⁐ Neque illam esse [*sapientiam*] *principum hujus saeculi*, *qui abolentur*. οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτȣ, τῶν καταργȣμένων. Ubi videndum pariter est,

†. Quinam illi sint *principes hujus saeculi*, *qui abolentur*. Hic attendendum est,

AAA. Quonam honorifico titulo eos denominet. ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτȣ.

אאא. Repetendum itaque, quid nomine τοῦ αἰῶνος τούτȣ indicetur.

בבב. Videndum, quinam sint ejus ἄρχοντες.

BBB. Quo pacto gloriam eorum imminuat, dicens, quod *aboleantur*. τῶν καταργȣμένων.

††. Qualem sapientiam his principibus tribuat, suae verò Sociorumque suorum praedicationi deneget. Adeoque iterùm dispiciendum,

AAA. Qualis fuerit illa τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτȣ ΣΟΦΙ'Α.

BBB. Quod planè alia fuerit illa, quam *Paulus* Sociique ejus praedicabant, sapientia. 'ΟΥΔΕ' τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτȣ &c.

§§. Κατὰ θέσιν. Qualis igitur, contrà, omninò sit illa, quae in suâ Sociorumque praedicatione Evangelii agnosci deberet *sapientia*. Cap. II. 7-13. Id quod

/. Sy-

(ββ)§§.

/. Synopticè proponit. Cap. II. 7. parte priori. Ubi attendere oportet ad

– Particulam adversativam, quâ transitum facit. Ἀλλὰ.

= Rem ipsam, quam testatur. λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ. Perpendamus hic

†. Descriptionem argumenti sermonis. Quod

AAA. Appellat σοφίαν Θεοῦ.

BBB. Agnoscit ex lumine rationis, vel a priori, sciri non posse, neque unquam plenè comprehendi. ἐν μυστηρίῳ. Ubi videndum est,

אאא. Quid sit μυστήριον.

בבב. Quid σοφία ἘΝ μυστηρίῳ.

††. Testificationem, quâ testatur, tale esse sui Sociorumque suorum sermonis argumentum, dicens: ΛΑΛΟΥ̃ΜΕΝ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ.

//. Elaborat. Cap. II. 7. parte posteriori --13. Declarans

– Quod haec sapientia longè majori parti hominum fuerit hactenùs incognita; imò ipsis quoque *principibus hujus saeculi* ignota, ipsâ experientiâ, & Scripturâ Propheticâ, testibus. Cap. II. 7. parte posteriori --10.

In hac Apostoli declaratione, perpendere oportet,

†. Quid afferat Apostolus. Cap. II. 7. parte posteriori & 8. parte priori. Nimirùm, quod

AAA. Ratione longè maximae hominum partis hactenùs fuerit occulta, ejusdem revelatione ministerio Apostolico, tamquam insigni

(ββ)§§.//.— †.AAA.

insigni decore, reservatâ. Cap. II. 7. parte posteriori. Ubi videmus,

אאא. Generatim affirmari, sapientiam hanc fuisse hactenùs occultatam. τὴν ἀποκεκρυμμένην.

בבב. Speciatim addi, quod hoc dicatur opposité ad revelationem, quam DEUS huic tempori reservaverat. Nota hic

aaa. Quod DEUS hoc honore & decore eximio condecorare voluerit suos, hujus temporis, ministros; revelatione nimirùm hujus *sapientiae* hactenùs absconditae. ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς εἰς δόξαν ἡμῶν.

(*aaa*) Subjectum hujus enunciati, sive Auctor totius hujus negotii, est ὁ Θεὸς.

(βββ) Id quod de eo testatur Apostolus, exprimitur verbis: ἣν προώρισεν εἰς δόξαν ἡμῶν.

* Objectum, circa quod versatus dicitur DEUS, est illa hactenùs κεκρυμμένη σοφία. Quam indicat articulo postpositivo ἣν.

** Quo pacto DEUS circa hoc objectum versatus fuerit, exprimitur verbis προώρισεν εἰς δόξαν ἡμῶν. Hic videndum erit

AAAA. Quod DEUS circa hoc objectum aliquid constituerit. προώρισεν.

BBBB. Quò

(ββ)§§.//.— †.
AAA.בבבב.*aaa*.(βββ)**. AAAA.

BBBB. Quò tendere voluerit. Nimirùm, ut haec sapientia singulare decus afferret Novi Testamenti Ministris. εἰς δόξαν ἡμῶν.
Dispiciendum igitur erit,

אאאא. Quid sit illud, quod suam Sociorumque suorum gloriam hic appellet Apostolus, quando dicit δόξαν ἡμῶν.
Considerandum igitur hic venit

aaaa. De personis, quas per pronomen ἡμῶν indicat.

bbbb. De gloriâ, quam acciperent. Apostolus enim loquitur de gloriâ, δόξα, suâ & Sociorum suorum. (*a*)

בבבב. Quo pacto DEUS illam sapientiam huic fini destinaverit: Dicit enim Apostolus, quod eam προώρισεν ΕΙΣ δόξαν ἡμῶν.

bbb. Quod hoc ipsum sibi Sociisque suis, DEUS destinaverit ab aeterno, adeoque mero suo beneplacito. πρὸ τῶν αἰώνων.

BBB. Ratione illorum, qui sibi quammaximè competere putabant hujus sapientiae cognitionem; quod & ipsi illi eam ignoraverint. Cap. II. 8. parte priori.

 No-

(*a*) Haec nimirùm erat, quod ipsi essent prima & primaria instrumenta, quibus DEUS efficere voluit, ut in *Semine Abrahami* benedicerentur omnes familiae terrae.

(ββ)§§.//.— †.BBB.

Notemus hic

אאא. Personas, de quibus loquitur. Quas

aaa. Describit a dignitate, nomine τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου.

bbb. Easque omnes, sine discrimine; ut nemo excipiatur. οὐδεὶς eorum, qua talis.

בבב. Quod eis cognitionem hujus, de quâ locutus erat, sapientiae, in mysterio, deneget. ἣν, inquit, οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν.

††. Quo pacto utrumque assertum probet. Cap. II. 8. parte posteriori & 9.

AAA. Argumento ab ipso facto desumpto. Cap. II. 8. parte posteriori.

אאא. Quod assertum suum probare velit, indicat particulâ γάρ.

בבב. Ratiocinationem ita instituit, ut

aaa. Supponat, quod *Dominum gloriae crucifixerint*.

(*aaa*) Subjectum hujus enunciati sunt οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου.

(βββ) Praedicatum eis tribuit *crucifixionem Domini gloriae*.

Notemus hic

* Descriptionem objecti, quod vocat τὸν Κύριον τῆς δόξης. In hac descriptione occurrit

AAAA. Nomen consuetum, quo JESUS CHRISTUS solet condecorari. τὸν Κύριον.

BBBB. Epi-

(ββ)§§.//.— ††.
AAA.כככ.*aaa*.(βββ)*AAAA.

BBBB. Epitheton, quo illuſtratur iſta denominatio. τῆς δόξης. ut tantò fortiùs deteſtanda pelluceat ſceleris admiſſi turpitudo.

** Quid huic objecto fecerint οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου: Nimirùm, quod *Dominum* hunc *gloriae in crucem egerint*. ἐσταύρωσαν.

bbb. Hinc concludit, quod cognitione illius ſapientiae DEI fuerint deſtituti. εἰ ἔγνωσαν --οὐκ ἂν ἐσταύρωσαν.

BBB. Provocando ad Scripturam Propheticam, teſtantem naturaliter omnibus hominibus ignota fuiſſe illa, quae DEUS ſe amantibus deſtinavit; quod ipſum eſt neſcire illam DEI ſapientiam. Cap. II. 9. Hic notemus

אאא. Tranſitionem, quâ provocat ad Sacram Scripturam *Corinthiis* agnitam. Ubi

aaa. Particulam adverſativam adhibet ad tranſitum faciendum. ἀλλά. Quaſi diceret: Videri poſſet hoc incredibile, ſapientiam illam DEI fuiſſe κεκρυμμένην, eo uſque ut ne ipſi quidem principes iſtius ſaeculi eam cognoverint: Nihilominus tamen verum eſt, verumque eſſe agnoſci debet.

bbb. Provocat ad Scripturam. καθὼς γέγραπται. Quibus verbis docet

(*aaa*) Divinis litteris aliquid traditum eſſe. γέγραπται.

(βββ) Illiſque conforme eſſe id, quod

(ββ)§§.//.—††.
BBB.אאא.bbb.(βββ)

Paulus testabatur de illâ sapientiâ DEI abscondità. Quò respicit particula καθὼς.

כככ. Argumentum testimonii Sacrae Scripturae. (Respicit autem potissimùm *Jes.* LXIV. 4. cum aliquâ quidem variatione, sed a veritate & scopo non abludente, expressum.) In eo notamus:

aaa. Ut subjectum considerari posse illa, quae DEUS se amantibus praeparavit. In hac subjecti demonstratione

(*aaa*) Praesupponitur DEUM quaedam insignia bona se amantibus praeparasse. Hic considerandum est

* De objecto, quod describitur verbis: τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν. Adeoque perpendendum,

AAAA. Quid sit amare DEUM.

BBBB. Quinam igitur sint, qui hoc charactere insigniri merentur, de quibus ut τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν testatur,

** Quod DEUS his insignia bona praeparaverit. ἡτοίμασεν.

(*βββ*) Quae hic ut subjectum enunciati consideranda veniunt, quia Apostolus articulo postpositivo ostendit. Ἃ ἡτοίμασεν.

bbb. Praedicatum indicat, quantopere illa ab intelligentiâ humanâ remota fuerint.

(*aaa*) Ne-

(ββ) §§. II. — ††.
BBB. בבב. bbb.

(aaa) Neque sensibus noscibilia.
* Neque oculis corporis conspecta. ἃ ὀφθαλμὸς ὐκ εἶδεν.
** Neque auribus hausta. καὶ ὗς ὐκ ἤκυσε. Quod
AAAA. Exprimitur. ὗς ὐκ ἤκυσε.
BBBB. Superiori dicto jungitur, per particulam καὶ.
(βββ) Neque sagacitate mentis excogitata. Quod
* Exprimitur verbis. ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπυ ὐκ ἀνέβη. Ubi perpendendum est,
AAAA. Quid significet ista phrasis, ἀναβαίνειν ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπυ.
Adeoque sciendum est,
אאאא. Quid intelligatur per καρδίαν ἀνθρώπυ. Ubi considerandum est
aaaa. De ἀνθρώπῳ, *homine*. Scilicet quocumque, nemine excepto.
bbbb. De ejus καρδίᾳ.
בבבב. Quid sit illud ἀναβάινειν ἐπὶ καρδίαν.
BBBB. Quod hoc negetur de illis, quae DEUS se amantibus praeparavit. 'ΟΥΚ ἀνέβη ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπυ. (a)
** Idque jungitur superioribus negationibus, per particulam καὶ.

 ⁐ Quod

(a) Nullâ unquam animi meditatione, quam naturales facultates producere possunt, menti alicujus innotuerunt.

(ββ)§§.//—

☰ Quod sibi tamen & Sociis suis DEUS hanc sapientiam revelaverit, per Spiritum Suum. Cap. II. 10. 11. 12. Hic notemus

†. Particulam, quâ transitus fit. δὲ

††. Rem ipsam. Ubi consideranda venit

AAA. Thesis Apostoli. In quâ perpendere oportet

אאא. Subjectum. ὁ Θεὸς.

בבב. Praedicatum. ἡμῖν ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. In hujus praedicati consideratione dispiciendum est,

aaa. Quodnam objectum indicet Apostolus per pronomen ἡμῖν. Mihi, meisque συνέργοις.

bbb. Quid DEUS huic objecto fecerit. Quod ita exprimitur, ut indicetur

(ααα) Beneficium ipsum, quo DEUS *Paulum* & Socios ejus mactaverit: Nimirùm, quod eis ἀπεκάλυψε illam, de quâ locutus erat, *sapientiam;* sive illa, *quae nullus oculus viderat, neque auris audiverat, quaeque in hominis cor non adscenderant.*

(βββ) Quaenam caussa proxima fuerit, quae hanc notitiam in illis produxerit. διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Ubi perpendendum est,

* Quid Apostolus intelligat per τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. (αὐτοῦ est in Textu.)

AAAA. Per-

(ββ)§§.//.= ††.
AAA.כככ.*bbb*.(βββ)*

AAAA. Personam Patris denotat pronomine ἀυτοῦ.

BBBB. Eique tribuit, quod habeat *Spiritum.*

** Quid dicere velit, quando testatur, quod DEUS illa revelaverit PER Spiritum suum. ΔΙΑ' τοῦ Πνέυματος ἀυτοῦ.

BBB. Confirmatio hujus Theseos. Cap. II. 10. parte posteriori, 11. & 12. Quae ita perficitur:

אאא. Ostendendo, quod Spiritus DEI, isque solus, illis revelandis aptus sit. Cap. II. 10. parte posteriori & 11. Ubi videmus

aaa. Quod in confirmationem afferat, Spiritum DEI illa perfectissimè nosse, atque proinde revelare posse. Cap. II. 10. parte posteriori. Ubi notandum est,

(*aaa*) Quod ea, quae dicturus est, in confirmationem afferat. Quod indicat particula, γάρ.

(βββ) Quo pacto Spiritum DEI ut omniscium describat. Ubi considerandum est

* Subjectum, de quo loquitur. τὸ Πνεῦμα.

** Praedicatum. Quod ei,

AAAA. Generatim tribuit accuratissimam omnium rerum scientiam. πάντα ἐρευνᾷ. (*a*)

אאאא. Ob-

(*a*) Sic, ἐρευνᾷν pro *intimè nosse. Apoc.* II. 23. Sic alternant δοκιμάζειν, *Jerem.* XVII. 10. & γινώσκειν, & ἰδεῖναι, 3 *Reg.* VIII. 39.

(ββ)§§ //.= ††.BBB.אאא.
aaa.(βββ)**AAAA.

אאאא. Objectum sunt *omnia*. *πάντα*.
בבבב. Cognitio perfectissima hujus objecti exprimitur, verbo ἐρευνᾷ.

BBBB. Speciatim, etiam illorum, quae abditissima sunt in DEO. Ubi notemus,

אאאא. Quid testetur Apostolus.
Hic iterùm perpendere oportet
aaaa. Objectum. τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ.
bbbb. Cognitionem ejus, quam Spiritui tribuit Apostolus. ἐρευνᾷ.

בבבב. Quod hoc per modum gradationis spectandum exhibeat, per particulam καὶ.

bbb. Quod uberiùs id confirmet, simulque istam omniscientiam soli huic Spiritui DEI vindicet. Cap. II. 11. Ubi

(*aaa*) Innuit, quod hoc faciat ad uberiorem confirmationem. per particulam γὰρ.

(βββ) Rem ipsam ante oculos ponit: Comparando scientiam, quam Spiritus hic habet, ipsorum intimorum arcanorum DEI, cum illà, quam conscientia habet eorum, quae in intimis animi recessibus geruntur.

Hic perpendere oportet,

* Quid de utroque dicat Apostolus. Ubi videmus, quod

AAAA. De mente & conscientiâ hominis doceat (quòd unusquisque experientiâ nosse potest) illam solam notitiam habere

(ββ)§§.//.= ††.BBB.אאא.bbb.(βββ)
*AAAA.

bere illorum, quae in mente intrinfecùs geruntur.

אאאא. Ipfam mentem & confcientiam hominis fupponit noffe illa, quae intimè aguntur.

aaaa. Subjectum eft τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ (fcilicet ἀνθρώπῳ)

(*aaaa*) Loquitur de homine.

(ββββ) Contemplatur Spiritum, qui eft in homine. Ubi videndum eft,

† Quid fit *Spiritus*. τὸ πνεῦμα.

†† Quid fit *Spiritus*, qui IN homine eft. τὸ ἘΝ αὐτῷ.

bbbb. Praedicatum. οἶδεν τὰ τοῦ ἀνθρώπου.

בבבב. Hoc autem ab aliis hominibus omnibus ignorari, docet hac interrogatione: τίς ἀνθρώπων οἶδεν --εἰ μὴ;

BBBB. De Spiritu DEI doceat, quod is folus fciat illa, quae DEI funt.

אאאא. Subjectum eft τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.

בבבב. Praedicatum de eo teftatur,

aaaa. Quod fciat illa, quae DEI funt. οἶδεν τὰ τοῦ Θεοῦ. In quibus verbis attendendum eft

(*aaaa*) Ad objectum, quod funt τὰ τοῦ Θεοῦ.

(ββββ) Quo pacto Spiritus DEI fe hahabeat ad hoc objectum. οἶδεν.

bbbb. Et quidem folus. οὐδεὶς -- εἰ μὴ.

** Quod inter haec duo comparationem inftituat. οὕτω καὶ.

(ββ)§§.//⁼††.
BBB.אאא.

בבב. Quodque hunc Spiritum, a Spiritu Mundi diversissimum, ipse cum Sociis suis acceperit, ut ab eo de negotio salutis a DEO praeparato erudirentur. Cap. II. 12.

In quo commate attendendum nobis est

aaa. Ad particulam adversativam, quâ transitionem facit. δὲ.

bbb. Ad rem ipsam. Ubi considerandum venit

(*aaa*) De subjecto, quod exprimitur pronomine ἡμεῖς.

(βββ) Quid de eo testetur. Quod expressum videmus

* Negativè. ὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμυ ἐλάβομεν. Ubi perpendendum est,

AAAA. Quid sit τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμυ. Adeoque dispiciendum,

אאאא. Quid Apostolus denotet nomine τοῦ κόσμυ.

בבבב. Quid intelligat per Spiritum ejus. τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου.

Ubi considerandum est

aaaa. De Spiritu.

bbbb. De ejus ad mundum relatione.

BBBB. Quod Apostolus de se & Sociis suis neget, quod hunc Spiritum acceperint. ὐκ ἐλάβομεν.

** Positivè. Cap. II. 12. parte posteriori.

AAAA. Transi-

(ββ)§§.//.☰ ††.BBB.בבב.*bbb* (βββ)

**

AAAA. Transitum faciens, per particulam ἀλλά.

BBBB. Testans

אאאא. De beneficio, quod ipse & Socii ipsius acceperant, primario. ἐλάβομεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Hic perpendendum est

aaaa. Quid Apostolus intelligat per τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ.

bbbb. Quod testetur se & Socios suos hunc Spiritum accepisse. ἐλάβομεν.

בבבב. De consequenti ejus, a datore intento. Hic notemus

aaaa. Felicitatem, quam DEUS eis contingere voluit; quam exprimit verbis: εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν.

Hic considerandum est

(αααα) De objecto. τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα.

†. Ponitur DEUM quaedam ex gratiâ concessisse *Paulo* & Sociis ejus.

††. Illa considerantur ut objectum scientiae ipsorum.

(ββββ) De hujus objecti notitiâ, quam DEUS eis largiri volebat. εἰδῶμεν.

bbbb. Hanc DEUM intendisse, quando ipsis dedit Spiritum suum. Quod indicatur particulâ ἵνα.

TABULA XI. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. II. 13. 14. 15. 16.

COntinet haec pericopa alteram partem illius demonstrationis, quâ *Paulus* demonstrat suam, & Sociorum suorum, praedicationem non mereri contemptum, quoad stylum & modum proponendi. Cap. II. 13. 14. 15. 16.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*a*.(β)1.BB.בב.*bb*.

Hîc videmus Apostolum

(*aa*) Candidè & rotundo ore declarare, quo stylo & modo proponendi veritatem Evangelicam, uterentur, Ipse & Socii ejus. Cap. II. 13. Ubi

§. Repetit se Sociosque suos illa, quae DEUS ipsis gratificatus fuerat, (quae constituebant materiam sapientiae DEI in mysterio) eloqui. Quod

/. Testatur, verbis ἃ λαλοῦμεν.

//. Jungit cognitioni, quam DEUS concesserat, per particulam καὶ.

§§. Indicat, quo stylo, quove proponendi modo. Hoc autem indicat

/. Opponendo verba sapientiae humanae verbis, quae

(aa) §§. /.

quae Spiritus Sanctus docet, quorum non illa, sed haec adhibeant, Apostolus ejusque Socii. Ubi

— Κατ' ἄρσιν, declarat, quo stylo modove proponendi non fuerint usi. ὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις.

In quibus verbis perpendendum est,

†. Quid Apostolus intelligat per διδακτοὺς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγυς. Adeoque considerandum

AAA. De *sapientiâ humanâ*, anteà dictâ *sapientiâ hujus saeculi*. (Confer versum 4. & 6. hujus Capitis.)

BBB. De sermonibus, quos illa docet.

††. Quod testetur se illis non esse usum.

= Κατὰ θέσιν. Qualibus, contrà, testetur sermonibus, se Sociosque suos uti.

†. Hos vocat [λόγυς] διδακτὺς Πνεύματος ἁγίυ. Ubi considerandum est

AAA. De Spiritu Sancto.

BBB. De sermonibus, quos Ille docet.

††. Hos opponit illis sermonibus, quos vocaverat διδακτοὺς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγυς. Ita ut testetur, se non his, sed illis, usum esse. Quo facit particula ἀλλὰ. 'ΑΛΛ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίυ [λόγοις].

//. Declarando, quod, ad rectam & clariorem horum, quos Spiritus Sanctus docet, sermonum intelligentiam, eos, resque per eos significatas, conferant. πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες. In quibus verbis attendere oportet

(αα)§§.//.

⟶ Ad objectum, circa quod versabantur *Paulus* & Socii ipsius. Quod dicit πνευματικά.

⩵ Quo pacto circa hoc objectum versarentur. συγκρίνοντες πνευματικοῖς.

(ββ) Rationem reddit hujus sui instituti. Cap. II. 14. 15. 16. Hoc autem ita facit, ut ostendat se & συνέργους suos parùm curare, quid de eo sentiant homines ψυχικοί: Neque propter horum contemptum a suâ methodo secedere; quandoquidem ψυχικοί illi, ad rectè de his judicandum, prorsùs sunt inepti. Cujus ratiocinationis videmus

§. Propositionem. Cap. II. 14. 15. Quâ,

/. Per modum objectionis declarat, quâ ratione ab homine animali excipiatur praedicatio, quae mysteria salutis, verbis, quae Spiritus Sanctus docet, proponit: Simulque indicat, unde hoc proficiscatur. Cap. II. 14.

Notemus itaque hîc duplicem declarationem:

⟶ Primam, quâ declarat, non acceptari; sed sperni potiùs & contemni, ab homine animali, illa, quae Spiritûs sunt. Cap. II. 14. parte priori. Ubi videmus

†. Transitum facere Apostolum, per particulam adversativam δὲ.

††. Rem ipsam ita proponere, ut in hoc enunciato considerandum veniat

AAA. Subjectum, quod indicatur nomine ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος.

BBB. Praedicatum. οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ. In quo perpendere oportet

ℵℵℵ. Ob-

(ββ)§./.— ††.BBB.

אאא. Objectum, quod sunt τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ. Ubi perpendere oportet,

aaa. Quid Apostolus intelligat nomine τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ.

bbb. Quaenam illa sint, quae ei vocentur τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ.

בבב. Quo modo circa hoc objectum versetur animalis homo. οὐ δέχεται.

⩶ Quâ declarat, unde hoc proficiscatur. Quod

†. Indicat ex praejudicio, illi acceptationi adversario, ortum suum trahere.

AAA. Opponit hoc praejudicium illi, quae eos deceret, acceptationi, atque considerat ut caussam. Quod indicat particula γὰρ.

BBB. Ipsum praejudicium, quod illam acceptationem impedit, exprimit, dicendo, quod ψυχικῷ ἀνθρώπῳ illa, quae Spiritûs sunt, sint *stultitia.* μωρία αὐτῷ ἐστι.

††. Amplificat, indicando, quod ineptus sit ψυχικὸς ἄνθρωπος ad haec intelligenda; simulque hujus rei rationem addendo.

AAA. Quod illa, quae dixerat, amplificatum eat, indicat particulâ καὶ.

BBB. Ipsam amplificationem subjicit; ita ut

אאא. Hominem animalem pronunciet ad intelligentiam eorum, quae Spiritûs sunt, ineptum esse. οὐ δύναται γνῶναι.

בבב. Unde hoc proficiscatur, addit. ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται. Hic perpendamus,

aaa. Quid

(ββ)§.//.⫶ ††.BBB.בבב.

aaa. Quid ponat Apostolus. Nimirùm illa, quae Spiritûs sunt, spiritualiter dijudicari. Ubi videndum est,

(*ααα*) Quid sit πνευματικῶς ἀνακρίνεσθαι.

(βββ) Quod hoc affirmet de illis, quae sunt τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ.

bbb. Quod hoc consideret, ut rationem, sive fundamentum, unde proficiscatur, quod τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ homini animali sint μωρία. Quod indicat particula ὅτι.

//. Fundamentum indicat, quo nixi illi, qui Spiritum acceperunt, non dimoveantur a proposito, spiritualia spiritualibus conferendi; eaque non sermonibus, quos humana sapientia docet, sed quos Spiritûs Sanctus docet, loquendi. Hoc autem indicat duabus sententiis, se mutuò respicientibus. Cap. II. 15.

Notemus igitur hic:

– Particulam δὲ, per quam transitio fit. Indicantem, quod hoc opponatur objectioni modò memoratae. Quasi diceretur: Quamvis homo animalis non possit spiritualia nosse, quia spiritualiter dijudicantur, TAMEN, illa non frustra praedicantur, nam aliter comparatus est spiritualis homo.

⫶ Ipsas has sententias, se mutuò respicientes.

Adeo-

(ββ)§.//.=

Adeoque perpendamus

†. Ipsas sententias. Quarum

AAA. Prima, spirituali homini insignem facultatem tribuens, haec est: ὁ πνευματικὸς ἀνακρίνει πάντα. In quâ

אאא. Subjectum est ὁ πνευματικὸς.

בבב. Praedicatum. ἀνακρίνει πάντα. In hoc praedicato perpendere oportet

aaa. Objectum. πάντα.

bbb. Quo pacto circa hoc objectum spiritualis homo se habeat. ἀνακρίνει.

BBB. Altera, ab eo subjectionem quamdam removet. αὐτὸς ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται.

Ubi iterùm considerandum est

אאא. Subjectum, indicatum pronomine αὐτὸς.

בבב. Praedicatum.

aaa. Testans, quod non subsit aliorum judicio.

bbb. Idque amplificans ΥΠ' ΟΥΔΕΝΟ'Σ ἀνακρίνεται. Ita ut ejus judicio vel Auctoritate stare teneatur. Cum a DEO ipso, per verbum suum, mentem collustrante Spiritu Sancto, sit edoctus.

††. Earum ad se invicem respectum, indicatum particulis, μὲν & δὲ.

§§. Propositionis confirmationem. Cap. II. 16. Quae fit ita, ut

/. Verbis Propheticis probetur, hominem, a Spiritu Sancto non instructum, non posse quidem, multo minus actu ipso acceptare illa, quae sunt Spiritûs; Certè minime Spiritum instruere, quâ

(ββ)§§./.

ratione loqui deberet; sivè immediatè, sivè mediatè, loquendo in aliis vel per eos. Cap. II. 16. parte priori.

Notemus hic,

– Quod particula γὰρ indicio sit, quod Apostolus, in probationem, afferat ea, quae dicturus est.

= Quod probationem ipsam verbis Propheticis (atque eo ipso probationem continentibus) exponat. Idque duobus enunciatis.

†. Primo, per modum interrogationis, omnibus denegat scientiam mentis Domini (scilicet absque revelatione Spiritûs). Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; Ubi perpendere oportet

AAA. Objectum, quod indicat, dicens νοῦν Κυρίου. Adeoque dispiciendum erit,

אאא. Quem indicet Apostolus nomine Κυρίου.

בבב. Quid intelligat per νοῦν Κυρίου. Nimirùm, id quod voluit, id quod in aeterno suo consilio constituit, ὁ Κύριος.

BBB. Quid de hoc objecto per interrogationem neget, dicendo: Τίς ἔγνω.

††. Altero, quod prioris quasi consectarium est, indicat, sic neminem esse, qui direxerit vel dirigere possit ad servandum; vel perdendum, maledictioni obnoxium hominem; Neque ad revelandum vel non revelandum, ad hoc modo vel ad alio modo revelandum, sapientiam DEI, in mysterio sitam. ὃς συμβιβάσει αὐτόν; *Quis instructurus est ipsum.* Utique Nemo.

//. Indicetur, quod, non obstante hac imperscrutabilitate mentis Domini, supremâque liberta-

te,

(ββ)§§.//.

te, Apoſtolus tamen ejuſque Socii poſſint loqui *ſapientiam DEI in myſterio* ſitam; & enarrare illa, quae DEUS amantibus ipſum praeparavit. Cap. II. 16. parte poſteriori. Ubi

— Significat, per particulam adverſativam δὲ, quod levare velit illam difficultatem, quae menti obrepere poſſit; nimirùm, ſi nemo noverit mentem Domini; quo pacto igitur Apoſtolus dicere poſſit, ſe Socioſque ſuos, loqui illa, & decenter loqui illa, quae *oculus non vidit, auris non audivit* &c?

= Teſtatur, ad haec concilianda, quod ipſe & Socii ipſius, per Spiritum Sanctum, quem acceperant, & per quem, & cujus verbis, loquebantur, *habeant mentem CHRISTI.*

†. Subjectum, de quo loquitur, exprimit pronomine ἡμεῖς. Quod de ſe & συνέργοις ſuis intellectum vult, uti ex nexu cum verſu 13. patet.

††. Praedicatum eſt: ἔχομεν νοῦν Χριστοῦ.

Ubi diſpiciendum eſt,

AAA. Quid ſit *habere mentem CHRISTI.*

Adeoque perpendendum,

אאא. Quid intelligat per νοῦν Χριστοῦ. Ubi nota:

aaa. Quod illum, quem Κύριον dixerat, nunc nomine, jam dudum ad ſignificandum Mundi Servatorem, uſitato, indicet, vocetque Χριστόν.

bbb. Quod Ei νοῦν tribuat. (*a*)

בבב. Quid ſit ἜΧΕΙΝ νοῦν Χριστοῦ. (*b*)

BBB. Quod hoc ſibi & Sociis ſuis vendicet; quando dicit, ἔχομεν νοῦν Χριστοῦ.

 TA-

(*a*) De qua voce modo diximus. (*b*) Id eſt, novimus, intelligimus, tenemus.

TABULA XII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. III. 1-5.

HAc pericopâ ostendit Apostolus, se necessitate compulsum fuisse, ad inculcanda *Corinthiis* prima Christianismi principia, ex consideratione statûs eorum. Cap. III. 1-5.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ℵ.*a*.(β)2.AA.ℵℵ.

In hac igitur pericopâ

aa. Transitum facit. Quo

(*αα*) Indicat, quod nunc (postquam acervatim, de se & Sociis suis simul egisset,) singulatim, praedicationis a se ipso, inter *Corinthios*, factae, defensionem suscipere agrediatur. Quod indicant verba Καὶ Ἐγὼ.

§. Hanc sui discursûs partem cum priori connectit, per particulam, Καὶ.

§§. Se indicaturum esse, quid IPSE, (cui praecipuè infensi erant Adversarii sui, quos apud *Corinthios* habebat) fecerit, & facere debuerit, significat pronomine, Ἐγὼ.

(*ββ*) *Corinthios* (ne ex acerbo animo profecta videatur ista, quam faciet, declaratio) blandâ compellatione alloquitur. Ἀδελφοὶ.

bb Declarat, quo pacto, & quam ob rationem, cum illis

bb.

lis agere debuerit. Hoc autem deducit ex ſtatu eorum praecedenti & praeſenti.

(*aa*) Ex conſideratione ſtatûs eorum praecedentis. Ubi

§. Declarat, quo modo cum illis loqui debuerit. ὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν Χριςῷ.

In quibus verbis

/. Supponit, ſibi cum illis loquendum fuiſſe: Miſſus enim (quod dixerat Cap. I. 17.) ad praedicandum, debuit cum illis loqui. Dicit igitur; debui λαλῆσαι ὑμῖν.

//. Indicat, quo modo eos conſiderare debuerit. Quod exprimit

— Negativè. Declarans

†. Quales eos conſiderare non potuerit. ὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὡς Πνευματικοῖς.

††. Quod proinde non potuerit ſermones ſuos ita inſtituere, uti facere licuiſſet & decuiſſet, ſi eos ut *Spirituales* conſiderare potuiſſet.

= Poſitivè. Declarans, quales eos, in ſuis ad ipſos ſermonibus, conſiderare debuerit. ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ὡς νηπίοις ἐν Χριςῷ. Ubi nota

†. Particulam adverſativam, tranſitum facientem. ἀλλά.

††. Declarationem ipſam: Expreſſam

AAA. Paulò duriori, verâ tamen licet ſeverâ, expreſſione. ὡς σαρκικοῖς.

BBB. Interpretatione mitigatâ. ὡς νηπίοις ἐν Χριςῷ. (*a*) Quibus verbis

 ℵℵℵ. Eo-

(*a*) Quibus, nimirùm, adhuc multum ignorantiae, praejudicatarum opinionum, & carnalium affectuum, adhucdum adhaeret.

bb.(*aa*)§.//.☱ ††.BBB.

אאא. Eorum ſtatum, in communione CHRISTI, agnoſcit. ἐν Χριστῷ. Ubi conſiderandum eſt

aaa. De CHRISTO. Χριστῷ.

bbb. De communione *Corinthiorum* cum Ipſo, expreſſâ per praepoſitionem, 'EN. 'EN Χριστῷ.

בבב. Sed, tenuitatem ſimul ejusdem ſtatûs eis ob oculos ponit. ὡς νηπίοις.

§§. Oſtendit, quo ſpirituali cibo eos, ut ſuos, quos tenerrimo proſequeretur amore, hactenùs enutrire voluerit. Cap. III. 2. parte priori. Hoc autem

/. Declarat, duplici propoſitione. Quarum

— Altera poſitiva eſt. 'Επότισα ὑμᾶς γάλα.

☱ Altera negativa eſt, quae, priori poſitivae juncta, eam illuſtrat. καὶ οὐ βρῶμα.

†. Particula καὶ tranſitum facit ad illuſtrationem.

††. Illuſtratio continetur verbis: οὐ βρῶμα.

//. Non ſine ratione factum eſſe oſtendit, verbis: οὔπω γὰρ ἠδύνασθε. Ubi

— *Corinthiis* exprobrat, quod cibo ſolidiori minùs apti fuerint, iſto quidem tempore. οὔπω ἠδύνασθε.

☱ Hoc adfert ut rationem, ob quam ita, uti fecerat, cum illis egerit. Quod indicat per particulam, γάρ.

(*ββ*) Ex conſideratione ſtatûs eorum praeſentis. Cap. III. 2. parte poſteriori. 3. & 4.

§. Sta-

bb.(ββ)

§. Statum eorum praesentem priori, hac in parte, non admodùm absimilem esse, indicat. Cap. III. 2. parte posteriori. Ubi

/. Particulâ adversativâ transitum facit, non sine emphasi. Ἀλλὰ. Quasi diceret: Ne quis putet, si ab initio lacte nos nutrire debuisti, minimè TAMEN oportuit hoc postea quoque facere &c. Quod huic objectioni obviam eat, indicat hac particulâ.

//. Ostendit *Corinthios*, quod ad hoc negotium attinet, etiam nunc non esse melioris conditionis, quam antè. ὅτε ἔτι νῦν δύνασθε.

§§. Idque confirmat. Cap. III. 3. & 4. Quae confirmatio

/. Summatim proponitur. Cap. III. 3. parte priori. Ubi

— *Corinthiis* exprobrat,

†. Quod *carnales* sint. σαρκικοί ἐστε.

††. Quod tales *etiam nunc* sint. ἔτι.

= Idque in argumentum, ad ostendendum, quod cibum solidiorem ferre non possint, adfert. Quod indicat particulâ, γάρ.

//. Ulteriùs urgetur. Cap. III. 3. parte posteriori, & 4.

— Argumento, a pravâ mentium ipsorum dispositione, & activitate, desumpto. Cap. III. 3. parte posteriori. In quâ notandum est,

†. Quod Apostolus indicet, se ostendere velle, quod non sine ratione eis exprobraverit, quod carnales sint. per particulam γάρ.

†† Argumentum ipsum. In quo attendere oportet: AAA. Ad

bb.(ββ)§§.//.— ††.

AAA. Ad duas theses, quarum altera antecedens, altera consequens est. Notetur igitur,

אאא. Antecedens, sive hypothesis.

aaa. In eâ ponitur, esse in Ecclesiâ *Corinthiacâ* vitia quaedam.

(*aaa*) Interna, animi. ζῆλος ἐν ὑμῖν.

(βββ) Hinc nata externa; quae gradatim exhibentur:

* Καὶ ἔρις.

** Καὶ διχοστασίαι.

bbb. Imò illa reperiri non uno in loco. Quod subindicare videtur voculâ, ὅπου.

בבב. Consequens. Quo

aaa. Per modum interrogationis, fortiter affirmat illos *carnales* esse. οὐχὶ σαρκικοί ἐστε;

bbb. Illustrat, vel explicat. καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; Ubi videndum est,

(*aaa*) Quid eis exprobret, quando dicit: κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε.

(βββ) Quo pacto, sive ad explicationem, sive ad illustrationem, hoc addat, per particulam καὶ.

BBB. Ad nexum inter illas. ὅπου--οὐχὶ.

⩵ Ulteriùs confirmato. Cap. III. 4. Ubi pariter

†. In-

bb.(ββ)§§.//. ☰

†. Indicat, id, quod dicet, ad ulteriorem confirmationem pertinere; per particulam, γάρ.

††. Argumentum ipsum profert. In quo pariter perpendere oportet

AAA. Duas theses; quarum altera antecedens, altera consequens est.

אאא. Antecedens est. Λέγῃ τις· Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλȣ. ἕτερος δὲ· Ἐγὼ Ἀπολλώ.

In duas igitur hîc factiones scissam contemplatur:

aaa. Paulistarum. Λέγῃ τις· Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλȣ.

bbb. Apollistarum. Ἕτερος δὲ· Ἐγὼ Ἀπολλώ.

בבב. Consequens. σαρκικοί ἐςε;

BBB. Nexum inter utramque. ὅταν-οὐχὶ.



TABULA XIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. III. 5-10. p. post.

IN hac pericopâ Apostolus (ut reprehendat morem se ab uno alterove Doctore denominandi, atque hanc reprehensionem confirmet, considerando quales sint omnes qualescumque veri Doctores) ostendit, Doctores, etiam optimè de Ecclesiâ merentes, nullâ tamen ratione mereri, ut fideles alterum alteri usque adeò anteferant, unumque prae altero contemnant, ut se ab ullo eorum denominent. Cap. III. 5-10. parte posteriori.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*a*.(β)2.AA.בב.*aa*.(*aa*)§.

Hoc autem ostendit

/. Generatim. Cap. III. 5-10. Rationes desumens

— A consideratione omnimodae dependentiae omnium & singulorum Doctorum, ab ipso unico Domino & DEO. Cap. III. 5-8.

Hanc autem dependentiam agnoscendam esse contendit:

†. Quoad missionem & munus, ut & quoad aptitudi-

/.— †.

tudinem. Cap. III. 5. In quo commate attendere oportet ad

AAA. Fortissimam negationem, quâ omnem ulteriorem, quam eam, de quâ mox dicturus esset, dignitatem, & sibi, & *Apollo*, abjudicat.

Hoc autem duabus interrogationibus exprimit:

אאא. Quoad se ipsum, rogando: τίς ὖν ἐςὶ Παῦλος;

Ubi considerari meretur

aaa. Particula, transitum faciens. ὖν. Quasi diceret. Quod si vos denominari ita cupiatis a me, vel quolibet alio; IGITUR in me spectare debetis quamdam, quae id mereatur, dignitatem.

bbb. Ipsa interrogatio. Τίς ἐςὶ Παῦλος;

בבב. Pariter, quoad *Apollo*, rogando: Τίς δὲ Ἀπολλώς;

Notetur & hic

aaa. Particula adversativa, δὲ. Quasi diceret. SED fortè *Apollo* plus meretur.

bbb. Ipsa interrogatio. τίς Ἀπολλώς;

Nil habemus, nec Ego nec ille quod hoc mereatur.

BBB. Declarationem, quâ tamen, sed eâ solâ, dignitate polleant.

אאא. Quales haberi debeant, declarat.

aaa. Ratione missionis & muneris.

(*ααα*) Missionem indicat, nomine διάκονοι.

(*βββ*) Munus autem hoc ulteriùs describit,

/.— †.BBB.אאא.*aaa*.(ββββ)

bit, ratione finis & effectûs in *Corinthiis*. δι' ὧν ἐπιστεύσατε.

* Supponit eos *credidisse*. ἐπιστεύσατε.

** Testatur ad hoc suo & τοῦ *Apollo* ministerio uti voluisse DEUM. Atque hunc finem fuisse & fructum sui & sociorum suorum muneris. δι' ὧν.

bbb. Ratione aptitudinis; penitùs a Domino pendentis, etiam ratione modi & gradûs.

Ubi videnda est

(*aaa*) Res ipsa. Quam ita declarat, ut

* Supponat *Dominum unicuique dedisse* id quod habet. Ὁ Κύριος ἔδωκεν ἑκάστῳ.

AAAA. Subjectum hujus enunciati est ὁ Κύριος.

BBBB. Praedicatum

אאאא. Ei tribuit donationem. ἔδωκεν.

בבבב. Objectumque indicat, pronomine ἑκάστῳ.

** Indicet, inde omnem aptitudinem, ejusque mensuram, pendere. Quod indicat particula, ὡς.

(*βββ*) Ejus connexio, per particulam καὶ.

בבב. Et quod tantùm ut tales spectari debeant, non quasi aliquid dignitatis ampliùs haberent. ἀλλ' ἤ. ††. Quoad

/.— †.

††. Quoad fructum effectumque omnem; qui pariter unicè a benedictione DEI solâ pendeant. Cap. III. 6. 7. Ubi

AAA. Factum ipsum ponit. Cap. III. 6. Indicans,

אאא. Quid Ipse & *Apollo* fecerint.

aaa. De se ipso (qui primus *Corinthiis* Evangelium praedicaverat) emblematicè loquens, testatur, se *plantasse*. Ἐγὼ ἐφύτευσα.

bbb. De *Apollo* (qui Ipsum in ministerio Evangelii secutus erat) in eâdem Metaphorâ manens, testatur, Ipsum *irrigâsse*. Ἀπολλὼς ἐπότισεν.

בבב. Quid DEUS fecerit. Quod

aaa. Exprimit verbis: ὁ Θεὸς ηὔξανεν.

bbb. Opponit ei, quod Ipse & *Apollo* fecerant, per particulam, ἀλλὰ.

BBB. Conclusionem hinc elicit. Quam proponit Cap. III. 7.

Ubi videndum est,

אאא. Quid dicat Apostolus:

aaa. De Ministris generatim, qui in eo omnes cum *Paulo* & *Apollo* conveniunt, quod vel plantent, vel irrigent. Cap. III. 7. parte priori.

(αaa) Plantatoris nullitatem agnoscit. ὅτε ὁ φυτεύων ἐστί τι.

(βββ) Pariter & illius, qui irrigat. ὅτε ὁ ποτίζων.

bbb. De DEO, contrà, quod omne incrementum ipsi acceptum ferri debeat. ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεός.

X 3 (αaa) Transi-

I.— ††.BBB.אאא.*aaa*.

(*aaa*) Transitum facit, per particulam, ἀλλὰ.

(βββ) Rem ipsam ita exprimit, ut

* Considerandum proponat subjectum sui enunciati, illum, *qui incrementum dat*. αὐξάνων.

** Affirmet illum non esse hominem, (cui aliquo pacto tribui possit τὸ *plantare*, vel τὸ *irrigare*) sed *DEUM*, cui soli competit *incrementum dare*. Θεός.

בבב. Quod hoc proponat per modum conclusionis. Quod indicat per particulam, ὥστε.

⸬ A consideratione paritatis Doctorum (vel unanimitatis, ἑνότητος) hac in parte, quamvis illi, quoad mensuram donorum, labores, laborumque fructus, aliquo pacto distincti sint; illorum tamen non esse, neque ad eos pertinere Ecclesiam; quasi illa esset ipsorum peculium; atque proinde ab eis denominari non debere. Cap. III. 8. 9.

In his commatibus videre est, quod Apostolus

†. Summatim de hac ἑνότητι, paritate, vel etiam unanimitate, verorum Doctorum, qui verè plantant vel irrigant, testetur. Cap. III. 8. parte priori.

AAA. Transitum facit per particulam, δὲ. Quasi diceret: quamvis aliquâ parte differat is, qui plantat, ab eo, qui irrigat, (cum inter hunc & illum laborem differitas quaedam sit) TAMEN verum est quod dicam.

BBB. Rem

I.⁘ †. AAA.

BBB. Rem ipsam sic exprimit: ὁ φυτεύων καὶ ὁ ποτίζων ἕν εἰσιν.

אאא. Subjectum hujus enunciati sunt omnes veri doctores, qui omnes comprehendi possunt sub unâ vel alterâ classe. Quod indicat, dicens: ὁ φυτεύων, καὶ ὁ ποτίζων.

בבב. Praedicatum testatur de eorum unitate. ἕν εἰσιν. Id est, paria faciunt, ut nihil sint, comparatè ad DEUM qui solus incrementum dat. Quodque ea propter, neque a se, neque ab ullo alio, tamquam Domino, Ecclesia, neque ejus membra, denominari debeant: Imò etiam in eo consentiunt, quod omnis honos incrementi soli DEO acceptus sit referendus.

††. A tacitâ quadam objectione, vel obmurmuratione dicta sua liberet. Cap. III. 8. parte posteriori, & 9.

AAA. Concedit aliquam, non obstante illa paritate sive unitate, differitatem praemii, ut & laboris, hic locum habere. Cap. III. 8. parte posteriori.

אאא. Transitum facit per particulam, ΔΕ'. Ut indicet, se illam unitatem vel paritatem non eousque extendere, quasi omne discrimen sublatum vellet.

בבב. Id, quod agnoscit, discriminis, ita exprimit, ut indicet

aaa. Unumquemque propriam mercedem accepturum esse. ἕκαστος τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται.

(*ααα*) Subjectum exprimitur voculâ, ἕκαστος.

(*βββ*) Praedicatum ei tribuit

* Non

I.⌶ ††. AAA. בבב. *aaa* (βββ)

* Non tantùm, generatim, *mercedem*. μισθὸν.

** Sed etiam ſpeciatim, τὸν ἴδιον μισθὸν.

bbb. In illâ quoque, etſi gratuitâ, remuneratione, convenientiam quamdam repertum iri, inter *praemia* & *labores*. κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. Quibus verbis

(*aaa*) Unicnique tribuit κόπον ἴδιον.

* Generatim, κόπον. Hoc & is, qui *plantat*, & is, qui *irrigat*, commune habent inter ſe.

** Speciatim, ſingulis autem ſuum. τὸν ἴδιον κόπον.

(*βββ*) Hujus uniuscujuſque ſingulatim laboris rationem habitum iri, in illâ remuneratione, docet praepoſitio, κατὰ.

BBB. Idque confirmat, ratione allatâ; quâ ſimul teneat, Eccleſiam, omneſque credentes, ſolius DEI eſſe, adeoque a nullo Miniſtro denominari debere. Cap. III. 9. Ubi videndum eſt,

אאא. Quo pacto confirmet id, quod conceſſerat. Ubi perpendamus,

aaa. Quid de ſe ſuisque Sociis, &c, qui ipſis ſimiles ſunt, fidelibus Doctoribus, affirmet. Θεοῦ ἐσμεν συνεργοί.

(*aaa*) Sub-

I.=††.BBB.אאא.*aaa.*

(*aaa*) Subjectum comprehenditur verbo in primâ personâ expresso. Est igitur ***Paulus*** & ***Apollos*, *plantans*** & ***irrigans.***

(βββ) Praedicatum est, συνεργοὶ Θεοῦ ἐσμεν.

bbb. Quod hoc afferat in argumentum, ad probandum, quod non sint frustrandi suâ mercede. Quod indicat particula, γάρ.

בבב. Quo pacto teneat id, quod arcem caussae hujus disputationis constituebat. Nimirùm DEUM solum esse Ecclesiae Dominum. Θεοῦ γεώργιον, Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε. In quibus verbis notemus

aaa. Subjectum, quod indicatur, verbo in secundâ personâ expresso. ἐστε. Intelligit, directè Ecclesiam *Corinthiacam*, & membra ejus; indirectè quamcumque Ecclesiam, quoscumque credentes. Illos nominat, quoniam apud illos pravus ille mos invaluerat, se vel a ***Paulo***, vel ab ***Apollo*** &c. denominandi.

bbb. Praedicatum, rem, quam eis inculcare vult, duplici emblematicâ phrasi exprimit.

(*aaa*) Priori, manens in eâdem, quâ hactenùs usus erat, Metaphorâ, dicit. Θεοῦ γεώργιον ἐστε.

(βββ) Alterâ transit ad aliam Meta-

tapho-

I. ☰ ††.BBB.בבב.*bbb*.(βββ)

taphoram: Quâ eamdem rem fub aliâ σχέσει ob oculos ponit, ut hoc pacto commodè progrediatur ad novam ratiocinationem, quâ radices fchifmatis animis eorum evellere conabitur. Θεῦ οἰκοδομή ἐςε.

II. Speciatim, cum applicatione fingulari ad id, quod Ipfe *Corinthiis* fecerat, comparatè ad id, quod quilibet alii ipfis fecerant. Cap. III. 10. parte priori.

Obfervemus hic,

— Quid *Paulus* de fe ipfo afferere nullus vereatur. Quod

†. Defcribit, manens in eâdem Metaphorâ. ὡς σοφὸς Ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα. Quibus verbis

AAA. Indicat, quid fecerit. τέθεικα θεμέλιον.

BBB. Quodque ita facere decuerit, cum hoc fit *fapientis Architecti*. ὡς σοφὸς Ἀρχιτέκτων.

††. Simulque agnofcit, quod Ipfemet hoc omne non fibi, fed gratiae Divinae acceptum ferat. κατὰ τὴν χάριν τῦ Θεῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι.

AAA. Originem totius hujus operis & negotii

אאא. Generatim, vocat τὴν χάριν τῦ Θεῦ.

בבב. Speciatim, cum applicatione ad fe-ipfum, τὴν δοθεῖσάν μοι.

BBB. Indè id, quod fecerat, derivat. Quod indicat per praepofitionem, κατὰ.

☰ Quid alii fecerint, faciantque etiam nunc. ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ. Notemus hic,

†. Quid de hoc illove alio, fe fecuto, Doctore teftetur. ἄλλος ἐποικοδομεῖ.

AAA. Quod

//.⸗†.

AAA. Quod indiscriminatim loqui velit, indicat, indefinitâ utens voce, ἄλλος.

BBB. Testimonium, quod eis perhibere vult, exprimit verbo, ἐποικοδομεῖ.

††. Quod hoc comparari velit cum eo, quod de se ipso affirmaverat, indicat per particulam, δὲ. Hac comparatione tacitè innuere velle videtur, quod si alicui honos iste (scilicet, ut Ecclesia, vel ejus pars ab eo denominaretur) competeret, sibi competeret; quem tamen Ipse sibi tribui nollet, adeoque alii eum longè minùs admittere deberent.



TABULA XIV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. III. 10. parte poſt. -16.

Continet haec pericopa monitum ad cautelam, *Corinthiis* breviſſimè ante oculos poſitum, & enucleatiùs expoſitum; ut eos prudentes redderet Apoſtolus; ſimulque illos, quibus adhaerebant, Doctores; ut animadverterent, non omne illud, quod ſpeciem haberet ulterioris profectûs, etiam retento fundamento (multò minùs quod iſtud evertit) pro vero profectu eſſe habendum. Cap. III. 10. parte poſteriori -16.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*a*.(β)2.AA.בב.*aa*.(αα)§§.*l*.

Habemus igitur hîc

— Breviſſimam propoſitionem. Cap. III. 10. parte poſteriori.

In eâ notemus

†. Rem ipſam. In quâ

AAA. Supponuntur duae veritates:

אאא. Oportere, ut ſuper fundamento jacto aedificetur. oportere ἐποικοδομεῖν.

בבב. Non perinde eſſe, quâ ratione id fiat; ſed requiri etiam, ut rectè obſervetur τὸ πῶς.

BBB. Hiſce

— †. AAA.

BBB. Hisce hypothesibus superstruitur admonitio. Quae

אאא. Tendit ad attentam considerationem; quâ ratione super hoc fundamento aedificet, qui sustinet quidpiam ἐποικοδομεῖν. βλεπέτω.

בבב. Extenditur ad unumquemque. ἕκαστος.

††. Connexionem; quae fit particulâ, δὲ.

Quasi dicat: Cum non perinde sit, quo pacto super fundamento aedificetur, non statim probandum est omne id, quod pro ulteriori exornatione venditatur.

⩵ Enucleatiorem expositionem. Cap. III. 11-16. Ubi

†. Praemittit necessitatem servandi fundamentum. Cap. III. 11.

In quo commate videamus

AAA. Rem ipsam. In quâ Apostolus

אאא. Supponit, *fundamentum* esse *positum*. Nimirùm *JESUM CHRISTUM*.

aaa. ***Fundamentum*** (sive Ecclesiae ***Corinthiacae***, sive doctrinae) ***positum*** esse, docet verbis: τὸν κείμενον θεμέλιον. Ubi videndum est,

(*aaa*) Quid Apostolus significatum voluerit per τὸν θεμέλιον.

(*βββ*) Quod statuat illud *jacere*, id est, jam *positum* esse. τὸν κείμενον.

bbb. Quodnam sit hoc *fundamentum*, explicat, additis verbis: ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

(*aaa*) Loquitur de *JESU CHRISTO*. Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

(βββ) De

= †. AAA. אאא. *bbb*. (*aaa*)

(*βββ*) De Eo teſtatur, quod Ipſe ſit θεμέλιος ὁ κείμενος. ὍΣ ἘΣΤΙΝ Ἰησοῦς ὁ Χριστός.

בבב. Declarat, nullum aliud poni poſſe, a quocumque ſit.

aaa. Id quod fieri non poteſt (nimirùm jure, & cum effectu ſalutis) exprimit verbis: θεῖναι θεμέλιον ἄλλον παρὰ τὸν κείμενον.

bbb. Quam univerſaliter verum hoc ſit, docet verbis: ὐδεὶς δύναται.

BBB. Ejuſdem relationem ad breviſſimam moniti propoſitionem. per particulam, γάρ.

††. Monitum ſuum amplificat, illud etiam ad illa, quae huic fundamento ſuperſtrui debent, extendens. Cap. III. 12-16.

Ubi inculcat,

AAA. Diſcrimen, inter unius & alterius opus, ſuo tempore manifeſtatum iri. Cap. III. 12. 13. Quibus commatibus

אאא. Caſum ponit, ſtructurae admodùm diverſae, fundamento ſuperſtructae. Cap. III. 12. Perpendamus hìc

aaa. Tranſitionem, quam facit Apoſtolus, per particulam, δὲ.

bbb. Rem ipſam. Ubi notemus Apoſtolum

(*aaa*) Indicare, quam varia & diverſa poſſint ab Architectis ſuperſtrui. Quae

* Recenſentur. Suntque

AAAA. Pre-

= ††. AAA. אאא. *bbb.*
(*aaa*)*

AAAA. Preciosissima, simulque ignis explorationem sustinere valentia. In quibus

אאאא. Ex metallis eminent,

aaaa. Ante omnia, *aurum.* χρυσὸν.

bbbb. Proximè post hoc, *argentum.* ἀργύριον.

בבבב. Ex lapidibus, *gemmae.* Quas dicit λίθυς τιμίυς.

BBBB. Minùs preciosa, viribusque ignis resistere non valentia. Qualia sunt

אאאא. Quae adhuc alicujus precii esse possunt, quamvis igni resistere non possint; qualia sunt *ligna.* ξύλα.

בבבב. Quae vilia, aedificio ornando inepta, simulque combustilia sunt. Qualia sunt

aaaa. *Foenum.* χόρτον.

bbbb. Omnium vilissimum, *stipula.* καλάμην.

** Considerantur, ut quae, fieri posset ut, superstruantur fundamento, de quo locutus erat; etiam a talibus, qui illud fundamentum non derelinquunt penitùs, vel evertunt. ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τῦτον.

Ubi considerandum est, quid sit, illa *fundamento superstruere.* Nimirùm istâ phrasi

AAAA. Ponitur retineri fundamentum.

BBBB. Sed, ad ornatum vel firmitatem aedificii haec velle adhibere, significatur hac phrasi emblematicâ, ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τῦτον.

(*ßßß*) Idque hîc ponere, ut casus dabiles. Quod indicatur particulis, ἐι τις. Consideremus de singulis.

* Quod ad particulam Ἐι attinet, perpendendum est,

–††. AAA. אאא. *bbb*. (βββ)*

est, num particula εἰ non commodiùs vertatur per *an?* (uti E.c. 2 *Cor.* XIII. 5. & aliis in locis.) ut faciliùs connecti possit cum commate sequenti. (*a*)

** Quod id, quod dicere vult Apostolus, universaliter verum sit, sine ullo personarum discrimine. Quod indicare videtur particula, τις.

בבב. Testatur de his diversis adeò operibus, fore, ut aliquandò manifestum fiat, qualia sint. Cap. III. 13. Quod

aaa. Summatim dicit Apostolus. Cap. III. 13. parte priori. Ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται.

Ubi considerandum est

(*ααα*) De subjecto. Quod

* Dicitur ἔργον, *opus*. Respectu habito ad laborem, qui structurae adhibetur.

** In suâ universitate spectatur; respectu habito ad diversitatem aedificantium, modò indicatam. ἑκάστου.

(βββ) De praedicato. φανερὸν γενήσεται.

bbb. Illustratione confirmat. Hîc,

(*ααα*) In

(*a*) In hunc modum verterem: *Sed an quis superaedificet, super hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam. Cujusque opus manifestum fiet.*

ℶ ††. AAA. בבב. *bbb*.

(*ααα*) In confirmationem affertur: ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει. Ubi Apostolus

* Affirmat *Diem* illud *declaraturum*. ἡ ἡμέρα δηλώσει.

AAAA. Subjectum est ἡ ἡμέρα. *DIES*, qui exspectandus erat.

BBBB. Praedicatum, δηλώσει.

** Hoc ad confirmationem adfert. Quod docet particula, γάρ.

(*βββ*) Idque uberiùs illustratur, indicatione medii, per quod qualitas operis cujuslibet manifestabitur. Medium hoc videmus

* Breviter, ad illustrationem dicti, indicari. ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται.

AAAA. Particula ὅτι indicat haec ad illustrationem dici.

BBBB. In eo, quod dicitur, considerandum est

אאאא. Subjectum. Quod hic quidem non expressum, sed repetitione ἀπὸ τοῦ κοινοῦ supplendum est. ἑκάστου τὸ ἔργον.

בבבב. Praedicatum docet,

aaaa. Quid huic subjecto fiet. ἀποκαλύπτεται.

bbbb. Quo medio, ἐν πυρὶ. Ubi inquirendum est,

(*αααα*) Quem *ignem* intelligat.

(*ββββ*) Quâ ratione is retegat uniuscujusque opus; Dicit enim ἘΝ πυρὶ.

** Cum aliquâ amplificatione repeti. Ubi

AAAA. Amplificationis nota videtur esse particula, καὶ.

BBBB. Quoad rem ipsam, nobis perpendendum est

 אאאא. Idem

=††.AAA.בבב.*bbb*.(βββ)**BBBB.

אאאא. Idem, de quo ſtatim dictum eſt, objectum. ἑκάϛȣ τὸ ἔργον.

בבבב. Quid ei eventurum ſit. τὸ πῦρ δοκιμάσει ὁποῖόν ἐϛι.

aaaa. Subjectum iterùm eſt τὸ πῦρ. *IGNIS.*

bbbb. Praedicatum igni explorationem operis uniuscujusque denunciat.

(*αααα*) Generatim, per verbum δοκιμάσει.

(ββββ) Cum amplificatione aliquâ, indicatâ verbis ὁποῖόν ἐϛι. Non tantùm, an bonum, an malum; an utile an inutile fuerit: Sed etiam, quàm bonum, & quàm malum; nec non, quam multum vel quam parum utilitatis habuerit.

BBB Fructus quoque operis unius & alterius fore longè diverſiſſimos. Cap. III. 14. 15.

Hoc ut doceat, duplicem caſum ponit, & quid in utrolibet exſpectandum ſit, indicat.

אאא. Primum caſum ejuſque conſequens reperimus. Cap. III. 14. Ubi

aaa. Caſûs poſitio haec eſt: Εἴ τινος τὸ ἔργον μένει, ὃ ἐπῳκοδόμησε. Ubi videamus,

(*ααα*) Quid

ב.††.BBB.אאא.*aaa.*

(*ααα*) Quid ponatur.

Quod ut intelligamus, attendendum eſt ad

* Subjectum. Quod

AAAA. Indicatur & deſcribitur a praerequiſitâ qualitate. Nimirùm

אאאא. Vocatur ἔργον.

בבבב. Deſcribitur a qualitate praerequiſitâ, ut ſit ſuperſtructum fundamento. ὃ ἐπῳκοδόμησε.

BBBB. Spectatur, ut ſine diſcrimine perſonarum, ſine προσωποληψίᾳ dijudicandum. Quod innuitur voculâ, τινος.

** Praedicatum. μένει. Explorationem ſuſtinet.

(*βββ*) Quod hoc per modum caſûs poſitionis ponatur, conſidereturque ut caſus dabilis. Ἐι.

bbb. Quid, poſito hoc caſu, exſpectandum ſit. μισθὸν λήψεται.

(*ααα*) Subjectum, verbis in hoc enunciato non expreſſum, eſt is, cujus opus tale eſt, ut in caſûs poſitione.

(*βββ*) Praedicatum. μισθὸν λήψεται.

בבב. Alter caſus, ejuſque conſequens nobis occurrit. Cap. III. 15. Hic iterùm *aaa.* Caſûs poſitio haec eſt: Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται. Ubi videamus,

 (*ααα*) Quid

= ††.BBB.בבבב.*aaa.*

(*aaa*) Quid ponatur. τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται.

* Subjectum hic ponitur aliquid, quod superiori, modò proposito, e diametro opponitur.

AAAA. Vocatur τὸ ἔργον.

BBBB. Spectatur, ut sine προσωποληψίᾳ dijudicandum. τινος. Quis, qualisque sit.

** Praedicatum. κατακαήσεται.

(*βββ*) Quod hoc ponatur, ut casus dabilis. Ἐι.

bbb. Quid posito hoc casu exspectandum sit.

Ubi denunciatur

(*aaa*) Malum aliquod triste. ζημιωθήσεται.

(*βββ*) Mitigatio insignis. αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός.

Notetur hic

* Particulam δὲ, quâ transitus fit, subindicare, quod illa ζημία, de quâ locutus erat, tantùm foret ζημία operis, igni resistere non valentis; sed quod nunc aliquid laetiùs, etsi non omni molestiâ vacuum, ipsi personae denunciare velit.

** Rem ipsam, quam testatur, laetam quidem esse, sed non carere tamen molestiâ.

Con-

= ††.BBB.בבבב.*bbb*.(ββββ)**

Confideremus hîc

AAAA. Subjectum, feu perfonam, cui denunciatur, quid exfpectandum habeat. Ἀυτὸς.

BBBB. Praedicatum ei denunciat

אאאא. Laetum nuncium. σωθήσεται.

בבבב. Moleftiam quamdam adjunctam.

aaaa. Obviam it judicio praecipiti. (*a*) οὕτως δὲ.

bbbb. Indicat modum, quo falus promiffa ei eveniet. ὡς διὰ πυρός.

Debebat igitur unusquifque attentè confiderare, quo modo aedificet.

(*a*) Tale judicium praecipitatum forte menti obrepere poffet, quo crederet, falutem promiffam ei praeftandam effe abfque ullo fenfu doloris.



TABULA XV. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. III. 16-21.

COntinet haec pericopa confirmationem, quâ urget & adstringit Apostolus monitum ad cautelam, a Cap. III. 10. parte posteriori, usque ad versum 16. datum. Cap. III. 16-21.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*a*.(β)2.AA.בב.*aa*.(αα)§§.//.

Reperimus in hac pericopâ

⟞ Admonitionem de gravitate criminis, impune non ferendi, si quis sustinuerit Templum DEI, quod erant credentes, corrumpere: Quod fieret, si quis credentes a verâ ad vanas doctrinas seduceret, praetextu sublimioris sapientiae. Cap. III. 16. & 17. Quod *Corinthios*, eorumque Doctores impellere debebat, ut unusquisque accuratè attenderet, πῶς ἐποικοδομεῖ.

Hîc igitur videmus, quo pacto

†. *Corinthiis* ad animum revocet, ad quantam dignitatem evecti sint, quando JESU CHRISTO unico fundamento juncti & superstructi sunt. Cap. III. 16.

Observemus hîc,

AAA. Quid

—†.
AAA. Quid de illis affirmet.
אאא. Quod, manens in eâdem Metaphorâ, quâ suprâ usus erat, exprimit, dicens: ναὸς Θεοῦ ἐστε.
Ubi perpendere oportet,
aaa. Cujus sint. Θεοῦ.
bbb. Qua dignitate. ναὸς [αὐτοῦ] ἐστε.
בבב. Ejusque effectum, sive documentum, indicat.
aaa. Nexum indicat, particulâ, καὶ.
bbb. Rem ipsam exprimit. τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν.
Ubi considerandum est
(αaα) Subjectum. τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.
(βββ) Praedicatum. οἰκεῖ ἐν ὑμῖν.
Hic attendamus ad
* Objectum, quod indicatur pronomine, ὑμῖν.
** Quid huic objecto contingat ab hoc subjecto. οἰκεῖ ἐν ὑμῖν.
BBB. Quo pacto hoc illis ad animum revocet. οὐκ οἴδατε, ὅτι; (a)
††. Seriò & gravissimè moneat, quanto crimine se obstringant, qui huic Templo corruptelam afferre sustinent. Cap. III. 17. Quod
AAA. Generatim, de Templo DEI afferit.
Ubi contemplanda nobis occurrit
אאא. Propositio. In quâ reperimus
aaa. Casûs positionem.
Ad cujus intelligentiam oportet, ut attendamus

(αaα) Ad

(a) Quae interrogatio admodum emphatica est. Fortiter affirmans quod multi hoc utique sciant: Et quod indecentissima ignorantia foret, hoc nescire.

— ††.AAA.אאא.*aaa*.

(*aaa*) Ad rem, quae ponitur, quae est φθείρειν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ. Ubi

* Objectum est ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ.

** Id quod ei fit. φθείρεσθαι.

(*βββ*) Quod hoc proponatur per modum casûs positionis, excluso personarum discrimine positae.

* Quod hoc ponatur per modum casûs positionis, indicatur particulâ, εἰ.

** Quod excludatur discrimen personarum, indicatur particulâ, τις.

bbb. Sententiam de tali casu, sive declarationem, quid illi, quisquis sit, qui hujus criminis reum se facit, exspectandum sit.

(*aaa*) Objectum, de quo haec sententia pronunciatur, exprimitur per pronomen, τοῦτον.

(*βββ*) Poena exspectanda declaratur verbis: φθερεῖ ὁ Θεός.

* Subjectum hujus enunciati est *DEUS*. ὁ Θεός.

** Praedicatum exprimit, quid illi objecto facturus sit. φθερεῖ.

בבב. Ejusdem confirmatio. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν.

Hîc videamus

aaa. Thesin Apostoli. Cujus

(*aaa*) Sub-

– ††.AAA.בבב.*aaa*.

(*aaa*) Subjectum est ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ.

(βββ) Praedicatum, ἅγιός ἐστι.

bbb. Quod illa in confirmationem sententiae modò latae afferatur, docet particula, γάρ.

BBB. Cum speciali applicatione ad *Corinthios*. οἵτινές ἐστε ὑμεῖς.

אאא. Subjectum hujus enunciati indicatur pronomine secundae personae, ὑμεῖς.

בבב. Praedicatum testatur, quod pro Templis DEI singuli, & conjunctim pro Templo DEI, sint habendi: Atque proin unusquisque eorum probè attendere debeat, ne illis, vel alicui ex illis, corruptionem, per doctrinam fundamento posito minùs convenientem, afferat.

ꟷ Admonitionem, de maximo periculo sapientiae imaginariae, & dehortationem ab eâ (tamquam pravâ radice, ex quâ oriatur illa prurigo talia docendi, quae cum fundamento semel posito non admodùm bellè consistunt) ratione justissimâ suffultam. Cap. III. 18. 19. 20.

Hic cernimus

†. Propositionem moniti, paradoxi quidem, utilissimi tamen. Cap. III. 18. Ubi

AAA. Praemittitur generale monitum, ad attentionem excitans, & periculum subindicans. Cujus

אאא. Universalitas indicatur voce, μηδεὶς.

בבב. Monitum consistit in dehortatione a deceptione sui ipsius. μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω.

 BBB. Sub-

☰ †. AAA.

BBB. Subjicitur ſpeciale. Quod

אאא. Exigit depoſitionem imaginariae hujus ſaeculi ſapientiae. Quod ita exhibetur, ut

aaa. Caſûs poſitio praemittatur. Ad cujus intelligentiam attendamus

(*aaa*) Ad rem, quae ponitur. Ubi occurrit conſiderandum

* Subjectum. Quod indicatur,

AAAA. Reſpiciendo ad *Corinthios*. ἐν ὑμῖν.

BBBB. Indicando id, quod dicetur, ſine diſcrimine perſonarum verum eſſe. τις.

** Praedicatum δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. Ubi videndum eſt, quid ſit

AAAA. Σοφὸν εἶναι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. Ubi perpendendum eſt,

אאאא. Generatim, quid ſit εἶναι σοφόν.

בבבב. Speciatim, quid ſibi velit haec reſtrictio, vel deſcriptio, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ.

Quo fine conſiderandum eſt,

aaaa. Quid veniat nomine τοῦ αἰῶνος τούτου.

bbbb. Quid phraſis σοφὸς ἘΝ τῷ αἰῶνι τούτῳ, conjunctim ſumpta, denotet.

BBBB. Δοκεῖν εἶναι σοφὸν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ.

(*βββ*) Ad modum caſûs poſitionis ponitur, & quidem, ut caſus dabilis. εἰ.

bbb. Indicetur, quid is, qui eâ conditione eſt, facere debeat. μωρὸς γενέσθω.

בבב. Sua-

ב †.BBB.אאא.
בבב. Suadet hoc, indicatione fructûs indè exſpectandi.
aaa. Qui exprimitur verbis: γένηται σοφὸς.
bbb. Ejuſque connexio cum depoſitione imaginariae ſapientiae indicatur per particulam, ἵνα.
††. Confirmationem. Cap. III. 19. & 20. Ubi videmus
AAA. Propoſitionem rationis, quâ admonitionem urget. Cap. III. 19. parte priori. Ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι.
Ubi perpendendum eſt,
אאא. Quid affirmet Apoſtolus. Quod ut intelligamus, conſiderandum eſt
aaa. Subjectum hujus enunciati, quod eſt ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, modò dicta ἡ σοφία ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ.
Hîc igitur diſpiciendum eſt,
(ααα) Quid Apoſtolo veniat nomine τοῦ κόσμου τούτου.
(βββ) Quaenam illius ſit σοφία.
bbb. Praedicatum. μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι.
In quibus verbis videmus,
(ααα) Qualis habeatur. Ἐστι μωρία.
(βββ) In quo judicio. παρὰ τῷ Θεῷ.
בבב. Quod hoc afferat ut rationem, ob quam monuerit, ut quiſquis, putans ſe *ſapientem* eſſe *in hoc ſaeculo*, *ſtultus fiat*. Quo facit particula, γάρ.
BBB. Hujus allatae rationis probationem, ex dictis Sacrae Scripturae Veteris Teſtamenti. Cap.

 III.

ⲷ ††.BBB.

III. 19. parte posteriori, & 20.
Ubi notemus

אאא. Praefatiunculam. In quâ

aaa. Indicat se probatum ire, quod dixerat, per particulam, γὰρ.

bbb. Provocat ad scripturam. Γέγραπται.

בבב. Loca Sacrae Scripturae, ad quae provocat. Quorum

aaa. Primus est desumptus ex *JOBI* V. 13. Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

In quo enunciato

(*ααα*) Subjectum, subauditum, est DEUS.

(*βββ*) Praedicatum de Eo testatur, quod sit ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

Attendendum hic est ad

* Objectum, quod dicit τοὺς σοφούς.

** Quid huic objecto faciat. ὁ δρασσόμενος [αὐτοὺς] ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

AAAA. Tribuit igitur eis πανουργίαν.

BBBB. Testatur, quod, eâ non obstante, imò per eam ipsam, DEUS sapientes hujus mundi apprehendat. ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν τοὺς σοφοὺς δρασσόμενος [ἐστιν ὁ Θεός].

bbb. Alter Cap. III. 20. desumptus est ex *PSALMO* XCIV. 11.

(*ααα*) Hunc alterum locum priori, ad ulteriorem adstrictionem, jungit, dicens. Καὶ πάλιν. * Con-

= ††.BBB.בבב.*bbb*.

(*aaa*)

* Connectitur, per particulam, καὶ.

** Indicatur ex aliâ parte Codicis Sacri verba sequentia esse desumpta. πάλιν. Qui consensus plus quam unius loci S. Scripturae quoque confirmationi theseos Apostoli inservit.

(*βββ*) Ejusque verba, paucis, sine contrarietate sensûs, mutatis, subjicit. In quibus

* Subjectum enunciati est ὁ Κύριος.

** Praedicatum de eo testatur, quod ***noverit vanas esse disceptationes sapientum.***

Ubi perpendendum est

AAAA. Objectum Divinae scientiae, de quo hîc agitur; quod dicit διαλογισμὺς τῶν σοφῶν.

אאאא. Rursùs loquitur de *sapientibus* istis, quos *sapientes hujus mundi* vocaverat. τῶν σοφῶν (*a*).

בבבב. Eisque tribuit διαλογισμὺς.

BBBB. Quo pacto Divina scientia circa hoc objectum versetur. Quod

אאאא. Generatim, exprimitur per verbum, γινώσκει.

בבבב. Speciatim, quales existimet illos διαλογισμὺς. Quod exprimit Apostolus, addens: ὅτι μάταιοι εἰσὶ.

Haec omnia faciunt ad urgendam admonitionem, suprà versu 16. propositam.

(*a*) In *Psalmo* est *hominum*, indefinitè; sub quibus comprehenduntur etiam *sapientes*; scilicet, *hujus mundi*: De quibus, ut loqueretur, postulabat scopus Apostoli.

TABULA XVI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. III. 21. 22. 23.

IN hac pericopâ, ad ulteriorem demonſtrationem, quam indecens ſit, minimèque conveniat credentibus *Corinthiis*, ſe denominare ab hoc vel illo Doctore, argumentum deſumit a conſideratione ipſorum fidelium, dignitatiſque eorum, quae non patitur, ut glorientur in hominibus. Cap. III. 21. 22. 23.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II. B. א. *a*. (β) 2. A A. בב. *aa*. (ββ).

In hac pericopâ videmus Apoſtolum

§. Dehortari a perverſâ illâ gloriatione. Cap. III. 21. parte priori.

/. Tranſitum facit, per particulam, Ὥστε.

//. Dehortationem ipſam, ad quoſvis directam, exprimit, dicendo: μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις.

Ubi videndum eſt,

— Quid ſit καυχᾶσαι ἐν ἀνθρώποις.

†. Objectum ponit ἀνθρώπους.

††. Actuoſitas circa hoc objectum exprimitur verbis: καυχᾶσαι ἐν ἀνθρώποις.

= Quod

§.//.—

= Quod hoc prohibeat, ita ut omnes & ſingulos ab eo dehortetur. μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις.

§§. Suam dehortationem confirmare, argumento deſumpto ab inſigni dignitate, ad quam in CHRISTO evecti ſint; eo uſque ut omnia ſint eorum. Cap. III. 21. parte poſteriori, 22. & 23.

Ubi igitur perpendere oportet,

/. Quantam dignitatem, & quo fundamento nixam *Paulus* credentibus, & ſic, inter eos, *Corinthiis*, tribuat. Hic videmus,

— Quanta ſit illa dignitas. Cap. III. 21. parte poſteriori, & 22. Quod

†. Generatim, ſed breviter, exprimitur. Cap. III. 21. parte poſteriori. πάντα ὑμῶν ἐστιν.

††. Cum enucleatiori quâdam recenſione, iterum generatim eadem dignitas repetitur. Cap. III. 22. Hic attendamus

AAA. Ad enucleatiorem quorumdam ſpecificationem. Cap. III. 22. parte priori.

In quâ ſpecificatione, videmus recenſeri

אאא. Perſonas, a quibus ſchiſmatici appellari cupiebant; quas ipſas credentium eſſe affirmat.

aaa. Perſonae, quas nominetenus, ſed tamen exempli cauſſâ, recenſet, tres ſunt.

(*ααα*) Primo loco ſe ipſum nominat, ut indicet, quod ſe ipſum huic ſervituti ſubducere, vel huic conditioni eximere nolit. Παῦλος.

(*βββ*) Sibi jungit duos alios, a quibus pariter denominari voluerint.

In his gradatim procedit ejus oratio.

* Proxi-

§§./.— ††.AAA.אאא.*aaa*.(ββββ)

* Proximè ſibi jungit laboris ſui apud *Corinthios* ſocium, *Apollo*. Ἀπολλὼς.

** Tandem addit ipſum quoque *Petrum*, Apoſtolorum, ordinis ratione, primum. Κηφᾶς.

bbb. De his pronunciat, quod, unus aequè atque alter, ſint in numero τῶν πάντων, quae *Corinthiorum* eſſe dixerat: Hoc indicat triplici repetitione voculae, εἴτε.

בבב. Perſonas & res alias. Quas videmus

aaa. Recenſeri. Ita ut

(*aaa*) Perſonas & res uno vocabulo comprehendat. κόσμος.

(βββ) Res autem ita diſponat, ut

* Primo loco praecipuas illas commemoret, quae omnibus ex aequo hominibus & ſingulis communes ſunt. Ubi

AAAA. Praecedit ζωὴ.

BBBB. Subjicitur θάνατος.

** Quaſvis alias, in ordine ad tempus ſpectatas, addat.

AAAA. Incipiens a praeſentibus. ἐνεςῶτα.

BBBB. Progrediens ad futura. μέλλοντα.

bbb. Pari-

§§./.— ††. AAA. בבב. *aaa.*

bbb. Pariter in eum ordinem singulas quoque redigi, ut de illis affirmari debeat, quod *Corinthiorum* credentium sint. Quod quintuplici repetitione voculae, εἴτε, significat Apostolus.

BBB. Ad eorum omnium in unam summam collectionem, sive iteratam comprehensionem. Cap. III. 22. parte posteriori. πάντα ὑμῶν ἐστι.

= Quo fundamento insignis illa dignitas credentium nitatur. Cap. III. 23. Ubi

†. Caussa proxima, ob quam omnia ipsorum sint, indicatur. Cap. III. 23. parte priori. ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ.

Ubi considerari meretur

AAA. Particula, transitum faciens. δὲ. (*a*)

BBB. Res ipsa, quam testatur Apostolus. ὑμεῖς Χριστοῦ.

Ubi denuò perpendere juvat

אאא. Subjectum. Quod exprimitur pronomine secundae personae, ὑμεῖς.

בבב. Praedicatum. Χριστοῦ. Supple, ἐστε.

Hic considerandum est

aaa. De *CHRISTO.*

bbb. De *Corinthiorum* relatione ad *CHRISTUM*, cujus ratione *Corinthii* dicantur ipsius esse.

(*a*) Q. d. Non competit haec dignitas Vobis, jure quodam, quod ex Vobis habeatis ipsis, SED, ex arctissima Vestra cum *Christo* conjunctione, cum ejus sitis peculium, sponsa, uxor, membra, corpus constituentia cujus Ipse Caput est.

§§./.⌶

††. Cauſſa prima. Cap. III. 23. parte poſteriori.

Χριςὸς δὲ Θεȣ̃.

Ubi iterùm conſiderari meretur

AAA. Particula, tranſitum faciens. δὲ. (a)

BBB. Res ipſa, quam teſtatur Apoſtolus.

In cujus enunciato pariter perpendendum eſt,

אאא. Subjectum, de quo loquitur. Χριςὸς.

בבב. Praedicatum teſtatur, quod *DEI* ſit. Θεȣ̃. Supple ἐςι.

Ubi conſiderandum eſt

aaa. De *DEO*.

bbb. De relatione CHRISTI ad Ipſum. *Dei* [eſt]. (b)

//. Quo pacto haec conſideratio, dignitatis credentium & fundamenti illius, faciat ad confirmationem dehortationis, verſu 21. parte priori propoſitae:

Quod enim in confirmationem iſtius dehortationis afferatur, indicat particula, γὰρ, in medio verſûs 21. poſita.

TA-

(a) Nec licet exiſtimare, cum *Chriſtus* fuerit homo, illum non poſſe conferre tantam dignitatem, ut *Corinthiorum* *O M N I A* ſint; S E D, conſiderandum eſt, qualis Perſona *C H R I S T U S* ſit. Quod verbis ſeqq. indicat.

(b) *C H R I S T U S eſt D E I.* Non eſt Merus homo. Sed eſt D E I Filius proprius, quem haeredem omnium conſtituit, & linxit ut Regem. *Pſ.* II. cui omnia ad nutum inſervire debeant.

TABULA XVII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. IV. 1-6.

IN hac pericopâ, differit Apostolus de justâ & legitimâ verorum Doctorum, suique etiam ipsius, ***Pauli***, aestimatione. Cap. IV. 1-6.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*a*.(*β*)2.AA.בב.*bb*.

In hac pericopâ

(*αα*) Postulat Apostolus hanc verorum Doctorum aestimationem; in quibus, ita spectatis, imprimis requiri docet fidelitatem. Cap. IV. 1. & 2.

§. Quaenam ista sit, quae veris Doctoribus competit, aestimatio, indicat, petendo ut pro talibus ipse pariter & socii sui habeantur. Cap. IV. 1.

Ubi videndum est,

/. Quaenam illa dignitas sit, quam sibi & sociis suis vindicat; de illis haec duo affirmans. Nimirùm eos esse

⸗ Generatim, *Ministros CHRISTI*, ὑπηρέτας Χριςῦ.

Ubi attendendum est ad

 †. Ipsum

(aa) §. /. —

†. Ipſum Dominum, *CHRISTUM.* Χριϛȣ̃.

††. Relationem *Pauli* & Sociorum ejus ad *CHRISTUM.* Quod, ſcilicet, ſint ejus *Miniſtri.* ὑπηρέται.

= Speciatum, cum indicatione qualitatis hujus miniſterii. καὶ οἰκονόμȣς μυϛηρίων Θεȣ̃.

†. Tranſitio fit per particulam, καὶ.

††. Res ipſa exprimitur ita, ut nobis ſpectandum exhibeat

AAA. Objectum, circa quod verſentur. Quod indicat nomine, μυϛηρίων Θεοῦ. (a)

BBB. Quâ functione circa hoc objectum verſentur, declarat, quando eos dicit iſtorum μυϛηρίων οἰκονόμȣς.

//. Quod deceat, & quod ipſe Apoſtolus propterea poſtulet, ut ipſe & Socii ipſius tamquam tales ab omnibus reputentur.

— Quid poſtulet, exprimitur verbis: λογιζέϑω ἡμᾶς ὡς.

= Quod hoc ab unoquoque eorum, apud quos Ipſe, vel *Petrus*, vel *Apollos* Evangelium annunciarent, poſtulet, indicat nomine, ἄνϑρωπος.

§§. Quid autem ad hoc, ut quis meritò pro tali habeatur, requiratur, addit; nimirùm ut ſe fidelem praeſtet. Cap. IV. 2.

Ubi perpendere oportet

/. Tranſitionem ab iſto poſtulato ad indicationem hujus requiſiti. Cap. IV. 2. parte priori.

"O

(a) Nequaquam reſtringo haec *MYSTERIA*, ad ſola *Sacramenta*; ſed potiſſimum reſpicio, ad illa, de quibus locutus fuit. Cap. II.

(αα) §§. /.

Ὃ δὲ λοιπὸν. (a)

/. Res ipsa declarat, quid hoc sit, quod Apostolus hic monendum ducat. *In oeconomo requiritur, ut fidelis sit.*

Notemus hîc

— Objectum, de quo disquiritur; sunt *oeconomi.* ἐν οἰκονόμοις.

= Quid de hoc objecto, singulisque individuis hoc objectum constituentibus, requirendum sit.

†. Indicatur hoc non tantùm de omnibus, acervatim sumptis, verum esse, sed etiam de singulis omnium. Quod indicat particula τις.

††. Res ipsa ita exprimitur, ut

AAA. Qualitas conveniens exprimatur, per verba, ἵνα πιςὸς εὑρεθῇ.

Hîc nota, quod

אאא. Non tantùm debeat esse πιςός.

בבב. Sed etiam se talem praestare, atque sic εὑρεθῆναι.

BBB. Hanc qualitatem exigi. ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις.

(ββ) Hoc postulatum aestimationis justae & debitae,

 quan-

(a) Quasi diceret: Non sufficit, ut sciatis, quo loco habere debeatis veros Doctores; SED scire QUOQUE debetis, quosnam ita existimare debeatis: Ut autem hoc sciatis, non aliud quid considerandum vobis est, quam quod ad hoc requiratur, *ut fidelis sit.* Talem si se praestet, istâ aestimatione dignus est; sive primus fundamentum jaciat, sive ei superstruat; modò *fidelis sit.*

(ββ)

quantum ad se pertinebat, (dixerat enim λογιζέσθω ἡμᾶς) confirmat. Cap. IV. 3. 4. 5.

§. Demonstratione bimembri. Cap. IV. 3. & 4.

/. Priori membro amolitur illam suspicionem, quasi sua tanti interesset, vel quasi ad sui animi pacem & tranquillitatem adeò requireretur, ut pro fideli oeconomo haberetur, atque juxta cum aliis, vel eodem loco, uti alii, aestimaretur, vel a *Corinthiis*, vel ab aliis. Cap. IV. 3. parte priori.

— Particulâ δὲ videtur innuere, se pravae cuidam suspicioni occurrere velle. (*a*)

= Res ipsa consistit in declaratione hoc vel illo modo aestimari, minimam suae tranquillitatis, felicitatis, vel gloriae partem facere. Hoc autem declarat

†. Tùm ratione (vel respectu) *Corinthiorum.* Ἐμοὶ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ. Hîc

AAA. Subjectum enunciationis integrae est, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ.

Ubi perpendendum est,

אאא. Quid sit ἀνακριθῆναι ὑφ' ὑμῶν. Ubi consideretur

aaa. De re ipsâ; quae est τὸ ἀνακριθῆναι.

bbb. De personis, a quibus id exspectabatur ab Apostolo, seu, a quibus hoc ipsi eveniebat. ὑφ' ὑμῶν.

בבב. Quod hoc constituat subjectum hujus enunciationis. ἵνα (pro ὅτι) ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ.

BBB. Praedicatum. ἐμοὶ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν. Ubi אאא. Lo-

(*a*) Suspicio nimirum, quasi sibi metueret, ne homines sinistrè de ipso judicarent.

(ββ)§./.⩶ †.BBB.

אאא. Loquitur de se ipso. ἐμοί.

בבב. Testatur, quanti hoc ὑφ' αὐτῶν ἀνακριθῆναι apud animum suum reputetur. εἰς ἐλάχιςόν ἐςιν.

††. Tùm ratione quorumlibet aliorum, qui sibi hoc judicium arrogare sustinerent. ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας.

Ubi pariter perpendendum est

AAA. Subjectum integrae enunciationis. ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας ἀνακριθῆναι.

Quod iterùm exigit, ut consideremus

אאא. De re, quae rursùs exprimitur verbo, ἀνακριθῆναι.

בבב. Unde exspectanda. ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας.

BBB. Praedicatum, non verbo expresso, sed subaudito, testatur Apostoli animum eodem modo esse affectum, atque in casu superiori. Quod indicat particula, ἢ.

//. Posteriori membro ostendit, hoc non esse ita accipiendum, quasi judicium illorum reformidaret, atque examen metueret, veritus ne tamquam servus minùs fidelis contemnendus deprehenderetur, vel censeretur. Cap. IV. 3. parte posteriori, & 4.

— Contrarium asseverat. Cap. IV. 3. parte posteriori, & 4. parte priori. Ubi

†. Testatur, de se ipso hìc nolle judicare, vel se ipsum nullâ ratione condemnare posse, quasi ut infidelis minister illâ aestimatione mi-

(ββ) §. //. — †.

minùs dignus esset. Cap. IV. 3. parte posteriori.

Hîc notemus

AAA. Particulam, transitum facientem, ἀλλά.

Quasi diceret: Nolite hoc in eam partem accipere, quasi reformidem examen.

BBB. Protestationem ipsam. οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω.

††. Rationem reddit, declarans, se talis mali (infidelitatis istiusmodi, ob quam non dignus esset, qui pro ministro CHRISTI, mysteriorumque DEI dispensatore haberi deberet) sibi conscium non esse. Cap. IV. 4. parte primâ.

Ubi notemus

AAA. Rem ipsam, quam declarat verbis: οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα.

BBB. Quod eam afferat, ut rationem, quâ nixus dixit: οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω. Quod indicat particula, γάρ.

⁐ Idque summâ modestiâ temperat, addens: Cap. IV. 4. parte secundâ. ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι.

†. Particulâ adversativâ ostendit, se id non velle, quod propterea ab omnibus naevis liber sit. ἀλλά.

††. Declarat, se agnoscere, quod per hoc non omnibus numeris, partibus gradibusque

(ββ) §. //. ⁼ ††.

que justus possit declarari. ἐν τούτῳ οὐκ δεδικαίωμαι.

§§. D[●]ortatione *Corinthiorum*, ne temerarium judicium, caritati minùs conveniens, ferant. Cap. IV. 4. parte posteriori, & 5.

Ad quam dehortationem

/. Commodâ transitione progreditur. Cap. IV. 4. parte posteriori.

— Per particulam, δὲ, oppositionem facit; parvi quidem faciens humanum judicium, non tamen ignorans, sed reverens alium Judicem.

⁼ Declarat, quem judicem revereatur, quem indicat.

†. Agnoscit se habere judicem, cui etiam illorum, quorum sibi conscius non sit, rationem debeat. ὁ ἀνακρίνων με.

††. Indicat, quis ille judex sit. Κύριός ἐστιν.

//. Dehortationem ipsam, additis rationibus suasoriis, proponit. Cap. IV. 5.

— Propositio dehortationis continetur, atque, consectarii instar, modò dictis annectitur, his verbis: Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε.

Ubi videamus,

†. Quid a *Corinthiis* petat. μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε.

Quod ita exprimit, ut

AAA. Judicium aliquod *Corinthiis* relinquat. κρίνετε.

BBB. Sed temeritatem sive praecipitantiam coërceat, dicens μὴ πρὸ καιροῦ.

 Ubi

(ββ)§§.//.— †.BBB.

Ubi perpendendum eſt,

אאא. Ad quem καιρὸν reſpiciat.

בבב. Quod eouſque eos abſtinere velit a judicio. μὴ πρὸ καιρȣ̃ κρίνετε.

††. Quod hoc, inſtar corollarii, ex dictis, maximè ex enunciato proximè praecedenti, eliciat. Quod indicat particula, ὥςε.

= Illuſtratione interjectâ, haec dehortatio confirmatur.

†. Praemittitur confirmationi illuſtratio, comprehenſa verbis: ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος. Ubi

AAA. Pro certo ponit *venturum* eſſe *Dominum*.

Conſiderandum igitur eſt

אאא. De Subjecto, quod eſt *Dominus*. ὁ Κύριος.

בבב. De praedicato; quo ponitur Eum venturum. ἔλθῃ.

BBB. Quod hic adventus ſpectandus ſit ut terminus, ad quem uſque ſuſpendendum ſit judicium. ἕως ἂν.

††. Subjicitur ipſa confirmatio, deſumpta ab eo, quod cum iſto adventu Domini conjunctum erit.

Hîc itaque declarat Apoſtolus.

AAA. Quid facturus ſit Dominus. Quod duobus membris exprimit, arctiſſimè conjunctis.

Notemus hîc

אאא. Ipſa

(ββ)ßß.//.⫶ ††. AAA.

אאא. Ipsa illa duo enunciata, quibus Apostolus declarat, quid Dominus, in isto Suo adventu, facturus sit.

aaa. Primo, magis generatim, indicat, illa, quae nunc in tenebris abscondita sunt, a Domino in lucem collocatum iri.

Perpendere hic oportet,

(ααα) Objectum, circa quod versabitur Dominus. τὰ κρύπτα τοῦ σκότους.

(βββ) Quid huic objecto faciet. φωτίσει.

bbb. Altero, speciatim magis, indicat, idem etiam occultissimis, intimis animorum hominum consiliis, facturum esse Dominum.

Ubi rursus contemplari oportet

(ααα) Objectum, circa quod versabitur Dominus, quod indicat, dicens: τὰς βουλὰς τῶν καρδίων.

(βββ) Quid huic objecto faciet Dominus. φανερώσει.

בבב. Quo pacto haec, quasi per κλίμακα, jungat. per duplicatam copulam, καὶ.

BBB. Quid tunc unicuique Ministrorum exspectandum sit.

אאא. Quid exspectandum sit fidelibus Ministris, declarat in hunc modum:

(ββ)§§ //.⊐ ††.BBB.אאא.

ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

aaa. Spes, quam Apoſto'us ſibi & omnibus aliis facit, exprimitur verbis: ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ.

bbb. A quo hoc exſpectare poſſint, & debeant, indicat, dicens: ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

בבב. Cum modò dictis conjungit, & tempori, quod *Corinthios* exſpectare juſſerat, alligat, per particulas, καὶ τότε.



TA-

TABULA XVIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. IV. 6. & 7.

IN hac pericopâ, Apoſtolus ipſum illud pravum principium, ex quo, tamquam radice, ſchiſmata & diſſidia pullulant, faſtum, nimirùm, & ambitionem, exſtirpare annitens, animos *Corinthiorum* ab hoc vitio avertere ſtudet. Cap. IV. 6. & 7.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*a*.(β)2.BB.אא.

Hîc videmus, Apoſtolum

aa. Blandis verbis declarare, quod ita ratiocinatus fuerit de ſe & *Apollo*, in ornamentum *Corinthiorum* ipſorum; nimirùm, ut hoc ſuo & τȣ *Apollo* exemplo, vel ſuo de utroque teſtimonio, veram decentemque modeſtiam diſcerent. Cap. IV. 6.

In quo commate perpendere oportet

(*aa*) Particulam, quâ tranſitionem facit. δὲ.

(ββ) Declarationem iſtam, ab Apoſtolo factam.

§. Generatim factam, blandâ admonitione. Cap. IV. 6. parte priori. Ubi occurrit

/. Blanda compellatio. Ἀδελφοὶ.

//. Ipſa declaratio. Quâ indicat,

— Quid fecerit. Ubi videmus, quod teſtetur,

†. Quod ſe ipſum & *Apollo* ceu objecta elegerit

aa.(ββ)§.//.— †.

rit, circa quae versari voluerit. εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλῶ.

††. Quo modo circa haec objecta versatus fuerit.

AAA. In memoriam revocando, quae scripserat; scilicet, Cap III. 5-8. ταῦτα.

BBB. Indicando, quod se ipsum & *Apollo* hic tamquam repraesentamen spectandum exhibere voluerit. ΜΕΤΕΣΧΗΜΑΤΙΣΑ εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλῶ.

⌶ In quorum gratiam, vel utilitatem. δι' ὑμᾶς. Ubi considerandum est

†. De personis, quas indicat per pronomen, ὑμᾶς.

††. De relatione illius, quod fecerat Apostolus, ad has personas, expressâ per praepositionem, διὰ. ΔΙ' ὑμᾶς.

§§. Enucleatiorem ejus explicationem. Cap. IV. 6. parte posteriori. Indicatione finis, quem intenderit.

Ubi perpendere oportet

/. Finem primum & proximum, ad quem hic μετασχηματισμὸς directus fuerit.

Ubi perpendendum erit,

— Qualem mentis dispositionem in *Corinthiis* esse cupiat. μὴ φρονεῖν ὑπὲρ ὃ γέγραπται.

In quibus verbis

†. Supponit esse scriptam quamdam normam. Quam indicat verbis: ὃ γέγραπται.

††. Vult eos normâ hac uti in suis φρονήμασι,

aa.(ββ)§§./.— ††.

ήμασι, ne limites, per hanc normam praescriptos, transsiliant. μὴ φρονεῖν ὑπὲρ ὃ γέγραπται. (a)

⁼ Quâ ratione huc faciat μετασχηματισμὸς ille, quo *Paulus* usus fuit. ἵνα μάθητε ἐν ἡμῖν.

†. Ponit *Corinthios* opus habere, ut hoc *discant*. μάθητε.

††. Eo inservire posse, eâque intentione factum esse istum μετασχηματισμὸν, indicat.

AAA. Scilicet poterant, & debebant *Corinthii* in *Paulo* & *Apollo* exemplum capere. ἐν ἡμῖν.

BBB. Eumque in finem factus erat iste μετασχηματισμὸς. Quod indicat particula, ἵνα.

//. Finem ulteriorem, cui prior ille inserviret. Qui erat impedire, ne vanâ gloriâ turgerent, fastuque alter alteri se anteferrent. Cap. IV. 6. parte postremâ.

Ubi perpendendum est,

— A quo vitio Apostolus eos immunes esse vellet.

Videamus hîc,

†. Vitium ipsum. Quod

AAA. In

(a) Sunt, qui hoc restringunt; existimantes, hoc tantum significare, Nemini licere altius sentire, de Ministris Evangelii, quam de illis, scriptâ hac Epistolâ, testatus erat Apostolus. Verum, restrictio haec mihi nimis arcta videtur.

Generalis est Regula. Normam fidei nostrae esse Scripturam Θεόπνευστον. Quo ipso docetur, fateor, non esse plus tribuendum Ministris, quam id, quod *Paulus* modò scripserat, sed quod ipsum quoque in Scripturis fundatum erat; sed etiam hoc non tantùm. Sed simul docetur, non licere, supra id quod scriptum est, Evangelio, vel scita Philosophorum vel flosculos Rhetorum, superaddere.

aa.(ββ)§§.//.— †.

AAA. In se spectatum consistebat ἐν τῷ φυσιοῦσθαι ἑνὸς ὑπὲρ ἑνός. (a)

BBB. Ratione mali, cum eo connexi. κατὰ τοῦ ἑτέρου.

††. Desiderium Apostoli, ut ab hoc vitio immunes essent. Quod

AAA. Indicatur particulâ, μή.

BBB. Ad omnes & singulos extenditur phrasi, μὴ εἷς ὑπὲρ ἑνός.

⸗ Quod ad hunc finem tendat, & necesse sit τὸ μὴ φρονεῖν ὑπὲρ ὃ γέγραπται. Quod indicat particula, ἵνα.

bb. AEquitatem hujus suae intentionis demonstrat. Cap. IV. 7.

Ubi perpendere oportet

(αα) Rem ipsam, quam *Corinthiis* ob oculos ponit. Quam ita proponit, ut

§. Interrogando fortissimè adfirmet, si quid sit inter ipsos discriminis, id unicè a DEO pendere. Τίς σε διακρίνει; (b)

§§. Eamdem veritatem uberiùs declaret, atque conclusionem in rem suam inde eliciat.

/. Transitio fit, per particulam, δέ. (c)

//. Quod

(a) Vanum studium, vanique conatus, quo alter altero major videri cuperet; quo ipso alter alteri noxius esset.

(b) Nisi interrogationem pro fortiori negatione sumas; ita ut Apostolus neget fortissimè, dari discrimen inter unum & alterum: Tale nimirùm, quo, uni prae altero, se efferre liceret, φυσιοῦσθαι ὑπὲρ ἑτέρου.

(c) Cogitare quis posset; datur tamen discrimen aliquod, quod materiam, huic vel illi, se prae alio extollendi, praebere posse videatur: SED, inquit *Paulus*, quamvis discrimen concedam; id enim non absolutè nego; nego tamen id materiam gloriandi, & fastu se super alios efferendi, praebere posse.

bb.(αα)§§.1.

//. Quod ad rem ipsam attinet:

— Novâ interrogatione fortissimè negat, quempiam esse, qui aliquid habeat, quod non acceperit. τί ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες;

†. Agnoscit nonnullos aliquid habere.

††. Fortissimè negat, suâ interrogatione, ullum esse, qui affirmare jure possit, se quidpiam, quod non acceperit, habere.

= Conclusionem hinc in rem suam elicit. Ad quam eliciendam

†. Id, quod modò asseveraverat, pro fundamento, vel praemissis, ponit. εἰ δὲ καὶ ἔλαβες.

AAA. Res ipsa est, καὶ ἔλαβες. Quasi diceret. *Habes*, verum est; sed simul verum est, quod *acceperis*. Quod innuitur particulâ, καί.

BBB. Hanc, in progressu ratiocinationis ponit pro fundamento, per particulas, εἰ δέ.

††. Conclusionem ita format, ut

AAA. Interrogatione fortissimè neget licere *gloriari*. Τί καυχᾶσαι;

BBB. Rationem reddat, ex eo desumptam, quod de eo, quod quis accepit, nemini gloriari liceat, tamquam suo; sed omnis gloria danti competat. ὡς μὴ λαβών.

(ββ) Quod illam afferat, ad demonstrationem aequitatis suae intentionis, quam modò (versu 6.) indicaverat. Quo pertinet particula, γάρ.

TABULA XIX. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. IV. 8-14.

IN hac pericopâ sale perfricat Apostolus *Corinthiorum* imaginariam felicitatem, ut hoc pacto superbiam eorum deprimat.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali; II.B.א.*a*.(β)2.BB.בב.*aa*.

In hac pericopâ videmus, quod Apostolus

(*aa*) Per ironiam ostendat, quid *Corinthii*, vanâ persuasione, sibi, etiam prae Apostolis, imaginentur. Cap. IV. 8. parte priori.

Ubi perpendere oportet,

§. Generatim, quaenam putent se jam adeptos esse. Quod duabus exprimitur phrasibus:

I. Quod sibi jam (dixerim penè somniantium instar) *saturitatem* tribuant. Ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ.

Ubi attendendum est, ad

– Rem ipsam. κεκορεσμένοι ἐστὲ.

= Temporis notationem. ἤδη. (*a*)

II. Quod

(*a*) Ex temporis ratione duplex absurditas fastûs eorum patet: *Satiatio* quidem promissa, sed nondùm aderat. Illi autem praecipuè longè ab eâ aberant, imò erant adhuc opus habentes lacte.

(αα) §. I.

II. Quod se (ferè instar delirantium) *divites* existimarent, cum multis bonis regni DEI adhucdùm viverent destituti. ἤδη ἐπλετήσατε.

Ubi pariter attendendum est ad

⊢ Rem ipsam, quam, vanâ persuasione, sibi tribuebant. ἐπλετήσατε.

⊨ Temporis notationem. ἤδη.

§§. Speciatim, quid sibi, contradistinctè ab Apostolis, tribuant. χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε.

Notemus hîc,

I. Quid sit id, quod sibi tribuant. ἐβασιλεύσατε.

II. Quod hac in parte se ipsos jactent, quasi planè alius sortis essent, quam Apostoli. χωρὶς ἡμῶν.

(ββ) Probat illa felicia tempora, Ecclesiae promissa, nondùm affulsisse. Cap. IV. 8. parte posteriori-14.

Quod ostendit

§. Suspirio quodam emisso, per parenthesin quasi interjecto. Cap. IV. 8. parte posteriori. καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν.

In quibus verbis perpendere oportet

I. Votum ipsum, ad illam *Corinthiorum* imaginariam persuasionem, ab Apostolo emissum.

⊢ Transitum fieri videmus, per particulam, καὶ.

⊨ Voti emissionem (vel quasi) expressam verbis: ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε.

II. Idemque confirmatum, indicatione boni, quod eo casu, ad se quoque & socios suos redundaret.

⊢ Bonum hoc ponit ἐν τῷ συμβασιλεύειν σὺν αὐτοῖς [τοῖς Κορινθίοις].

⊨ Atque indicat, in se sociosque suos hoc bo-

 num

(ββ) §. //. ☰

num redundaturum fore, si tempus exauditionis hujus voti adesset; Seque, hanc ob caussam, hoc illis optare. Ubi

†. Participationem, quam sibi & sociis suis polliceretur,

AAA. Exprimit verbis: ἡμεῖς συμβασιλεύσωμεν ὑμῖν.

In quibus verbis considerandum est,

אאא. Quod pronomine ὑμῖν respiciat ad *Corinthios*, ut qui, si voti fieret compos, verè regnarent, quod nunc se facere imaginabantur.

בבב. Quod, posito isto casu, cuperet, & jure exspectare posset, ut ipse & socii sui fierent ejusdem felicitatis participes. ἡμεῖς συμβασιλεύσωμεν.

BBB. Emphasi additâ exaggerat, per particulam, καὶ. ΚΑΙ' ἡμεῖς.

††. Eam considerat, ut finem quasi voti. Quod indicat particulâ, ἵνα.

§§. Enucleatiùs recensendo, quantas vexationes, quantaque opprobria perferre necessum habuerint etiamnunc Apostoli; idque non vitio suo, sed propter caussam CHRISTI. Cap. IV. 9-14.

Has igitur vexationes

/. Summatim ante oculos ponit. Cap. IV. 9. Ubi notanda est

— Particula, transitum faciens. γάρ. (a)

☰ Res

(a) Quasi diceret: An hoc non esset exoptatum, cum nos versemur in tam tristi statu?

Vel

(ββ) §§. /. —

= Res ipsa.

Ubi notemus declarationem

†. Suae de viâ DEI, hac in parte, sententiae. Cap. IV. 9. parte priori.

Perpendamus hic,

AAA. Quid DEO, hac in parte, tribuat. Quod ut intelligamus, considerare oportet

אאא. Objectum, circa quod dispensatio Divinae providentiae, hîc consideranda, versabatur.

Hoc objectum

aaa. Indicat, pronomine primae personae. ἡμᾶς.

bbb. Describit:

(ααα) Ratione muneris. τὺς Ἀποςόλυς.

(βββ) Ratione temporis (sive vocationis, si de se & *Barnaba* loquatur; sive conservationis in vitâ, si illos, qui reliquis sublatis adhuc superstites erant, respiciat). ἐσχάτυς.

בבב. Quid DEUS huic objecto faceret. ὁ Θεὸς ἀπέδυξεν ὡς ἐπιθανατίυς. Nota

aaa. Subjectum hujus enunciati, sive caussam supremam, omnia, quae *Paulo* & sociis eveniebant, moderantem. Quae est, ὁ Θεὸς.

 bbb. Prae-

Vel fortè in hunc modum: Quod frustrà putetis, vos jam regnare, vel inde constat, quod DEUS in nobis, uti existimo, documentum extare voluerit, tempus regnandi nondùm advenisse; cum nos spectandos exhibeat, quamvis ultimos Apostolos, ut mortis reos.

(ββ)§§./.⌯ †.AAA.בבב.*aaa*.

bbb. Praedicatum, quo exprimitur, quid fecerit, vel *Apostolis ultimis* evenire curaverit *DEUS*. ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους.

Quibus verbis significat

(*aaa*) Statum, in quo conspiciantur; qui talis erat, qualis eorum, contra quos sententia ad mortem damnans est lata. ὡς ἐπιθανατίους.

(βββ) Quod DEUS ipsos ut tales spectandos exhibuerit. ἀπέδειξεν.

BBB. Quod declaret se ita sentire; scilicet, DEUM per illa, quae *Paulo* & sociis eveniebant, ostendere, quid illis exspectandum sit; unde colligendum foret, tempus regnandi nondùm advenisse. Quod exprimit, per verbum, δοκῶ.

††. Fundamenti hujus suae sententiae. Cap. IV. 9. parte posteriori.

Haec nitebatur illis, quae sibi & sociis evenerant, & etiamnunc eveniebant. Ubi videamus,

AAA. Quid de suis sociorumque fatis narret. Hic

אאא. Fata, sua & sociorum, ipsa comparat cum theatro. θέατρον ἐγενήθημεν.

בבב. Spectatores indicat.

aaa. Uni-

(ββ)§§./:= ††. AAA. בבב.

aaa. Universim spectatos. τῷ κόσμῳ.

bbb. In duas classes distinctos.

(*ααα*) Quas exprimit;

* Primo loco *Angelos* commemorans. τοῖς Ἀγγέλοις.

** Secundo loco *Homines*. τοῖς Ἀνθρώποις.

(*βββ*) Repetitâ copulâ consociat, ut simul sumpti Mundum constituant. καὶ-καὶ.

BBB. Quod haec ratio sit, quare existimet, DEUM eos ἀποδεῖξαι ὡς ἐπιθανατίους.

//. Amplificat.

— Speciali quâdam recensione adversitatum, quas ipse Apostolus cum sociis suis experiri debebant, oppositè ad prosperitatem *Corinthiorum*, & cum protestatione de suâ nihilominùs innocentiâ, omnigenaeque virtutis, mediis in hisce vexationibus, exercitio. Cap. IV. 10. 11. 12. & 13. parte priori.

In his commatibus videmus Apostolum

†. Adversitates, quas ipse & Socii ejus subire debebant, recensere, oppositè ad prosperitatem *Corinthiorum*. Cap. IV. 10.

AAA. Ratione existimationis, apud sapientes hujus saeculi, declarat

אאא. De se & sociis suis, quales habeantur, & quare.

aaa. Qua-

(ββ)§§.//.— †.AAA.אאא.

aaa. Quales habeantur a sapientibus hujus saeculi, &, inter hos, ab ipsis quoque fastuosis *Corinthiis*. Ἡμεῖς μωροὶ.

Ubi consideretur

(*aaa*) De subjecto enunciati. ἡμεῖς.

(βββ) De praedicato. μωροὶ.

bbb. Ob quam caussam. διὰ Χριστόν.

בבב. De *Corinthiis*, contrà, quod planè alio loco censeantur. ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν Χριστῷ.

Hic attendere oportet ad

aaa. Particulam adversativam, quâ *Corinthios* sibi & sociis suis opponit. δὲ.

bbb. Rem ipsam. Ad cujus intelligentiam attendere oportet, ad

(*aaa*) Subjectum. ὑμεῖς.

(βββ) Praedicatum. φρόνιμοι ἐν Χριστῷ. Hoc igitur

* Declarat, quales habeantur. φρόνιμοι.

** Ostendit *Christianismum Corinthiorum* hactenùs eis non officere. ἐν Χριστῷ.

BBB. Ratione existimationis publicae & uni-

(ββ)§§.//.— †.BBB.

universalis. Cap. IV. 10. parte posteriori. Quo respectu Apostolus testatur

אאא. De suâ & sociorum infirmitate, opposité ad *Corinthiorum*, vel verum, vel imaginarium, robur.

aaa. De suâ & sociorum infirmitate, testatur. ἡμεῖς ἀσθενεῖς.

bbb. De *Corinthiorum*, contrà, valore. ὑμεῖς δὲ ἰσχυροί.

בבב. De suâ & sociorum, quam pati deberent, contumeliâ, opposité ad honorem, quo fruebantur *Corinthii*. Cap. IV. 10. parte postremâ. Ubi

aaa. Externum *Corinthiorum* splendorem commemorat, dicendo. ὑμεῖς ἔνδοξοι.

bbb. Suam & sociorum suorum, quam pati debebant, ignominiam illi splendori opponit.

(*aaa*) Dicens: ἡμεῖς ἄτιμοι.

(*βββ*) Idque illorum statui opponens, per particulam, δὲ.

††. Easdemque exaggerat. Cap. IV. 11. & 12.

AAA. Consideratione diuturnitatis, quibus multifarias vexationes sustinere debebant. Cap. IV. 11. & 12. parte priori.

אאא. Quàm diuturnae illae sint, exprimit Apostolus, his verbis: Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας.

 בבב. Quàm

(ββ)§§ //.— ††.

AAA.אאא.

בבב. Quàm variae, & quidem conjunctim, in Apostolum ejusque fidos socios saepiùs irruentes.

aaa. Specimina quaedam enumerat. Conquestus de

(αaa) Gravioribus temporibus. Quod

* Carere cogantur illis, quae ad vitam tolerandam necessaria sunt.

AAAA. Victu. Καὶ πεινῶμεν καὶ διψῶμεν.

BBBB. Amictu. Καὶ γυμνητεύομεν.

** Quod etiam extrinsecùs duriter excipiantur.

AAAA. Verberibus. Καὶ κολαφιζόμεθα.

BBBB. Perpetuis exiliis. Καὶ ἀστατοῦμεν.

(βββ) Lenioribus quoque vel mitioribus temporibus. Cap. IV. 12. parte priori. Quibus tamen

* Defatigabantur. Καὶ κοπιῶμεν.

** Et ad minimùm cogebantur laborare, cum non haberent, unde viverent, nisi labore manuum suarum. ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί. Quod eos, apud divites & turgidos *Corinthios*, videtur contemptui exposuisse.

bbb. Illaque ipsos conjunctim infestare. Quod exprimit saepiùs repetitâ particulâ καὶ.

BBB. Consideratione studii sui pro hostibus ipsis, quo non tales insultûs vel contumelias merebantur, sed, contrà, digni erant, qui in honore haberentur. Cap. IV. 12. parte posteriori, & 13. parte priori.

Haec

(ββ)§§.//.— ††.BBB.

Haec sua studia pro ipsis adversariis gradatim exponit.

אאא. Ad tolerabiliores injurias reponebant *benedictiones*. λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν. Quibus verbis

aaa. Casum ponit, qui sibi & sociis suis saepè accidebat. λοιδορούμενοι.

bbb. Quâ ratione se isto in statu gererent, exponit. εὐλογοῦμεν.

בבב. In ipsis gravioribus, quas ab hostibus perferre debebant, vexationibus, patientiam cum caritate conjunctam demonstrabant:

aaa. Persecutiones patienter tolerando. Cap. IV. 12. parte postremâ. Ubi rursùs

(*aaa*) Casum ponit. διωκόμενοι.

(*βββ*) Quâ ratione se in isto casu gerant, indicat. ἀνεχόμεθα.

bbb. Ad ipsas blasphemias nonnisi παρακλήσει respondendo. Cap. IV. 13. parte priori. Ubi rursùs

(*aaa*) Casus ponitur. βλασφημούμενοι.

(*βββ*) Quid ipsi, contrà, facerent, indicatur. παρακαλοῦμεν.

ℶ Collectione omnium dictorum quasi in summam. Cap. IV. 13. parte posteriori. Ubi ignominias, quas patiebantur, summas esse, duplici Metaphorâ exprimit; simulque illas diuturnas esse ostendit.

(ββ)§§.//.☰

Reperimus igitur hîc

†. Duplicem Metaphoricam vexationum & ignominiarum, quas perpeti debebant, deſcriptionem.

AAA. Ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν.

BBB. Πάντων περίψημα.

††. Diuturnitatem, expreſſam verbis: ἕως ἄρτι.



TA-

TABULA XX. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. IV. 14-V. 1.

Continet haec pericopa Admonitionem patheticam, blandam simul & vehementem, quâ *Corinthios* adhortatur Apostolus, ut planè aliam ingrediantur viam, &, suo exemplo, a fastu desistant, seque vilipendere vel non sustineant, vel desinant.

Haec pericopa signata est, in Tabulâ Generali, II.B.א.*a*.(β)2.BB.בב.*bb*.

Hanc adhortationem ita exsequitur Apostolus, ut

(αα) Blandâ, & ex paterno affectu profectâ, persuasione, *Corinthiis* ad hoc, ut se imitentur, perducere studeat. Cap. IV. 14-18. Ubi

§. Generatim, ipse hac Epistolâ imitationem sui animis *Corinthiorum* insinuat. Cap. IV. 14-17.

In quâ pericopâ notemus

/. Praeparationem ad admonitionem. Cap. IV. 14. & 15. In quâ

— Indicat, ex quo affectu proficiscatur, & quâ intentione facta sit illa, quae acrior videri posset, reprehensio. Cap. IV. 14. Hoc autem declarat

(aa)§./.—

†. Ἀρνητικῶς. Quando, ut pravam a se suspicionem amoliatur, protestatur: ὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα.

AAA. Objectum, circa quod haec protestatio versatur, est id, quod modò scripserat. ταῦτα γράφω.

BBB. Protestatio ipsa est declaratio, quod ita scribat, ὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς.

††. Θετικῶς. Indicans, contrà, ex quo affectu id, quod scribebat, proficisceretur. Quod

AAA. Exprimit in hunc modum. ὡς τέκνα μυ ἀγαπητὰ νυθετῶ.

Quibus verbis indicat,

אאא. Quo loco eos habeat. Quod

aaa. Generatim, exprimit. ὡς τέκνα μυ.

bbb. Speciatim, amplificat, addens: ἀγαπητὰ.

בבב. Quid eis hoc affectu faciat. νυθετῶ.

BBB. Opponit pravae suspicioni, quasi ἐντρέπων scriberet. Quo pertinet particula, ἀλλὰ.

☰ Hanc declarationem illustrat simul & confirmat. Cap. IV. 15.

Ubi oportet, ut consideremus,

†. Quid de se ipso, oppositè ad alios, maximè schismatis Auctores, *Paulum* in contemptum ducere volentes, testetur & probet Apostolus.

AAA. Testatur, quod *Corinthii*, *etiamsi haberent decem millia Paedagogorum in CHRI-*

(aa)§./.⁐ †. AAA.

CHRISTO, *tamen non haberent*, vel *habeant plures Patres*. Cap. IV. 15. parte priori. Ἐὰν μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας.

Quibus verbis

אאא. Casûs positionem ſpectandam exhibet. Ἐὰν μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ. Hîc perpendendum eſt,

aaa. Quid ſit *habere decem millia Paedagogorum in CHRISTO*.

Adeoque conſiderandum eſt,

(*ααα*) Quid ſit *habere paedagogos in CHRISTO*. παιδαγωγοὺς ἔχειν ἐν Χριστῷ.

(*βββ*) Quid ſibi velit numerus iſte, *decem millia*. μυρίους.

bbb. Quod per modum caſûs poſitionis hoc de *Corinthiis* ſtatuat. ἐὰν ἔχητε.

בבב. Indicat, quid tamen, etiamſi res ſe ita, uti in caſûs poſitione, haberet, de ſe ipſis agnoſcere deberent. ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας.

Quibus verbis Apoſtolus

aaa. Negat de *Corinthiis*, quod *multos* habeant *Patres*. οὐ πολλοὺς πατέρας. Ad quorum verborum intelligentiam, perpendendum eſt,

(*ααα*) Quid ſit habere aliquem πατέρα ἐν Χριστῷ.

(*βββ*) Quod Apoſtolus affirmet, tales *non multos* eſſe *Corinthiis*. οὐ πολλούς.

bbb. Af-

(*aa*)§./☲ †.AAA.בבבב.*aaa*.

bbb. Affirmat hanc negationem non convelli, etiamſi modò dictus caſus ponatur. Quod indicat particula, ἀλλά.

BBB. Probat, quod hoc tamen ſibi competat, ut a *Corinthiis* agnoſcatur, tanquam Pater. Cap. IV. 15. parte poſteriori. Ubi videndum eſt,

אאא. Quid de ſe ipſo affirmet Apoſtolus. Quod

aaa. In genere, exprimit, nimirùm, quod eis fuerit cauſſa inſtrumentalis vitae ſpiritualis. Ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. Ubi attendendum eſt ad

(*aaa*) Subjectum enunciati, quod, non ſine emphaſi, indicatur pronomine primae perſonae. Ἐγὼ.

(βββ) Praedicatum. ὑμᾶς ἐγέννησα. In quo conſiderandum eſt

* De objecto. ὑμᾶς, dicit Apoſtolus.

** Quid huic objecto Apoſtolus fecerit. ἐγέννησα.

bbb. In ſpecie, ne quis exiſtimet, quod Apoſtolus nimium ſibi tribuat, illuſtrationis cauſſâ, addit:

(*aaa*) Quaenam iſtius vitae ſpi-

(αα)§./.⊐ †.BBB.אאא.*bbb*.(ααα)

spiritualis caussa sit princeps, cui ipse tantùm, ut instrumentum inservierit. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Ubi considerandum est

* De personâ, de quâ loquitur. Quam indicat nominibus. Χριστῷ Ἰησοῦ.

** Quo pacto illa in hoc negotio spectari debeat. Quod exprimitur particulâ ἐν. ἘΝ Χριστῷ Ἰησοῦ.

(βββ) Quo medio ipse *Paulus* usus sit, ad vitam spiritualem in *Corinthiis* producendam. διὰ τοῦ Ἐυαγγελίου.

בבב. Quod hoc dicto probet id, quod proximè praecedentibus verbis intenderat. Nimirùm, non reliquos qualescumque Doctores, non schismatum auctores, non suos adversarios, istam ad *Corinthios* relationem habere, neque eodem erga illos affectu esse, quam habeat, & quo erat *Paulus*. Quò pertinet particula, γὰρ, in medio hujus commatis posita.

††. Quod hoc in confirmationem afferat suae protestationis, quâ asseveraverat, quod ὐκ ἐντρέπων *ista scriberet*, sed, ut pater, *tamquam dilectos suos filios admoneat Corinthios*. Quò pertinet particula, γὰρ, in principio commatis 15. posita.

//. Ad-

(aa) §. /.

//. Admonitionem ipſam, praeparatione modò perpenſâ ſuffultam. Cap. IV. 16.

— Admonitio nobis ſpectandum exhibet

†. Officium, quod *Corinthios* decebat. μιμηταί μȣ γίνεσθε. Quibus verbis

AAA. In exemplum *Corinthiis* proponit ſe ipſum. μȣ, inquit.

BBB. Vult ut huic exemplo ſe ſimiles praeſtent. μιμηταὶ γίνεσθε.

††. Quo modò *Corinthios* ad hoc officium excitet. παρακαλῶ ὑμᾶς. Ubi videmus

AAA. Modum excitationis. παρακαλῶ.

BBB. Objectum ejus. ὑμᾶς.

= Fulcitur modò praemiſſâ affectûs ſui teſtificatione. per particulam, ȣ̃ν.

§§. Speciatim addit, ad hunc finem, *Timotheum* a ſe ad *Corinthios* eſſe miſſum. Cap. IV. 17. Quod

/. Generatim, indicat.

Ubi videamus,

— Quid fecerit. *Miſerat ad eos Timotheum.* ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον.

†. Objectum nomine ſuo inſignit. *Timotheum.* Τιμόθεον.

††. Quid ei fecerit. ἔπεμψα ὑμῖν. Hic videmus

AAA. In genere, quod ipſum, ut legatum, *miſerit.* ἔπεμψα.

BBB. In ſpecie, quorſùm illum miſerit. ὑμῖν.

= Quo fine. διὰ τοῦτο.

//. Spe-

(aa) §§. /.

//. Speciatim, illustrat, & amplificat:

— Laudabili encomio, quo hunc suum legatum exornat.

†. Eum appellans *filium suum in Domino*. ὅς ἐστι τέκνον μου ἐν Κυρίῳ. Quibus verbis

AAA. In genere affectum suum erga *Timotheum*, hujusque erga ipsum reverentiam, & utriusque conformitatem exprimit Apostolus, *Timotheum* vocans *filium suum*. ὅς ἐστι τέκνον μου.

BBB. In specie, simul hanc inter se & *Timotheum* relationem, (filiationem) explicat, addens: ἐν Κυρίῳ.

††. Hanc appellationem exaggerans, his epithetis: ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν.

AAA. Generaliori, quo eum *amabilem* & *dilectum* declarat. ἀγαπητὸν.

BBB. Specialiori, hujus dilectionis fomitem indicante. καὶ πιστὸν.

Ubi considerari meretur,

אאא. Quod eum laudet ut πιστὸν.

בבב. Quod hoc consideret, ut caussam, ob quam eum amet. Connectit enim per particulam, καὶ.

= Indicatione, quid apud *Corinthios* ageret. *Qui vobis commemorabit vias meas in CHRISTO, quemadmodum ubique in omni Ecclesiâ doceo.*

Hîc igitur

†. Materia laboris, quem perageret *Timotheus*.

 AAA. In-

(aa)§§.//.⫶ †.

AAA. Indicatur verbis: τὰς ὁδὺς μυ, τὰς ἐν Χριςῷ.

אאא. In genere, versaturus erat circa institutum vitae *Pauli*. Quod exprimit phrasi. τὰς ὁδὺς μυ.

בבב. Speciatim magis indicat, de quibus *Pauli viis* acturus sit, addens: τὰς ἐν Χριςῷ.

BBB. Spectanda proponitur ratione suae uniformitatis, & constantiae. καθὼς πανταχῦ ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ διδάσκω. Quibus verbis Apostolus

אאא. Supponit se

aaa. Maximè occupatum esse in *docendo*; ita ut τὸ διδάσκειν ferè absolvat ejus *vias*.

bbb. Constantem esse in hac suâ doctrinâ, non varium & mutabilem. Quod

(*aaa*) Generatim, exprimit, dicens: ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ.

(*βββ*) Speciatim, amplificat, ratione habitâ dispersionis Ecclesiae per tot tamque varias oras. πανταχῦ. Quae tamen suae doctrinae nihil variationis afferebat.

בבב. Vult hoc potissimùm nunc spectari in suis *viis*: Nimirùm, quam constans *ubivis* esset in suâ doctrinâ, *ubivis docens*, uti docuerat in Ecclesiâ

(aa)§§ //.= †.BBB.בבב.

clesiâ *Corinthiacâ*. ΚΑΘΩ'Σ πανταχῦ ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ διδάσκω.

††. Quo pacto circa hanc materiam versaturus esset *Timotheus*, docet *Paulus*, dicens: ὅς ὑμᾶς ἀναμνήσει.

(ββ) Paulò severiori stylo, & comminatione quâdam adjectâ, fastum nonnullorum retundit, seque a contemptu vindicat. Cap. IV. 18. 19. 20. & 21. Notemus hîc

§. Transitionem ad hanc partem, quam facit per particulam, δὲ.

§§. Rem ipsam. Ubi occurrit

/. Querela, de nonnullorum apud *Corinthios* fastu, arrepto ex morâ *Pauli* praetextu. Cap. IV. 18. Perpendere igitur oportet:

— Ipsam de quorumdam fastu querelam. ἐφυσιώθησάν τινες.

Ubi attentionem meretur

†. Subjectum: *Corinthii* equidem, sed non omnes. τινες.

††. Praedicatum. ἐφυσιώθησαν.

= Quid ad hunc fastum ansam dederit, quove praetextu uterentur Adversarii *Pauli*, ut se prae ipso extollerent. ὡς μὴ ἐρχομένε μυ πρὸς ὑμᾶς.

†. Quid praetexerent hi Adversarii, docet Apostolus: Scilicet, ipsius adventum dudùm *Corinthi* frustrà exspectatum esse, atque etiamnunc frustrà exspectari. μὴ ἐρχομένε μυ πρὸς ὑμᾶς.

 ††. Quod

(ßß)§§./.= †.

††. Quod hoc praetextu niteretur eorum fastus, indicat particula, ὡς.

//. Comminatio fastuosis illis intentata, remoto illo praetextu. Cap. IV. 19. 20. & 21.

— Ad removendum praetextum. Cap. IV. 19. & 20.

†. Indicat, quid de suo adventu exspectandum sit. Cap. IV. 19. parte priori. De quo

AAA. Notificat suum propositum, opposite ad calumnias Adversariorum.

אאא. Oppositio fit per particulam, δὲ.

בבב. Ipsa notificatio indicat propositum Apostoli:

aaa. Veniendi ad *Corinthios*. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς.

bbb. Nullas nectendi moras. ταχέως.

BBB. Eventum a gubernatione *Domini* suspendit. ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ.

††. Provocat ad effectús, post illum suum adventum, ab Adversariis, se contra *Paulum* extollentibus, spectandos: Quâ provocatione subindicat, fore, ut turgidi illi Adversarii coram ipso, veri nominis Apostolo, minimè consistant. Cap. IV. 19. parte posteriori, & 20.

Ubi notemus

AAA. Propositionem hujus provocationis. Cap. IV. 19. parte posteriori. Καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν. Attendamus hic ad

אאא. Rem

(ββ)§§.//.— ††.AAA.

אאא. Rem ipſam. Scilicet, videndum eſt,

aaa. Quid ſatis ſciat, & proinde cognoſcere non cupiat, neque experiundo diſcere neceſſe habeat. ὐ γνώσομαι τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων.

Perpendamus igitur

(ααα) Objectum, de quo loquitur: Quod dicit τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων.

* Supponit, vel ex verſu praecedenti repetit, apud *Corinthios* eſſe πεφυσιωμένȣς.

** His tribuit λόγον, *ſermonem*, vaniloquum, jactantiae plenum. τὸν λογον τῶν πεφυσιωμένων.

(βββ) Quo pacto animus ſuus circa hoc objectum ſe habeat. ὐ γνώσομαι.

bbb. Quid, contrà, neſciat, imò non credat, & proin, ſi tamen id Adverſarii ſe habere contendant, videre geſtiat. ἀλλὰ τὴν δύναμιν. Notemus igitur hîc

(ααα) Id, quod opponitur τῷ λόγῳ *faſtuoſorum* horum hominum. τὴν δύναμιν.

(βββ) Quod hujus, non τȣ̃ λόγȣ, experimentum capturus ſit. ἀλλὰ [γνώσομαι] τὴν δύναμιν.

בבב. Con-

(ββ)§§.//.— ††.AAA.אאא.

בבב. Connexionem ejus cum suo ad *Corinthios* adventu, expressam per particulam, καὶ.

BBB. Ejusdem aequitatem. Quam ex indole *regni DEI* probat. Cap. IV. 20. Ubi videmus

אאא. Thesin Apostoli. In quâ perpendamus

aaa. Subjectum. Quod est *regnum DEI*. ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

bbb. Praedicatum. Quod bimembre est:

(ααα) Negans *regnum DEI in sermone* consistere. οὐκ ἐν λόγῳ.

(βββ) Affirmans, contrà, consistere ἐν δυνάμει. Hic notetur,

* Quid secundo hoc enunciato affirmetur. Nimirùm, quod *regnum DEI* sit ἐν δυνάμει.

** Quod hoc dicatur, oppositè ad id, quod negaverat. ἀλλὰ.

בבב. Quod eam in confirmationem adducat. Quo pertinet particula, γὰρ.

∺ Comminationem quamdam eleganti modo subjicit, optione illis datâ. Cap. IV. 21. Quibus verbis

†. Indicat, pro statûs eorum exigentiâ, duplicem

(ββ) §§. //. = †.

plicem esse posse suum ad *Corinthios* adventum.

AAA. Priorem describit verbis: ἔλθω πρὸς ὑμᾶς ἐν ῥάβδῳ. Considerandum hîc est,

אאא. Quem ῥάβδον intelligat Apostolus. (*a*)

בבב. Quid sit ἐν ῥάβδῳ ἔρχεσθαι.

BBB. Posteriorem describit & priori opponit verbis: ἢ ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πρᾳότητος.

אאא. Hunc modum adventûs describit duplici phrasi: ἐλθεῖν ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πρᾳότητος.

Ubi videndum est,

aaa. Quid sit *venire* ἐν ἀγάπῃ.

bbb. Quid cum eo conjungatur. Ubi perpendere oportet,

(*ααα*) Quid sit *venire* ἐν πνεύματι πρᾳότητος.

(*βββ*) Quod hoc per particulam τε conjungatur adventui ἐν ἀγάπῃ.

בבב. Eumque alteri opponit, per particulam ἢ.

††. Optionem quasi illis facit. Quod ipsum aliquam continet comminationem. Τί θέλετε;

(*a*) Ῥάβδος est *baculus*, vel *virga*, vel *ferula*. Tali instrumento utuntur, qui filios immorigeros castigare volunt. *Proverb*. XXIII. 13. 14. Intelligo igitur potestatem, etiam modo praeternaturali, contumaces, si caussa *Christi* id postularet, castigandi. Vid. *Act*. XIII. 9--12. conf. 1 *Tim*. I. 20.

TABULA XXI. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. V. 1-7.

Continet haec pericopa acrem, sed justissimam, querelam, & reprehensionem, de neglectu disciplinae Ecclesiasticae; (quem ut pravum schismatum effectum consideramus) quam contra scortatores, maximè impurissimum illum incestuosum, exercere debuissent; neglexerant autem, atque, hoc pacto, sibi ipsis materiam gloriandi, de florenti Ecclesiae suae statu, ademerant. Cap. V. 1-7.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*b*.(α)1.

In hac pericopâ,

AA. Praemittitur narratio pessimae, quae vehementer percrebuerat, famae, de impuris admodùm hominibus, qui apud *Corinthios* essent, in ipsâ Ecclesiae externae communione. Cap. V. 1.

Ubi videre oportet

אא. Impuritates, quas *Corinthiis* exprobrat, ut apud ipsos grassantes.

aa. Generatim, & in thesi expressas. ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται.

Ubi

AA.NN.aa.

Ubi perpendere oportet,

(αα) Ad quos ſermonem hunc reprehenſorium dirigat. Quod exprimit verbis, ἐν ὑμῖν.

(ββ) Quid illis exprobret.

§. In genere, *ſcortationem*. πορνεία.

§§. In ſpecie, adeo enormem, ut vel ipſis *Gentilibus* ſit inaudita.

Ubi Apoſtolus

/. Exaggeratum it *ſcortationem*, apud *Corinthios* graſſantem, dicens: καὶ τοιαύτη πορνεία.

//. Explicat, quanta ejus ſit atrocitas: ἥτις ὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται.

Ubi conſiderandum eſt

— De perſonis, quas intelligit, dicens: ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

= De immunitate earum ab iſtiusmodi, quod Eccleſiam *Corinthiacam* contaminaverat, vitio. Quae immunitas

†. Exprimitur, verbis: ἥτις [ὐκ] ἐν [αὐτοῖς] ὀνομάζεται.

††. Indè atrocitas criminis ipſius exaggeratur, particulâ, ὐδὲ.

bb. Speciatim, & in hypotheſi, ſpecimine ſingulari exhibito. ὥςε γυναῖκά τινα τῦ Πατρὸς ἔχειν.

בב. Famam, has undiquaque, ut notiſſimas, nunciantem. Quod

aa. Indicatur verbo, ἀκῦσθαι. ἀκύεται ἐν ὑμῖν πορνεία &c.

bb. Exaggeratur, adjectâ particulâ, Ὅλως.

AA.

BB. Subjicitur reprehensio comminatoria, remoto praetextu, quo, ad qualemcumque excusationem, uterentur. Cap. V. 2-7.

In quibus commatibus, cernimus

אא. Ipsam reprehensionem comminatoriam. Cap. V. 2-6.

aa. Reprehensio continetur. Cap. V. 2. Quâ ostendit Apostolus,

(*aa*) Quàm absurdus sit ille, quo nihilominùs turgebant, fastus. Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ;

§. Exprobrat illis fastum, quo putabant, se jam ad insignem perfectionis gradum pervenisse. πεφυσιωμένοι ἐστὲ.

§§. Indecentiam ejus; per connexionem hujus dicti cum modò memoratâ narratione, atque interrogativum in hoc commate loquendi modum, indicat, dicens: Καὶ ὑμεῖς;

(*ββ*) Quid fuisset, contrà, officii ipsorum. Quod ostendit,

§. In genere. Nimirùm, conveniebat eorum statui luctus, quo se humiliare debuissent; Tantùm aberat, ut eis gloriari liceret.

/. Luctum eos decuisse indicat, verbis: οὐχὶ ἐπενθήσατε.

//. Idque opponit eorum fastui, particulis, καὶ μᾶλλον.

§§. In specie. Significans, quid suo luctu intendere, & efficere, debuissent. Cap. V. 2. parte posteriori.

Ubi notemus

/. Rem ipsam; expurgationem Ecclesiae ab istius-

BB.ℵℵ.*aa*.(ββ)§§./.

istiusmodi impuro homine. ἐξαρθῆ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας.

In quibus verbis attendendum est, ad

— Objectum. Quod est, ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας.

= Id, quod huic objecto fieri debuisset. ἐξαρθῆ ἐκ μέσου ὑμῶν.

//. Relationem ejus ad luctum, quem *Corinthios* decuisse indicaverat. Quae indicatur per particulam, ἵνα.

Nimirùm, haec expurgatio debuisset esse finis vel effectus istius luctûs.

bb. Comminatio adjicitur. Quâ indicatur poena, virgâ Apostolicâ, tàm impuro homini, ad emendationem, infligenda. Cap. V. 3-6.

Quam perpendere oportet;

(*aa*) Uti hîc describitur. Cap. V. 3. 4. & 5.

In hac descriptione, notari debet

§. Subjectum. Quod est ipse *Paulus*, absens licet corpore, praesens tamen Spiritu. Cap. V. 3. parte priori. Subjectum igitur hoc,

/. Indicatur, pronomine primae personae. Ἐγὼ.

//. Ita describitur, ut praeveniatur tacita quaedam, contra hanc declarationem, objectio. Ubi videamus

— Duas theses. Quarum

†. Primâ, fatetur suam, quoad corpus, absentiam ἀπὼν τῷ σώματι.

 ††. Al-

BB.ℵℵ.*bb*.(*aa*)§.//.— †.

††. Alterâ, testatur suam, quoad Spiritum, praesentiam. παρὼν τῷ πνεύματι.

= Earum ad se invicem respectum; Indicatum per particulas,

†. Μὲν. Quae aliquid objectionis videtur involvere. (*a*)

††. Δὲ. Quae responsum indicat.

§§. Praedicatum. Quod est declaratio sui, de castigando illo incestuoso, propositi, ejusque fine. Cap. V. 3. parte posteriori -- vers. 6.

/. Declaratio propositi continetur. Cap. V. 3. parte posteriori. 4. & 5. parte priori. In quâ notemus, quod Apostolus,

— In genere, indicet, quod jam, apud animum suum, ac si jam praesens esset, constituerit, in incestuosum hunc animadvertere, eâ auctoritate, eoque ordine, & potentiâ, quâ se agere deceret. Cap. V. 3. parte posteriori. & 4. Ubi

†. Summatim hoc declarat. Cap. V. 3. parte posteriori.

Ubi consideremus

AAA. Objectum, circa quod versaretur. τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον.

Quibus verbis hoc objectum describitur ℵℵℵ. A

(*a*) Valet enim idem, ac si diceres, *Quidem* & *Attamen*.

BB.אא.bb.(aa)§§./.— †.AAA.

אאא. A facinore ipſo. τὸν τοῦτο κατεργασάμενον.

בבב. A modo, quo illud commiſerit. οὕτω.

BBB. Quomodo circa hoc objectum verſaretur: Nimirùm, quaſi jam praeſens eſſet, conſtituerat poenâ in ipſum animadvertere.

אאא. Quoad rem ipſam, hoc exprimit verbis, ἤδη κέκρικα.

בבב. Simulque indicat, quod ab hac propoſiti conſtitutione non fuerit prohibitus, per ſuam, quoad corpus, abſentiam. Quod ſignificat verbis: ὡς παρὼν.

††. Suam declarationem illuſtrat: Indicans, quâ auctoritate, quo ordine, quoque auxilio, id conſtituerit exſecutioni dare. Cap. V. 4.

AAA. Quâ auctoritate, ſummâ, & ſubordinatâ.

אאא. Summam auctoritatem exprimit, verbis: Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Conſiderandum hîc eſt

aaa. De perſonâ, cujus Auctoritate faceret id, quod ſe

BB.אא.*bb* (*aa*)§§./. .
— ††.AAA.אאא.*aaa*.

se facturum decreverat. Quam, uti saepiùs, indicat verbis: τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

bbb. De Auctoritate Ejus, ex quâ ageret Apostolus. ἐν τῷ ὀνόματι [αὐτοῦ.]

בבב. Quâ Auctoritate subordinatâ, sive quo ordine. συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος.

BBB. Quo auxilio. σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Quibus verbis

אאא. Agnoscit non Auctoritatem tantùm, sed & *potentiam CHRISTO* competere. Ubi rursùs considerandum est

aaa. De personâ, eodem modo, uti in principio hujus commatis descriptâ, & denominatâ. τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

bbb. De *potentiâ*, quam Ei tribuit, loquens de Ejus; τῇ δυνάμει.

בבב. Se, eâ armatum, facturum id, quod faceret. σὺν (inquit) τῇ δυνάμει [αὐτοῦ].

= In specie, exponit, quo poenae genere in eum animadvertere constituerit. Cap. V. 5. parte priori. παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς. Quibus verbis, Apostolus

†. Repetit designationem objecti, cum quâdam (uti videtur) ad alios quoque, si qui essent, extensione. τὸν τοιοῦτον.

††. Poenae genus, objecto isti infligendae, exponit. Hoc poenae genus

AAA. De-

BB.אא.*bb*.(*aa*)§§./.⁝ ††.

AAA. Describit, quod consisteret in *traditione* istiusmodi objecti in manum *Satanae*. παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ.

BBB. Limitat, addens: εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς.

Hîc igitur perpendere oportet,

אאא. Quid Apostolus intelligat per ὄλεθρον τῆς σαρκὸς. Quo fine considerandum est,

aaa. Quid hîc veniat nomine, τῆς σαρκὸς.

bbb. Quid Apostolus intelligat per ὌΛΕΘΡΟΝ τῆς σαρκὸς.

בבב. Quo pacto, his verbis, limitet illam potestatem *Satanae*. Non ultrà, sed eò tantùm usque ejus potestas se extenderet. ΕἸΣ ὄλεθρον τῆς σαρκὸς.

//. Declaratio finis adjicitur. Cap. V. 5. parte posteriori. Attendamus hîc ⁝ Ad bonum, quod cupiebat Apostolus, etiam istiusmodi indignissimo peccatori. Quod

†. In se spectatum in eo consisteret, ut σωθῇ τὸ πνεῦμα.

Ubi considerandum est,

Hh AAA. Quid

BB.אא.*bb*.(*aa*)§§.//.–†.

AAA. Quid per τὸ πνεῦμα, oppositè ad τὴν σάρκα, intelligat.

BBB. In quo consistat τὸ σωθῆναι τὸ πνεῦμα.

††. Ratione plenissimae manifestationis, alligatur *diei Domini JESU*. Ubi videmus

AAA. *Domino JESU diem* tribui. Adeoque considerandum nobis est

אאא. De personâ, hîc duobus indicatâ nominibus:

aaa. Nomine Auctoritatis. τῦ Κυρίυ.

bbb. Nomine proprio. Ἰησῦ.

בבב. De Ipsius *die*. τῇ ἡμέρᾳ [αὐτῦ].

BBB. Ad eum *diem*, singulari ratione, pertinere τὸ σωθῆναι τὸ πνεῦμα. ἘΝ τῇ ἡμέρᾳ &c.

= Uti connectitur cum proximè praecedenti reprehensione, in confirmationem, per particulam, γὰρ.

בב. Remotionem praetextûs, quo suum fastum, non obstante hoc scandalo, defendere vel saltem excusare conarentur. Quem praevidens Apostolus, Cap. V. 6.

aa. Eorum gloriationem improbat. Οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν. In quo enunciato perpendere oportet

(*aa*) Sub-

BB.בב.*aa*.

(*αα*) Subjectum. τὸ καύχημα ὑμῶν. (*a*)

(*ββ*) Praedicatum. ὐ καλὸν.

bb. Rationem sui dicti reddit. Cap. V. 6. parte posteriori. Ubi videamus,

(*αα*) Quid dicat Apostolus. Hîc perpendenda venit

§. Ipsa thesis Apostoli. In quâ

/. Subjectum est, μικρὰ ζύμη.

//. Praedicatum. Quod

— Statuit hunc esse effectum μικρᾶς ζύμης, corruptionem totius massae. Perpendendum igitur est

†. Objectum. Nimirùm, quid sit τὸ φύραμα.

††. Quid huic objecto faciat μικρὰ ζύμη. Nimirùm, ζυμοῖ.

⁐ Idque amplificat, adjecto adjectivo universitatis, ὅλον.

§§. Provocatio ad ipsum *Corinthiorum* judicium. ὐκ οἴδατε, ὅτι;

(*ββ*) Quod hoc afferat in confirmationem dicti sui. Quod docet particula, γὰρ.

TA-

(*a*) Hoc καύχημα erat gloriatio superborum *Corinthiorum*, de florentissimo Ecclesiae suae statu. Huic καυχήματι censebant non obstare, quod unum alterumve in illâ Ecclesiâ membrum reperiatur illaudabile.

TABULA XXII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. V. 7-VI. 1.

Continet haec pericopa Admonitionem seriam, rationibus confirmatam, ad emendandum insignem hunc defectum neglectae disciplinae. Cap. V. 7-VI. 1.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*b*.(α)2.

Estque haec admonitio duplex, sive bimembris:

AA. Generalior. Cap. V. 7. usque ad 13. partem posteriorem. Quae

אא. Proponitur. Cap. V. 7. parte priori. Ubi videmus

aa. Officium, quod a sinceriori & saniori parte Ecclesiae *Corinthiacae* exigit Apostolus, Metaphoricè propositum, & per modum conclusionis, ex proximè praecedentibus, elicitum.

Perpendi igitur debet

(αα) Mandatum ipsum. Ad quod intelligendum, considerandum est

§. De objecto. Quod vocat, τὴν παλαιὰν ζύμην.

§§. De activitate, circa hoc objectum requisitâ. ἐκκαθάρατε.

(ββ) Con-

AA.אא.*aa.*(*αα*)

(*ββ*) Connexio ejus cum proximè praecedentibus, e quibus per modum conclusionis elicitur. Quod docet particula οὖν.

bb. Consequens, sive finis, ad quem hoc officium praestare debebant *Corinthii*. Qui

(*αα*) Ratione Ecclesiae *Corinthiorum* universae, indicatur his verbis: ἵνα ἦτε νέον φύραμα. Ubi videndum est,

§. Quid sit εἶναι νέον φύραμα.

§§. Quod hic finis esse debeat illius, quam jusserat, expurgationis. Quod docet particula, ἵνα.

(*ββ*) Urgetur ex consideratione statûs sanioris partis. Ubi videmus

§. Testimonium, quod his *Corinthiis*, quibus istam expurgationem in mandatis dederat, perhibet. ἄζυμοι ἐστε.

§§. Quod hoc urgeat, ad urgendum monitum propositum. καθώς.

בב. Rationibus confirmatur, simulque suis limitibus circumscribitur. Cap. V. 7. parte posteriori, usque ad commatis 13. partem posteriorem.

Rationes hae ad duo praecipua capita referri possunt:

aa. Prima ratio desumpta est a typo celebrationis festi Paschatis. Cap. V. 7. parte posteriori, & 8. Ubi

(*αα*) Fundamentum hujus ratiocinationis proponitur. Cap. V. 7. parte posteriori.

§. In confirmationem moniti propositi hoc afferri, docet particula, γάρ.

 §§. Res

AA.ℶℶ.*aa* (αα)§.

§§. Res ipsa in eo consistit, quod Ecclesiae *Christianae* nunc detur corpus illius veteris umbrae, liberatio per CHRISTUM, & communio cum Ipso, ut caussa vitae, per mactationem & esum agni Paschalis olim praedelineatum. Quod breviter & nervosè ita exprimit Apostolus: τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐθύθη, Χριστός. Notetur hîc

/. Subjectum,

— Typicâ denominatione indicatum. τὸ Πάσχα ἡμῶν. Ubi observandum est,

†. Quod vocetur, τὸ Πάσχα.

††. Quod applicetur, sive approprietur credentibus hujus temporis Novi Testamenti; quibus se ipsum & fideles *Corinthios* adnumerat Apostolus, pronomine primae personae. ἡμῶν.

= Nomine proprio & consueto explicatum. Χριστός.

//. Praedicatum:

— Generatim affirmans, *mactatum esse*. ἐθύθη.

= Idque eisdem, quorum *Pascha* *CHRISTUM* esse dixerat, applicans. ὑπὲρ ἡμῶν.

(ββ) Conclusio adhortatoria hinc elicitur. Cap. V. 8.

Ubi videndum est,

§. Ad

AA.בב.*aa* (*ββ*)

§. Ad quaenam officia se ipsum & *Corinthios* excitet Apostolus. Quod

/. Generatim exprimit. Nimirùm, sicuti olim, mactato agno Paschali, festum erat celebrandum *Israëlitis*, sic etiam nunc. ἑορτάζωμεν.

//. Speciatim, cum indicatione modi, quo haec festi celebratio peragi debeat. Quod

— Ἀρνητικῶς exprimit. Ubi ab hac festi celebratione sejuncta esse debere ostendit:

†. Generatim, *fermenti veteris* usum. μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ.

Ubi perpendendum est,

AAA. Quid intelligat per ζύμην παλαιάν.

BBB. Quid sit ἑορτάζειν ἘΝ [αὐτῇ].

††. Speciatim, *fermenti malitiae & nequitiae*. μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας.

= Θετικῶς. Indicans, quid, contrà, cum hac festivitate conjunctum esse debeat. Quod

†. Exprimit. Dicens: ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας.

Ubi dispiciendum est,

AAA. Quid sint ἄζυμα εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. Adeoque considerandum

אאא. De

AA.בב.*aa*.(ββ)§.//.⊐ †.AAA.

אאא. De duabus his qualitatibus. Quae

aaa. Exprimuntur, nominibus:

(*aaa*) Εἰλικρινείας.
(βββ) Ἀληθείας.

bbb. Consociantur, per copulam, καὶ.

בבב. De earum comparatione cum ἀζύμοις.

BBB. Quid sit ἘΝ [αὐτοῖς] ἑορτάζειν.

††. Opponit illi ζύμῃ παλαιᾷ, καὶ ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας. per particulam, ἀλλά.

§§. Quod hoc eliciat ex fundamento posito, per modum conclusionis. Quò pertinet particula, ὦν.

bb. Altera ratio, cui restrictio innexa est, petita est, ab admonitione, quam non ita pridem per Epistolam fecerat. Cap. V. 9. usque ad 13. partem posteriorem.

Hîc observare licet

(*aa*) Commemorationem moniti illius, quod antè scripserat. Cap. V. 9.

§. In genere, mentionem facit Epistolae a se ad *Corinthios* scriptae, in quâ illos monuerit. Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ.

§§. In specie, indicat, quid in istâ Epistolâ scripserit. μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις. Ubi notetur

/. Ob-

AA.ᴐᴐ.*bb*.(*αα*)§§.

/. Objectum, de quo loquitur Apostolus. πόρνοις.

//. Quo pacto *Corinthii* se circa hoc objectum gerere deberent. μὴ συναναμίγνυσθαι.

(*ββ*) Ejusdem moniti explicationem & renovationem. Cap. V. 10-13. parte posteriori. Ubi

§. Declarat, quaenam mens fuerit moniti, antè ad illos perscripti. Cap. V. 10. & 11. Ne vel cavillarentur Adversarii, quasi exigeret illa, quae praestari non poterant, vel illi, qui neglectam vellent disciplinam, hoc praetextu (Apostolum, scilicet, talia postulare, quae omnem societatem civilem everterent) abuterentur, ad suam negligentiam defendendam.

Declarat igitur

/. Hanc non fuisse mentem suam, *Corinthios Christianos* omnem conversationem, etiam in vitâ civili, cum impuris hominibus, utcumque necessariam, evitare debere; cùm id nimium incommodum secum traheret. Cap. V. 10. Quod

— Proponit. Cap. V. 10. parte priori. Ubi rursùs notandum est

†. Objectum, circa quod monitum suum versatum quidem fuerit, paulò copiosiùs descriptum; ne videretur

AA.בב.*bb*(ββ)§./.— †:

retur de solis scortatoribus locutus esse, vel caussari (ad dissimulandum suum errorem) se de his solis locutum esse.

Agnoscit igitur se

AAA. Praecipuè quidem (vel fortè, expressis verbis, unicè, cum in tali casu versaretur) locutum esse de πόρνοις.

BBB. Ad hos tamen solos non respexisse, sed ad impuros etiam aliis sceleribus:

אאא. Tùm illis, per quae hominibus invisi redduntur. Quos

aaa. Insignit hisce nominibus:

(αααˆ) Τοῖς πλεονέκταις.

(βββ) Ἅρπαξιν.

bbb. Consociat, repetitâ particulâ, ἢ.

בבב. Tum illis, per quae directè contra DEUM peccant. Quos

aaa. Nomine *idololatrarum* insignit. εἰδωλολάτραις.

bbb. Eosdemque pariter prioribus consociat, per particulam, ἢ.

††. Limitationem hujus Objecti; ad illustrationem sui, antè ad *Corinthios* perscripti, moniti.

AAA. De-

AA.בב.*bb*.(*ββ*)§./.— ††.

AAA. Declarat, nimirùm, ſe non de his omnibus, ſine diſcrimine, ſive *Chriſtiani* eſſent, ſive *Judaei*, ſive *Ethnici*, neque de omni genere commixtionis, locutum eſſe. ὐ πάντως τοῖς τȣ̃ κόσμȣ τούτȣ πόρνοις, ἢ τοῖς πλεονέκταις, &c. Supple vos συναναμίγνυσθαι prohibui.

Quae limitatio duo videtur comprehendere:

אאא. *Paulum* non locutum eſſe de impuris hominibus in *mundo* (id eſt extra ſocietatem Eccleſiaſticam) verſanſantibus. ὐ τοῖς τȣ̃ κόσμȣ τȣ́τȣ. Conſiderandum igitur hîc eſt,

aaa. Quinam ſint οἱ τȣ̃ κόσμȣ τȣ́τȣ πόρνοι, ἢ πλεονέκται &c.

bbb. Quod de his non locutus fuerit, quando dicebat, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις. Quod indicat vocula ὐ.

בבב. *Paulum* non eſſe locutum de qualicumque commixtione, ſed de ſolâ Eccleſiaſticâ; non autem prohibuiſſe illam commixtionem, quae planè & merè civilis eſſet. ὐ πάντως.

 BBB. Hoc

AA.בב.***bb***.(ββ)§./.— ††.AAA.

BBB. Hoc per particulam καὶ, quae hîc exegetica videtur, praecedenti dicto jungit: Ut indicet, hoc a se adferri ad illustrationem sui dicti.

⁐ Confirmat; ita ut ostendat, rationem, ob quam *Corinthii* omnem qualemcumque commixtionem cum hominibus impuris, ad societatem Ecclesiasticam autem non pertinentibus, evitare non possent, sibi minimè latere. Cap. V. 10. parte posteriori. ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμȣ ἐξελθεῖν. Hîc perpendendum est

†. Inconveniens, vel incommodum, quod ex nimis latè intellecto interdicto Apostoli sequeretur.

AAA. Hoc incommodum ipsum, scilicet, necessitas ***exeundi ex hoc mundo*** exprimitur his verbis: ὀφείλετε ἐκ τοῦ κόσμȣ ἐξελθεῖν.

Adeoque considerandum est,

אאא. Quid sit ἐκ τοῦ κόσμȣ ἐξελθεῖν. Adeoque dispiciendum,

aaa. Quid Apostolus nomine τοῦ κόσμȣ intelligat.

bbb. Quid sit ἐκ τȣ̃ κόσμȣ ἐξελθεῖν.

בבב. Qualis illa necessitas sit, quam Apostolus exprimit verbo, ὀφείλετε.

BBB. Nexus

AA.בב.bb.(ßß)§./.= †.AAA.

BBB. Nexus ejus cum monito Apostoli, si absque limitatione vel restrictione intelligeretur. Qui nexus indicatur per particulam, ἄρα.

††. Hoc considerari, ut Apostolo satis notum, atque hinc neminem cum ratione Apostolo imputare posse, quod sine ullâ restrictione intellectum voluerit suum illud monitum, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις. Quod exprimit per particulam, ἐπεί.

//. Quâ ratione illud suum monitum intelligendum sit. Cap. V. 11. Ubi

— Indicat se veram ejus, quod scripserat, mentem, a pravâ ejus interpretatione liberatam, eis exponere velle. Ad quod transitum facit, per particulas, Νυνὶ δὲ.

= Repetit illud, antea a se datum, monitum, cum illustratione, & limitatione necessariâ.

†. Ipsa repetitio, & quasi renovatio indicatur verbis: ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι.

††. Ejusdem illustratio, accuratiori descriptione objecti, circa quod ita versari debebant.

Haec uberior & accuratior descriptio ita adornatur, ut

AA.בבב.*bb*.(ββ)§.//.☰ ††.

AAA. Indicetur praerequisitum aliquod, absque quo nemo est inter objecta hujus interdicti, cum quo non liceret communionem Ecclesiasticam exercere. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος.

BBB. Recenseantur quaedam vitia, quibus si quis, fratribus annumerari cupiens, se obstringat, eo ipso fiat objectum hujus interdicti. Quod repetitur, quin & amplificatur. Videamus hîc

אאא. Recensionem, sive catalogum istiusmodi vitiosorum hominum. In quo

aaa. Primo loco ponitur πόρνος. Cùm praecipuè de vitio πορνείας locutus fuerit Apostolus.

bbb. Subjicit & alios peccantes.

(*aaa*) Praecipuè in DEUM. Ubi in hunc censum veniunt duplicis generis *Idololatrae*.

* Subtilioris generis Idololatra Apostolo est πλεονέκτης. (*a*)

** Cujusvis generis externae idololatriae rei. εἰδωλολάτρης.

(βββ) In proximum. Ubi in hunc numerum referuntur

* *Conviciatores*, & in hoc vitium proni. Recensentur hîc

AAAA. Λοίδορος.

BBBB. In hoc vitium pronus. μέθυσος.

** Ultimo loco adduntur bonorum *raptores*. ἅρπαξ.

בבב. De his, hactenùs eodem loco habendis, prolatam & amplificatam sententiam.

aaa. Recensitos eodem loco habendos esse indicatur, particulâ toties repetitâ, ἢ.

bbb. Sententia, cum amplificatione prolata, continetur verbis: τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. §§. Ra-

(*a*) Conf. *Coloss.* III. 5.

AA.בב.bb.(ββ)§.

§§. Rationem reddit, quare istam restrictionem, quam subaudiendam voluerat, nunc verò conceptis verbis declaret (manente tamen suo monito). Cap. V. 12. & 13. parte priori. Hanc rationem

/. Proponit. Cap. V. 12. Propositio autem haec bimembris est:

— Quoad illos, qui extra Ecclesiam sunt, agnoscit, ad se non pertinere, hoc judicare (ad illos, scilicet, e societate ejiciendos). Quod interrogativè proponit, atque sic indicat, id uniuscujusque judicio, si attendat, probari debere. Cap. V. 12. parte priori. Ubi

†. Ipsa haec propositio perpendenda est. In quâ

AAA. Objectum indicatur verbis, τὰς ἔξω. Quibus verbis describitur relatè ad societatem Ecclesiasticam.

BBB. Praedicatum indicat suam judicandi potestatem (an in societate tolerari possint, nec ne?) eousque non extendere. τί μοι καὶ [αὐτοὺς] κρίνειν; Notetur hîc,

אאא. Particulam, καὶ, subindicare, sibi, ut Apostolo, omninò competere potestatem illos, qui ad societatem Ecclesiae

AA.בב.bb.(ββ)§§./–†.AAA.אאא.

fiae pertinent, ita judicandi; (quam fibi tribuerat in principio hujus Capitis.)

בבב. Ipfa interrogatione docet, hanc fuam poteftatem ad reliquos non extendi, idque tam liquidum effe, ut dubitari non poffit, *Paulum* hoc probè fcire. τί μοι κρίνειν τοὺς ἔξω; (a)

††. Quo pacto hoc inferviat probationi aequitatis illius, quam fecerat, reftrictionis. Quò pertinet particula. γὰρ.

= Quoad illos verò, qui in Ecclefiâ funt, judicium competere Ecclefiae, ipfos *Corinthios* probè fcire; &, uti videtur, antea ipfo facto probâffe. Quod pariter interrogativè exprimit, ut indicet confcientiam eorum fuo afferto atteftari. Hìc rurfùs attendendum eft ad

†. Objectum. Quod dicit, τοὺς ἔσω.

††. Quid huic objecto facerent *Corinthii:* Nimirùm, ipfimet priftinâ confuetudine fatis oftenderant, aliis in cafibus, quod fibi competere fciant judicium de membris fo-

(a) Cum CHRISTUS Dominus Miniftris Evangelii non dederit poteftatem politicam, ad hos illorve e focietate civili ejiciendos.

AA.בב.*bb*.(ββ)§§./ ☲ ††.

societatis Ecclesiasticae, sintne in communione hujus societatis tolerandi, an ejiciendi? οὐχὶ ὑμεῖς [αὐτοὺς] κρίνετε; Ut hoc pacto ostendat Apostolus, se meritò *Corinthios* reprehendisse, quod illum incestuosum e medio non removerint: Ut hoc pacto monitum suum, suprà versu 7. datum, adhucdùm vigere velit.

//. Confirmat; Occupatione objectionis, quasi ex hac ratione sequeretur, melioris conditionis esse homines, extra societatem Ecclesiae viventes, utpote in quos nulla, vel Apostolo, vel Ecclesiae, competat judicandi facultas. Cap. V. 13. parte priori. Hìc notetur

— Particula adversativa, δὲ. Quâ transitum facit.

☲ Thesis ipsa Apostoli. In quâ notari debet

†. Objectum. Quod indicatur verbis: τοὺς ἔξω.

††. Quid circa hoc objectum observari velit Apostolus. ὁ Θεὸς κρίνει. Ubi considerandum est

AAA. Subjectum. ὁ Θεός.

BBB. Praedicatum. Quod testatur, quid huic objecto faciat. κρίνει.

AA.

BB. Specialior, cum adplicatione horum monitorum ad casum, nunc in Ecclesiâ *Corinthiacâ* extantem. Cap. V. 13. parte posteriori. Ubi attendendum est

אא. Ad copulam, καὶ. Quae hîc videtur illativam significationem habere. Nisi velis eam conjungere cum versûs 7. parte priori; ita ut tota ratiocinatio quasi parenthesi concipiatur inclusa. Quod eòdem cadit.

בב. Ad monitum ipsum. In quo notari debet

aa. Objectum. τὸν πονηρὸν.

bb. Quid huic objecto fieri velit. ἐξαρεῖτε ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Quibus verbis jubet,

(αα) In genere; remotionem. ἐξαρεῖτε.

(ββ) In specie; simul indicans, ex quâ societate hic sceleratus removeri debeat. ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.



TA-

TABULA XXIII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VI. 1-8.

Continet haec pericopa reprehensionem, ob laesionem caritatis, quatenùs alter alterum ad tribunalia Gentilium pertrahebat. Cap. VI. 1-8.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B א.*b*.(β)1.AA.

Ubi

אא. Declarat, quàm indecens sit hic agendi modus. Cap. VI. 1-4. Ubi videre est

aa. Propositionem. Cap. VI. 1. Hujus observemus

(*αα*) Directionem ad quoscumque, nullo discrimine habendo. τις ὑμῶν.

(ββ) Ipsum argumentum. In quo considerare oportet

§. Ipsum vitium. Quod consistebat in eo, quod caussas, quae litis materiam praebebant, dijudicandas committerent injustis, non verò sanctis. Hìc

/. Casus ponitur. πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον.

//. Quo pacto tali in casu se gerere soleant, indicatur:

— Positivè. Judicium *injustis* committebant. κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων.

⁼ Ne-

ℵℵ. *aa*. (ββ) §. //. —

☰ Negativè. Ubi attendimus

†. Ad id, quod eis negativè exprobrat: Nimirùm, quod ſuas lites non deferebant ad *Sanctos*. ὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων.

††. Ad emphaſin conjunctionis hujus negativae enunciationis cum poſitivâ; per particulas, καὶ ὐχὶ, expreſſam.

§§. Indecentiam ejus, interrogativè ſignificatam. τολμᾷ τις;

bb. Propoſitionis confirmationem. Cap. VI. 2. 3. Quae fit, rationibus deſumptis:

(*aa*) Ex eo, quod *Sancti mundum judicaturi* ſint. Cap. VI. 2. Ubi

§. Hanc hypotheſin ponit, ut quae eis deberet eſſe notiſſima. Cap. VI. 2. parte priori.

/. Hypotheſis ipſa eſt: ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινῦσι. Ubi

— Subjectum conſiderandum eſt. οἱ ἅγιοι.

☰ Praedicatum. τὸν κόσμον κρινῦσι. Hîc conſiderandum eſt

†. De objecto. Quod dicit τὸν κόσμον.

††. De actu, quem *Sanctis* tribuit, aliquandò exſpectando. κρινῦσι.

//. Quod haec hypotheſis *Corinthiis* deberet eſſe notiſſima, indicat per interrogationem, ὐκ οἴδατε;

§§. Ex eâ conſequentiam elicit. Cap. VI. 2. parte poſteriori. Ubi

/. Progreditur ab hypotheſi ad conſequentiam eliciendam. per particulam, καὶ.

//. Con-

אא. *bb.* (*aa*) §§. /.

//. Confecutionem ob oculos penit.

— Repetendo hypothefin cum fpecial'ori ejusdem, tùm ad ipfos *Corinthios*, tùm ad tempus praefens, adplicatione. Ubi notare oportet

†. Perfonas, quas antea dixerat τοὺς ἁγίους, nunc indicari verbis: ἐν ὑμῖν.

††. Quid eis tribuat, etiam hoc tempore praefenti.

AAA. Objectum, circa quod eos verfari teftatur, eft idem, ὁ κόσμος.

BBB. Quid huic objecto a *Corinthiis* fieri hypotheticè ponat. εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται. Perpendatur hîc

אאא. Res ipfa. ἐν ὑμῖν κρίνεται.

בבב. Hypothetica ejus pofitio, per voculam, εἰ.

= Abfurditatem facti *Corinthiorum*, propter quod eos reprehenderat, hinc demonftrat.

†. Oftendendo, quid in eorum, lites fuas ad Gentilium tribunalia deferentium, agendi modo, contineatur. Nimirùm, ifthoc pacto fe ipfos indignos, qui res minimas dijudicarent, quafi publicè profitebantur, ut qui effent ἀνάξιοι κριτηρίων ἐλαχίστων. Hîc perpendendum eft,

AAA. Quid Apoftolus intelligat per κριτήρια ἐλάχιστα. Adeoque quid fint

 אאא. Κρι-

אא.*bb*.(*αα*)§§.//.☰ †.AAA.

אאא. Κριτήρια.

בבב. Κριτήρια ἐλάχιστα.

BBB. Quo pacto de *Corinthiis* testetur, quod se *indignos* facerent illorum. ἀνάξιοι ἐστε.

††. Quod hoc cum hypothesi positâ planè non conveniret. Quod indicat per interrogativum loquendi modum. ἀνάξιοι ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων;

(*ββ*) Ex eo, quod credentes *angelos judicaturi* sint; unde argumentando a majori ad minus concludit, quod admodùm absurdum censeri debeat, eos habere pro inidoneis ad *res hujus vitae* dijudicandas. Cap. VI. 3.

§. Hypothesin rursùs ponit, quae *Corinthiis* notissima esse deberet. Ubi notetur

/. Res ipsa, expressa verbis: ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν. Hic observetur, quod

— Personas, antea dictas ἁγίους, nunc verbo primae personae comprehendat, κρινοῦμεν.

☰ Quid eis tribuat, ut suo tempore ab illis peragendum. Ubi considerandum est

†. Objectum. Quod dicit ἀγγέλους.

††. Quid ei facerent. κρινοῦμεν.

//. Quod hoc ipsis deberet esse notissimum. οὐκ οἴδατε, ὅτι;

§§. Ex eâ elicit, absurdissimum esse ita agere, quasi iidem, qui *Angelos judicabunt*, inepti

אא.*bb.*(ββ)§§.

inepti essent ad *res hujus vitae* dijudicandas. Quod interrogativè exprimit, dicens: μήτιγε βιωτικά.

בב. Hortatur gravissimè, ut aliter instituant. Cap. VI. 4-8. Hîc videamus adhortationis hujus

aa. Propositionem. Cap VI. 4. Cujus videamus

(αα) Argumentum ipsum. In quo notare oportet, quod Apostolus

§. Casum ponat. ἐὰν βιωτικὰ μὲν ἔχητε κριτήρια. Hîc perpendere juvat

/. Ipsam casûs positionem. ἐὰν βιωτικὰ ἔχητε κριτήρια.

//. Quid sibi velit particula, μὲν. (*a*)

§§. Quid hoc in casu ipsis faciendum sit. Ubi notetur

/. Objectum. τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ubi considerandum erit

— De *Ecclesiâ*. τῇ Ἐκκλησίᾳ.

☰ De ἐξουθενημένοις ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ.

//. Quid litigantes huic objecto facere deberent. τούτους καθίζετε.

(ββ) Ejusdem nexum cum antè dictis. per particulam οὖν.

bb. Ejusdem elaborationem, sive confirmationem validissimam. Cap. VI. 5. 6. & 7.

Ubi Apostolus ostendit, quod *Corinthii*

(αα) Se ipsos, hoc agendi modo, maximâ contumeliâ, cujus meritò ipsos pudere debeat, afficiant. Cap. VI. 5. 6. & 7. parte priori.

§. Bre-

(*a*) Q. d. Mallem vos istiusmodi litis contestationes non habere; cum tamen nunc quidem habeatis, indicabo, qua ratione agere deberetis.

בב.bb.(aa)

§. Breviter hoc proponit. Cap. VI. 5. parte priori. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω.

§§. Amplificat. Cap. VI. 5. parte posteriori, 6. & 7. parte priori.

f. Duas rationes affert, propter quas ille agendi modus ipsi *Corinthiorum* Ecclesiae probrosus esset. Cap. VI. 5. parte posteriori, & 6. Cum iste agendi modus

— Declarationem contineret non esse quempiam in medio eorum, cui satis esset sapientiae & prudentiae ad dijudicandas lites ex aequo & bono. Cap. VI. 5. parte posteriori.

†. Probrum exponit. Quod

AAA. Consistere facit,

אאא. Generatim, in defectu virorum *sapientum*. οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς; (a)

בבב. Speciatim, deesse vel illum gradum sapientiae, qui requireretur ad *dijudicandum* ex aequo *de fratre*. ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ;

In quâ defectûs sapientiae, adjudicium ferendum, descriptione ipsâ quoque est gradatio. Consideratur enim deesse

aaa. Sapientia πρὸς τὸ διακρίνειν ἀνὰ μέσον requisita.

bbb. Et quidem de *fratre*. τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

BBB. Exag-

(a) Pungebat hoc argumentum, cum *Corinthii* se ipsos admodùm sapientes existimari vellent.

בב. *bb*. (*aa*) §§. /.— †.

BBB. Exaggerat, dicendo: ὀυδὲ εἷς.

††. Hoc probro *Corinthios* se ipsos afficere, isto, quem *Paulus* reprehendebat, agendi modo, indicat Apostolus particulâ, οὕτως.

= Palam faceret, quod frustrà & simulatè se fratres vocarent, cum procul essent ab omni verâ fraternitate. Cap. VI. 6. Ubi observetur

†. Particula, transitum faciens. ἀλλὰ.

††. Reprehensio ob defectum fraterni amoris. Ubi

AAA. Indicat, quo agendi modo, hunc defectum prodant. ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται.

BBB. Idque exaggerat. καὶ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀπίςων.

אאא. Exaggeratio indicatur verbis: καὶ τοῦτο.

בבב. Fundamentum exaggerationis in eo erat positum, quod illum fraternitatis defectum ostenderent apud *infideles*. ἐπὶ τῶν ἀπίςων.

//. Ostendit, quod hoc probrum tantò magis statu ipsorum *Christiano* indignum sit, cum vel ipsum litigandi studium pravum sit, multò magis in litis contestationibus ita coram Gentilibus disceptare. Cap. VI. 7. parte priori. ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐςιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν.

22.bb.(αα)§§.//.

τῶν. In quibus verbis considerare oportet

— Rem ipsam. Ubi videmus

†. Repeti factum. ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν.

††. Depingi qualitatem illaudabilem hujus facti.

AAA. Indicando in eo *Corinthios* ostendere defectum *Christianismo* indignum. ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν. Cum tamen adeò perfecti videri vellent.

BBB. Hunc defectum exaggerando per particulam, ὅλως.

= Connexionem cum praecedentibus: Indicatam,

†. Per particulas, ἤδη μὲν.

††. Per particulam, οὖν.

(ββ) Quod potiùs injuriam & damnum pati vellε deberent, quam jus suum, hoc agendi modo, prosequi. Cap. VI. 7. parte posteriori.

Hoc ipsorum officium duobus membris comprehendit:

§. Ratione cujusvis injuriae. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; Quibus verbis

/. Docet, quod deberent potiùs injurias pati. μᾶλλον ἀδικεῖσθε.

//. Idque tantò fortiùs inculcat, interrogativè ad convictionem loquendo.

— Tùm per inquisitionem in caussam, quare aliter facerent. διατί.

= Tùm

בבbb.(ββ)§.//.—

☰ Tùm per interrogationem ipſam, quâ conſcientiam illorum judicem facit. οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; (a)

§§. Ratione damni eodem modo argumentatur: διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε;

(a) Quàm vile eſſe deberet illis, quibus aeterna gloria nota eſt & repoſita, terreni alicujus honoris laeſio! Quam leve damnum deberet cenſeri boni cujusdam hujus ſaeculi jactura, ab illis, qui divites ſunt in DEO, & qui permanens bonum habent in coelo. Merito igitur quaeritur, Διατί. Quid igitur vobis tanti eſt, ut non potius damnum aliquod, quod tam leve eſt, pati velitis, quam tantum ſcandalum praebere?



TABULA XXIV. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VI. 8-12.

CONTINET haec pericopa ulteriorem & graviorem reprehensionem *Corinthiorum*, ob laesionem justitiae, quatenùs, variis modis, alter alteri damnum injuriamque inferebant; non attendentes, talia vitia cum haereditate regni coelorum non consistere. 1 *Cor*. VI. 8-12.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.א.*b*.(β)1.BB.

In hac pericopâ Apostolus

אא. *Corinthios* accusat injuriae, quam sibi mutuò inferebant; eleganter transitum faciens, a praecedenti ad hanc reprehensionem. Cap. VI. 8. Ubi notetur

aa. Particula, transitum faciens. ἀλλὰ.

bb. Reprehensio ipsa:

(*aa*) Proposita. Bimembris est:

§. Ὑμεῖς ἀδικεῖτε.

§§. Καὶ ἀποστερεῖτε.

(ββ) Exaggerata. καὶ ταῦτα ἀδελφούς.

בב. Eosdem ab hac pravâ agendi ratione absterrere conatur. Cap. VI. 9-12.

aa. Sin-

בב.

aa. Singulatim declarando, quod ipſimet ſcire deberent, talem agendi rationem ipſos minimè decere, cum non conſiſtat cum haereditate coeleſti. Cap. VI. 9. parte priori. Hîc notetur

(*αα*) Axioma ipſum, quod illis ob oculos ponit. In quo

§. Subjectum indicatur nomine, ἄδικοι.

§§. Praedicatum eis denunciat incomparabile damnum; nimirùm, excluſionem ab haereditate *regni DEI*. Hîc conſideretur

/. Objectum. βασιλείαν Θεοῦ.

//. Quomodo ſe circa hoc objectum habeat. ὅτι ὀυ κληρονομήσουσι. Ubi perpendendum eſt,

— Quid ſit κληρονομεῖν βασιλείαν Θεοῦ.

= Quod hoc τοῖς ἀδίκοις abjudicetur. 'ΟΥ κληρονομήσουσι βασιλείαν Θεοῦ.

(*ββ*) Hoc illis notiſſimum eſſe debere, docet, quaſi provocando ad ipſorum conſcientiam. ὀυκ ὄιδατε, ὅτι;

bb. Idem urgendo, cum admonitione, ne ſe paterentur in contrariam ſententiam ſeduci. Cap. VI. 9. parte poſteriori, 10. & 11.

(*αα*) Ne impurorum hominum impoſturâ ſe ſeduci patiantur, monet. Cap. VI. 9. parte ſecundâ. μὴ πλανᾶσθε.

(*ββ*) Docet, cujusvis generis ſcelera neque cum haereditate regni DEI conſiſtere, neque *Corinthiorum* ſtatui convenire. Cap. VI. 9. parte tertiâ. & verſu 10. & 11.

§. Quod cum haereditate regni DEI non conſiſtant illa ſcelera, docet Cap. VI. 9. parte tertiâ, & verſu 10. Ubi videas

בב.bb.(ββ)ς.

/. Catalogum impurorum hominum recensitorum. Cap. VI. 9. parte tertiâ & 10. parte priori.

In quo catalogo (si quis (a) ordo observandus sit) videri possent

— Homines inquinati sceleribus, quae in his illisve cultibus Deastrorum Gentilium frequentia erant. Cap. VI. 9. parte tertiâ.

†. Primum par scelerum, a quo illi, quibus nulla portio relinquitur in regno coelorum, describuntur, ad scortationem, tùm corporalem, tùm spiritualem, pertinet. ὔτε πόρνοι, ὔτε ειδωλολάτραι.

††. Reliqua ad impuritates scortationis detestabilioris. Quâ

AAA. Vel violatur fides in matrimonio data. ὔτε μοιχοὶ.

BBB. Vel ipsi naturae vis infertur. ὔτε μαλακοὶ, ὔτε ἀρσενοκόιται.

= Homines dediti vitiis in communi vitâ societatem civilem hominum laedentibus, & damnum inferentibus. Cap. VI. 10. parte priori.

†. Quales reperiuntur nimiùm multi:

AAA. Opibus aliorum damnum inferentes.

אאא. Primo hîc loco ponuntur *fures*. ὔτε κλέπται. בבב. Se-

(a) Aliquo modo dubitanter loquor: Nunquam equidem ego ausim Spiritui Sancto, adeoque etiam Apostolo per Illum loquenti, aliquem, vel levissimâ reprehensione dignum, defectum ordinis tribuere. Absit! Sed dico, *dubitanter loquor*, annon, quodammodo, in vitiorum recensione non servato ordine, pingere quasi voluerit tumultuarios inordinatosque concupescentiae, in irregenitis, motus.

בב.bb.(ββ)§./.⩶ †.AAA.אאא.

בבב. Secundo, *avari*, ad furandum proni, saltem utilitatem communem vel aliorum non curantes. ὅτε πλεονέκται.

BBB. Aliis quoque modis societati nocentes.

אאא. Ebrietate suâ se ipsos ad commoda sua & aliorum ineptos reddentes. ὅτε μέθυσοι.

בבב. Conviciis aliorum famam laedentes. Quod ipsum etiam ab ebriosis minime alienum est. ὀυ λόιδοροι.

††. Qui inter eos maximè eminent. ὀυχ ἅρπαγες.

//. Praedicatum, quo his omnibus denegatur *haereditas regni DEI*. Cap. VI. 10. parte posteriori. Quod

— Indicatur, quando dicitur βασιλέιαν Θεῦ ὀυ κληρονομήσουσι. Ubi videndum est,

†. Quale sit illud bonum, de quo sermo est. Quod

AAA. Indicatur nomine, βασιλέια Θεοῦ.

BBB. Indicatur fundamentum, & modus illud acquirendi & possidendi, quando dicitur, κληρονομήσουσι.

††. Quod hoc bonum denegetur illis modò recensitis hominibus. 'ΟΥ κληρονομήσουσι.

⩶ Inculcatur, repetitione pluries iteratâ particularum negativarum, ὀυ, ὀυτε, ὀυχ.

§§. Quod

בב bb.(ββ)§.

§§. Quod cum *Corinthiorum* ſtatu, nunc tantopere mutato, non conveniat in iſtiusmodi vitiis vivere. Cap. VI. 11. Hîc conſiderandum eſt de duplici ſtatu.

/. De *Corinthiorum* credentium priſtino ſtatu. Cap. VI. 11. parte priori. De quo

— Teſtatur, quod tales, quales modò deſcripſerat, illorum quoque nonnulli olim fuerint. καὶ ταῦτα ἦτε.

Notetur hîc

†. Particula, tranſitum faciens. καὶ.

††. Enunciatum ipſum. ταῦτα ἦτε.

= Dictum hoc limitat. per particulam, τινες.

//. De eorumdem praeſenti, planèque alio ſtatu. Cap. VI. 11. parte poſteriori.

Ubi perpendi meretur

— Res ipſa, ſive deſcriptio praeſentis eorum ſtatûs. Quâ indicatur,

†. Qualis ille ſit. Quod

AAA. Generatim, exprimitur. ἀπελούσασθε.

BBB. Diſtinctiùs, exponitur.

אאא. Oppoſitè ad maculam. ἡγιάσθητε.

בבב. Oppoſitè ad reatum. ἐδικαιώθητε.

††. Quaenam hujus mutationis ſint cauſſae.

AAA. Quae id meruerit; ſive cujus jure & auctoritate credentes haec beneficia acceperint. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ

Κυρίου

ככ.*bb*.(ββ)§§.//.— ††.AAA.

Κυρίȣ Ἰησοῦ. Ubi confiderandum eft

אאא. De *Domino JESU*. τοῦ Κυρίȣ Ἰησοῦ.

ככב. Quid fit aliquid confequi *in* Illius *nomine*. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίȣ Ἰησοῦ.

BBB. Quae id effecerit. Hîc videmus cauffam efficientem

אאא. Indicatam. ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Perpendatur hîc

aaa. Ipfa perfona. τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Quibus verbis

(*ααα*) *DEUS* confideratur ut *DEUS* foederatus. τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

(βββ) Ei tribuitur *Spiritus*. τῷ Πνεύματι τȣ͂ Θεȣ͂ ἡμῶν.

bbb. Quod opus modo laudatum ablutionis & Ei tribuatur. ἘΝ τῷ πνεύματι τȣ͂ Θεȣ͂ ἡμῶν.

גגג. Cauffae meritoriae fociatam, per copulam, καὶ.

⫶ Oppofitio ejus emphaticè expreffâ, ter repetitâ particulâ adverfativâ, ἀλλά.

TABULA XXV. SPECIALIS, CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I. AD CORINTHIOS.

CAP. VI. 12-VII. 1.

IN hac pericopâ, tacitè quasi taxat & refutat Apostolus erroneas, & pessimi commatis, opiniones quasdam, quas (per illa schismata) gliscere sinebant *Corinthii*; nascentes ex commixtione sapientiae humanae cum Evangelio: de indifferentiâ rerum corporearum; speciatim quoque scortationis: quasi in quibuslibet rebus corporeis liceret, quicquid liberet. Cap. VI. 12-VII. 1.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II. B. א. *b*. (*β*) 2.

Ubi Apostolus

AA. Generatim, docet, ne quidem τῶν ἀδιαφόρων usum, nullâ prudentiâ temperatum, licitum esse. Cap. VI. 12. Hoc fine annititur demonstrare

אא. Decere credentes, ut vel in ipsis ἀδιαφόροις considerent, quid sit utile, quidve expediat, quid secùs. Cap. VI. 12. parte priori. Hîc notandum est, quod Apostolus

aa. Certo quodam sensu concedat id, quod Adversarii, quos refutare vult, praetexebant. πάντα μοι ἔξεστιν. Considerandum hîc est

(*αα*) De subjecto. πάντα.

(*ββ*) De

AA. אא. *aa.* (*αα*)

(*ββ*) De praedicato. In quo perpendere oportet

§. Objectum. μοι.

§§. Quo pacto subjectum illud se habeat ad hoc objectum. ἔξεστιν.

bb. Restringit, vel limitat consequentiam, quam Adversarii hinc elicere vellent.

Ubi notetur

(*αα*) Thesis ipsa. ὀυ πάντα συμφέρει.

(*ββ*) Oppositio. Quae fit per particulam, ἀλλὰ.

בב. Minimè eos decere, ut se alicui mancipent. Cap. VI. 12. parte posteriori.

aa. Iteratò concedit credentibus omnis generis res licitas esse. Quod iterùm in suâ ipsius personâ ob oculos ponit. πάντα μοι ἔξεστιν.

bb. Limitat consequentiam, quam hinc elicere vellent Adversarii. Ubi notetur

(*αα*) Oppositio, expressa per particulam, ἀλλὰ.

(*ββ*) Res ipsa. Ubi considerandum est

§. De subjecto. Ἐγὼ.

§§. De praedicato. Quo

/. Generatim testatur: ὀυκ ἐξουσιασθήσομαι.

//. Idque speciatim amplificat. ὑπό τινος.

BB. Speciatim, ostendit falsò obtendi res corporeas, sine discrimine, speciatimque scortationem, inter res adiaphoras esse censendas; cum corpus, pro re nullius precii habendum, abolendum sit, & omnis usus rerum corporearum sit cessaturus: Cui pessimo errori, Cap. VI. 13-VII. 1. se ita opponit, ut

 אא. Acer-

BB.

ℵℵ. Acervatim, praetextum illum falſum enervet, rationibus contra illum allatis. Cap. VI. 13.

In quâ ratiocinatione ita procedit, ut

aa. Concedat theſin quamdam Adverſariorum, ſano ſenſu acceptam, veram eſſe. Cap. VI. 13. parte priori.

Nimirùm illam, quae nunc obtinet, OEconomiam animalem, tantùm ad hoc praeſens ſaeculum pertinere, deinde abolendam. Quod hoc pacto exprimit:

(αα) Agnoſcit uſum praeſentem ciborum & ventris. Quod duobus membris, reciprocam relationem indicantibus, exprimit. Teſtans

§. *Cibos* ad *ventris* uſum eſſe deſtinatos. Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ.

§§. Viciſſim *ventrem* ordinatum eſſe ad *cibos* conſumendos. καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν.

(ββ) Simulque agnoſcit, hunc uſum non fore ſempiternum, ſed a DEO abolendum. ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. Notetur hîc

§. Particula adverſativa. δὲ.

§§. Enunciatum ipſum. In quo conſideretur

/. Subjectum. ὁ Θεὸς. *DEUS*. A quo omnis hic ordo pendet.

//. Praedicatum. In quo perpendendum occurrit

— Objectum. καὶ ταύτην, καὶ ταῦτα.

= Quid huic objecto facturus ſit *DEUS*. καταργήσει.

bb. Enervat conſequentiam, quam ex hac theſi elicere

BB.אא.*bb*.

elicere cuperent Adversarii. Quam ex illâ, si rectè accipiatur, minimè sequi, contendit Apostolus.

(αα) Scortationem, utpote quae corpore fiat, non esse, quod Adversarii contendebant, inter res indifferentes numerandam, demonstrat ex eo, quod inter corpus hominis credentis & Dominum sit mutua σχέσις. Cap. VI. 13. parte posteriori. Ubi videre est

§. Thesin, consequentiae, quam Adversarii ex modò dictis elicere conabantur, contrariam. Ubi attendere oportet ad

/. Particulam adversativam. δὲ.

//. Thesin ipsam. In quâ

— Subjectum est. τὸ σῶμα.

= Praedicatum. ἐ τῇ πορνείᾳ (supple ἐστι).

§§. Probationem hujus thesis, per oppositum axioma fidei *Christianae*. Videamus hic

/. Oppositionem, indicatam per particulam, ἀλλὰ.

//. Axioma ipsum, duobus membris constans. Quo docetur

— *Corpus* hominis credentis habere σχέσιν ad *Dominum:* Nimirùm pertinere ad Eum, tamquam rem ipsi sacram. τῷ Κυρίῳ. Ubi perpendere oportet,

†. Quis sit, quem Apostolus, nomine τῷ Κυρίῳ, indicet.

††. Quod Apostolus huic *Domino corpus* hominis credentis sacrum faciat.

 = *Do-*

BB.ℵℵ.*bb*.(*aa*)§§.//.—

☰ *Dominum* viciſſim habere quamdam σχέσιν, ſive jus in *corpus*. Quae hujus axiomatis altera pars eſt, indivulſo nexu cum priori cohaerens.

†. Res ipſa exprimitur verbis: ὁ Κύριος τῷ σώματι. Scilicet, datus eſt, ut illi imperet, vel in illo colatur.

††. Nexus exprimitur, per particulam, καὶ.

(ββ) Neque illud dictum, quod *DEUS* τὴν κοιλίαν καὶ τὰ βρώματα καταργήσει, eousque trahendum eſſe, quaſi DEUS ipſum corpus, quoad ſubſtantiam, & conjunctionem cum mente, tamquam rem vilem, & felicitati mentis adverſariam, ſit aboliturus: Cùm, contrà, virtute reſurrectionis CHRISTI, corpus credentium reſuſcitandum ſit. Cap. VI. 14. Hîc iterùm notare oportet

§. Particulam, quâ tranſitum facit. δὲ.

§§. Rem ipſam, quam ad ſcopum ſuum *Corinthiis* ob oculos ponit. Ubi videmus

/. Quid Apoſtolus teſtetur factum eſſe, quidve hinc exſpectandum. Notemus,

— Quid factum eſſe teſtetur. ὁ Θεὸς καὶ τὸν Κύριον ἤγειρε.

†. Subjectum enunciati eſt, ὁ Θεός.

††. Praedicatum. ἤγειρε καὶ τὸν Κύριον. Ubi perpendi meretur

AAA. Ob-

BB.אא.bb.(ββ)§§./.— ††.

AAA. Objectum. Quod

אאא. Indicatur, voce, τὸν Κύριον.

בבב. Cum emphasi, significatâ per particulam, καὶ.

BBB. Quid huic objecto fecerit DEUS. ἤγειρε.

⁝ Quid exspectandum esse jubeat, cum eo, quod factum est, connexum. καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ. Attendamus hîc ad

†. Rem ipsam. ἐξεγερεῖ ἡμᾶς. Ubi considerandum venit

AAA. Objectum. ἡμᾶς.

BBB. Quid huic objecto facturus sit DEUS. ἐξεγερεῖ.

††. Ejusdem nexum cum eo, quod factum esse testatus erat Apostolus. Quem significat particula, καὶ.

//. Fundamentum hujus exspectationis, quod, ad expugnandam incredulitatem, addit Apostolus. διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Quibus verbis

— DEO adscribit *potentiam*, quam in suscitatione CHRISTI ostendit. Quod exprimitur his verbis: τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.

⁝ Hanc eamdem spectat, ut fundamentum resuscitationis fidelium *Corinthiorum*. Quod indicat per particulam, διὰ.

בב. Sin-

BB. אא.

בב. Singulatim, resumit materiam de scortatione, hujusque turpitudinem demonstrat, atque omni nisu *Corinthiorum* animos ab illo vitio alienissimos reddere allaborat. Cap. VI. 15-VII. 1. Id autem agit

aa. Demonstrando indecentiam & turpitudinem hujus vitii. Cap. VI. 15. 16. 17. Hîc cernere licet

(*αα*) Propositionem argumenti. Cap. VI. 15. In quo notare oportet

§. Fundamentum ratiocinationis, provocando ad *Corinthiorum* conscientiam, propositum; ex eo desumptum, quod *corpora* credentium *sint membra CHRISTI*. Cap. VI. 15. parte priori. Ubi videamus

/. Veritatem ipsam, quae fundamentum hujus ratiocinationis constituit. τὰ σώματα ὑμῶν μέλη Χριςοῦ ἐςιν.

– Subjectum hujus enunciati sunt *corpora* credentium *Corinthiorum*. τὰ σώματα ὑμῶν.

= Praedicatum ostendit, in quo ordine, vel sub quâ σχέσει, illa *corpora* sint spectanda. μέλη Χριςοῦ ἐςιν. Consideretur hîc

†. Persona, de quâ sermo est, indicata nomine, Χριςοῦ.

††. Relatio corporum credentium ad hanc personam, expressa in hunc modum: μέλη [ἀυτοῦ] ἐςιν.

//. Modum proponendi, provocando ad ipsorum conscientiam. ὀυκ ὄιδατε, ὅτι;

§§. Consequentiam indè deductam; quâ ostenditur

BB.בב.aa.(aa)§§.

ditur absurditas & turpitudo scortationis. Cap. VI. 15. parte posteriori. Ubi perpendamus,

/. Quid faciat scortator, si *Christianus* sit, & tamen scortetur: (quisquis etiam sit, quod propterea in primâ personâ exprimit.) Hoc autem

— Duplici modo describit. Scilicet scortator

†. Aufert *CHRISTI membra*. Ἄρας τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ.

††. Illa *scorto* appropriat, quod cum membro praecedenti cohaeret per participialem, in membro praecedenti, locutionem. ποιήσω πόρνης μέλη;

= Tamquam consectarium, directè ex thesi, pro fundamento substratâ, fluens, spectandum proponit, per particulam, οὖν.

//. Absurditatem hujus facinoris ob oculos ponit.

— Per interrogativum loquendi modum. ἄρας τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ ποιήσω πόρνης μέλη;

= Per adjectam detestationem. μὴ γένοιτο.

(ββ) Confirmationem propositionis: sive probationem consequentiae, & sic absurditatis scortationis. Cap. VI. 16. & 17.

Argumentum autem, quo Apostolus

BB.בב.αα.(ϱβ)

ad iſtam probationem utitur, bimembre eſt: Argumentatur enim

§. Ex arctâ ſcortatoris cum ſcorto conjunctione. Cap. VI. 16. Ex quâ concludit ſcortatorem omninò CHRISTO membra ſua quaſi eripere, & ſcorto appropriare.

Ut hoc argumentum diſtinctè intelligamus, oportet attendere ad

/. Modum proponendi: Quo indicat, quod *Corinthii*, ſi ignorent vim argumenti, ab Apoſtolo propoſiti, etiam ignari eſſe debeant arctiſſimi vinculi, quo vir, cum muliere conſueſcens, conjungitur. ἢ ὐκ οἴδατε, ὅτι; Quibus verbis

— Cohaerere hoc facit, & ad ſcopum collimare, per particulam, ἢ

= Ignorantiam, tali in caſu, *Corinthiis* tribuendam fore, eis minimè convenientem, declarat; interrogativè iterùm dicens: ὐκ οἴδατε, ὅτι; Ubi notemus

†. Probrum ipſum; ignorantiam veritatis, quam verbis ſequentibus exprimet. ὐκ οἴδατε, ὅτι.

††. Indecentiam hujus ignorantiae; cum res ex Scripturâ ſciri debeat. Quam indicat per interrogativum loquendi modum. ὐκ οἴδατε, ὅτι;

//. Rem ipſam:

— Ab

BBבב..*aa*.(ββ)§.//.

⟶ Ab Apostolo positam. Quam hac thesi exprimit: ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν. Ubi notetur

†. Subjectum. ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ.

AAA. Objectum est, ἡ πόρνη

BBB. Quo pacto se ad hoc objectum habeat, exprimitur verbo, κολλώμενος.

††. Praedicatum. ἓν σῶμά ἐστιν.

⥢ Ex *Mose* confirmatam. Respiciendo ad *GENES.* II. 24.

Ubi observetur,

†. Quod id, quod adferet Apostolus, inserviat probandae assertioni ipsius. Quod indicat particula, γάρ.

††. Quid *Paulus*, ad probandum suum assertum, adferat. Hîc notetur

AAA. Modus citandi. φησίν.

BBB. Dictum ipsum. In quo perpendere oportet

אאא. Subjectum. οἱ δύο.

בבב. Praedicatum. ἔσονται εἰς μίαν σάρκα.

§§. Ex arctâ hominis credentis cum Domino conjunctione. Cap. VI. 17. Hîc notetur

/. Particula, transitum faciens. δὲ.

//. Thesis ipsa. In quâ attendere oportet ad

⟶ Subjectum, descriptum his verbis: ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ. Ubi notetur

†. Ob-

BB.בב.aa.(ββ)§§.//.—

†. Objectum. Quod est ὁ Κύριος.
††. Quomodo circa hoc objectum versetur. ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ.
⩶ Praedicatum. ἕν πνεῦμά ἐστιν.

bb. Patheticè & gravissimè ab hoc vitio dehortando. Cap. VI. 18-VII. 1. Ubi notemus

(αα) Propositionem dehortationis. Cap. VI. 18. parte priori. Ubi

§. Objectum exprimitur voce, τὴν πορνείαν.
§§. Quomodo circa hoc objectum versari oporteat. φεύγετε.

(ββ) Confirmationem per rationes gravissimas. Cap. VI. 18. parte posteriori. 19. 20. Desumptas:

§. Ab injuriâ prorsus singulari, quam scortator proprio suo corpori infert. Cap. VI. 18. parte posteriori. Ubi comparationem instituit, inter

/. Quaevis alia peccata, tantam injuriam corpori non inferentia. πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν.

In quâ sententiâ, sive enunciato, perpendere oportet

— Subjectum. Quod

†. Generatim exprimit, dicens: πᾶν ἁμάρτημα.
††. Ampliùs describit, addens: ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος.

⩶ Praedicatum, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν.

//. Et

BB.בב.bb.(ββ)§./.

//. Et scortationem, de quâ pariter sententiam pronunciat. ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.

Hîc notemus

⁻ Particulam adversativam. δὲ.

⁼ Sententiam ipsam. In quâ pariter perpendendum est

†. Subjectum. ὁ πορνεύων.

††. Praedicatum. εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.

AAA. In genere, dicit. ἁμαρτάνει.

BBB. Speciatim, hoc exaggerat, addens: εἰς τὸ ἴδιον σῶμα.

§§. Ab absoluto jure dominii, quod DEO etiam in corpora credentium competit, vi redemptionis CHRISTI. Cap. VI. 19. & 20. Ubi attendere oportet, ad

/. Ratiocinationem. Cap. VI. 19. & 20. parte priori. Ubi nota

⁻ Propositionem veritatis, quae neminem *Christianum* latere debeat. Videmus enim

†. Provocationem ad *Corinthiorum* conscientiam (similem illi, quam vidimus suprà; hujus Capitis versu 16.) ἢ οὐκ οἴδατε;

††. Rem ipsam.

AAA. Affirmativè, & speciatim quoque de corpore, assertam.

 Ubi

BB.בב.*bb*.(ββ)§§./.— ††.ΑΛΑ.

Ubi notetur

אאא. Subjectum. τὸ σῶμα ὑμῶν.

בבב. Praedicatum. Quod dignitatem corporis cujusvis credentis, ceu ſacri *Templi*, aſſerit. Ubi videmus

aaa. Perſonam Divinam:

(*aaa*) Nomine conſueto indicatam. τοῦ ἁγίου πνεύματος.

(βββ) Uberiùs deſcriptam.

* Ut quam experti in ſe fuerant. τοῦ ἐν ὑμῖν.

** Ut quam *a DEO* (Patre) *habebant*. οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ.

bbb. Relationem corporis credentium ad hanc perſonam, ſive dignitatem illius corporis hinc proficiſcentem. ναὸς [αὐτοῦ] ἐστιν.

BBB. Negativè, & quoad totum hominem, expreſſam. καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν.

Ubi videndum eſt,

אאא. Quid negetur. οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν.

בבב. Quod hoc cum praecedenti affirmatione conjungatur. per particulam, καὶ.

⊏ Ejus-

BB.בב.*bb*.(ββ)§§./.—
☰ Ejusdem confirmationem. Cap. VI. 20. parte priori. Ubi videndum eſt,

†. Quid teſtetur Apoſtolus. Ἠγοράσθητε τιμῆς.

AAA. Generatim, dicit: ἠγοράσθητε.

BBB. Speciatim, cum exaggeratione. τιμῆς.

††. Quod hoc ad probandam propoſitionem afferat. Quod indicat particula, γάρ. (*a*)

//. Concluſionem adhortatoriam. Cap. VI. 20. parte poſteriori.

Quam ita adornatam cernimus, ut ſimul ſingulari ſcortationis vitio, ſimul

---

(*a*) Niſi malis hanc probationem propiùs ad proximè praecedens membrum propoſitionis referre: Scilicet, ad probationem theſis negativae. οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν.

Tunc Analyſis ſic ſe habebit:

Attendere oportet, ad

††. Rem ipſam. Quam ignorare non deberent *Corinthii*. Quae ſpectat

AAA. Speciatim, etiam eorum corpora, quibus inſignem dignitatem aſſerit. Ubi conſiderandum eſt

אאא. Subjectum. τὸ σῶμα ὑμῶν.

בבב. Praedicatum. ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ.

Ubi modò exhibita Analyſis retineri poteſt.

BBB. Acervatim, ad totas eorum perſonas. Ubi notanda venit.

אאא. Theſis cum praecedenti conjuncta. καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν.

aaa. Theſis ipſa. οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν.

bbb. Connexio ejus. καί.

בבב. Ejuſdem probatio. Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς. Ubi videndum eſt

aaa. Quid teſtetur Apoſtolus.

(ααα) Acervatim. ἠγοράσθητε.

(βββ) Cum exaggeratione. τιμῆς.

bbb. Quod hoc in confirmationem dicat. Quò facit particula, γάρ.

BB.בב.*bb*.(ββ)§§.//.

ſimul etiam aliis, quae corpore committuntur, peccatis, (adeoque toti quoque ſententiae abſurdae, ἀδιαφορίαν eorum, quae corpore fiunt, ſtatuenti) oppoſita ſit.

Perpendamus hîc

— Particulam, tranſitum facientem. δὴ.

= Rem ipſam. Quae conſtat

†. Adhortatione. In quâ attendere oportet, ad

AAA. Objectum. τὸν Θεὸν.

BBB. Quo pacto circa hoc objectum verſari debeant. Quod

אאא. Summatim exprimitur verbo, δοξάσατε.

בבב. Amplificatur, oſtendendo hoc officium ab iis praeſtandum eſſe utrâque ſui (quâ ut homines conſtabant) parte. Nimirùm,

aaa. Corpore. ἐν τῷ σώματι ὑμῶν. (a)

bbb. At non ſolo, ſed etiam *Spiritu.* Ubi conſideretur

(*aaa*) Res ipſa. Glorificari debebat DEUS *Spiritu* eorum. ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν.

Conſiderandum hîc

* De

(a) Priori loco ponitur, quod hoc officium *corpore* quoque ſit praeſtandum; quia id directè erat oppoſitum erroneao Adverſariorum doctrinae.

BB.בב.*bb*.(ββ)§§.//.ב
†.BBB.בבב *bbb*.(*ααα*)

* De praecipuâ eorum parte. *Spiritu.* τῷ πνέυματι ὑμῶν.
** De officio, per illam principem partem praestando. δοξάσατε ἘΝ τῷ πνέυματι ὑμῶν.
(βββ) Connexio ejus cum praecedenti. per copulam, καὶ.

††. Indicatione aequitatis hujus postulati. ἅτινά ἐςιν τȣ Θεȣ.

In his verbis perpendere oportet

AAA. Dictum ipsum. In quo

אאא. Subjectum indicatur pronomine, ἅτινά.

בבב. Praedicatum exprimitur verbis: ἐςιν τȣ Θεȣ. Ubi perpendendum est,

aaa. Cui Domino hoc jus vindicet. Quod indicat nomine, Θεȣ.

bbb. Quid Ei tribuat; Nimirùm, quod *Spiritus* & *corpora* credentium Ipsius sint. ἐςιν τȣ Θεȣ.

BBB. Relationem ad praecedentia, indicatam pronomine relativo ἅτινά. Qui hîc idem valet, ac si diceret: *UTPOTE quae DEI sunt.* Ex quo sequitur, quod debeatis *glorificare DEUM corpore & spiritu.*

Tabula XXVI. Specialis,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

Cap. VII. 1.

Continet hoc comma propositionem eorum, de quibus Apostolus hoc Capite disputabit. Cap. VII. 1.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.a.(α)

Notemus hîc

1. Transitionem, quam facit particula, δὲ.
2. Rem ipsam. In quâ

AA. Generatim, indicat se responsurum esse ad illas quaestiones, de quibus litteras ad ipsum dederant *Corinthii*. περὶ ὧν ἐγράψατέ μοι.

אא. Supponit *Corinthios* ad se litteras dedisse. ἐγράψατέ μοι.

בב. Innuit eos in litteris illis quasdam quaestiones movisse, ad quas nunc responsa dare aggrediatur. περὶ ὧν.

BB. Speciatim, de Canone quodam loquitur, spectante res matrimoniales; quem indicat materiem hîc, primo loco, suae dissertationi praebiturum.

אא. Argumentum, circa quod hîc Canon versatur, est τὸ μὴ ἅπτεσθαι γυναικὸς.

Ubi

2.BB.ℵℵ.

Ubi perpendendum eſt,

aa. Objectum. Nimirùm, quid intelligat Apoſtolus nomine, γυναικὸς.

bb. Quid prohibere videatur hîc Canon circa hoc objectum. Quod exprimitur phraſi: μὴ ἅπτεσθαι.

כב. Quid hîc Canon de iſto argumento affirmet. καλὸν ἀνθρώπῳ.

Ubi notetur,

aa. Quid ſtatuat hîc Canon. Quod exprimitur verbo, καλὸν.

bb. Quod hoc univerſim ad omnes extendatur. Quod indicatur adjecto nomine, ἀνθρώπῳ.



TABULA XXVII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VII. 2-10.

Continet haec pericopa cautelam, ne abusus istius Canonis occasionem carni praebeat ad scortationes. Cap. VII. 2-10.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב *a*.(β)1.AA.

Hìc videmus Apostolum

אא. Laudare concessionem DEI, hominibus, post lapsum, in remedium scortationis, matrimonium concedentis. Cap. VII. 2. Ubi notetur

aa. Particula, transitionem faciens. δὲ.

bb. Res ipsa. Quâ

(*aa*) Matrimonium docet, ab utrâque parte esse obligatorium. Quod describit

§. Ratione Virorum. Quos

/. Considerari vult singulos. ἕκαστος.

//. Sibi propriam jubet *habere Uxorem*. τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω.

§§. Ratione Foeminarum. Quas pariter

/. Considerari vult singulas, non minùs ac Viros.

— Dicens: ἑκάστη.

= Id-

אא. *bb*. (*aa*) §§. /. —

⠀⠀⠀⠀⠀⠀⠀⠀= Idque facit cum praecedenti enunciato cohaerere, per particulam, καὶ.

⠀⠀⠀⠀⠀⠀⠀⠀//. Sibi *proprium* jubet *habere Maritum.* τὸν ἴδιον Ἄνδρα ἐχέτω.

⠀⠀⠀⠀(ββ) Rationem reddit, quare hoc deceat. διὰ τὰς πορνείας. Ubi nota

⠀⠀⠀⠀⠀⠀§. Malum prohibitum (de quo Cap. VI. 18. dixerat, illud fugiendum esse) Quod exprimit, dicens: τὰς πορνείας.

⠀⠀⠀⠀⠀⠀§§. Ad hujus evitationem decere, & a DEO concessum esse legitimum, ultrò citròque obligatorium, matrimonium. ΔΙΑ' τὰς πορνείας.

בב. Ex hoc generali principio conclusiones elicere. Cap. VII. 3-10.

Hae spectant

aa. Illos, qui in matrimonio sunt constituti, quibus nimiam a se invicem abstinentiam dissuadet. Cap. VII. 3-8.

Ubi notemus praescribi

(*aa*) Officium generale, ad sibi invicem praestanda, quae matrimonii leges postulant. Quod proponit, suâ ratione munitum. Cap. VII. 3. & 4.

§. Propositio continetur. Cap. VII. 3. Ubi exprimitur mutua obligatio:

/. Incumbens Viro. Cap. VII. 3 parte priori.

— Subjectum, quod obligatur, est, ὁ Ἀνὴρ.

= Obligatio exprimitur, ita ut

†. Objectum indicetur. τῇ γυναικὶ.

††. Quid huic objecto debeat praestare.

בבב.aa.(aa)§./.= ††.

AAA. Indicat Apoſtolus eſſe officium aliquod debitum. Quod

אאא. Exprimit voce, ἔυνοιαν.

בבב. Conſiderat ut debitum, additâ voce, τὴν ὀφειλομένην.

BBB. Exigit, ut hoc praeſtetur. ἀποδιδότω.

//. Similiter & viciſſim Uxori. Cap. VII. 3. parte poſteriori. Ubi perpendi poſſunt

—. Tranſitio. In quâ

†. Cavetur, ne Uxor credat Maritum ſolum obſtrictum eſſe: Cujus contrarium indicaturus, tranſitum facit, per particulam, δὲ.

††. Indicatur, paria facere, in hoc negotio, officium, quod hic illi, illa huic debet. ὁμοίως.

=. Res ipſa:

†. Expreſſa. Ita ut

AAA. Subjectum indicetur. ἡ γυνὴ.

BBB. Officium: Expreſſo, nominetenùs, objecto, τῷ ἀνδρὶ, & ſubaudito, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendo, officio antè praeſcripto. ἔυνοιαν τὴν ὀφειλομένην ἀποδιδότω.

††. Cum praecedenti conjuncta. per particulam, καὶ.

§§. Illuſtratione confirmatur. Cap. VII. 4. Aſſerendo utrique parti conjugum idem jus competere. Ubi videmus aſſertum bimembre:

/. Ma-

ככ. *aa.* (*aa*) §§.

/. Marito suum jus asserit.

— Ἀρνητικῶς. Denegando Uxori, quod ei non competit. Ubi nota

†. Subjectum enunciati. ἡ γυνὴ.

††. Praedicatum. In quo notetur

AAA. Objectum. Quod exprimitur verbis: τοῦ ἰδίου σώματος.

אאא. Generatim dicitur, σῶμα.

בבב. Speciatim, appropriatur subjecto indicato. τοῦ ἰδίου.

BBB. Quid Uxori, circa hoc objectum, abjudicetur. οὐκ ἐξουσιάζει.

Ubi perpendendum est,

אאא. Quid sit ἐξουσιάζειν τοῦ σώματος ἰδίου.

בבב. Quod hoc Uxori deneget, particulâ negativâ, οὐκ. ΟΥΚ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος.

= Θετικῶς, oppositè ad negationem praecedentem.

†. Oppositio fit, per particulam, ἀλλά.

††. Res ipsa ellipticè exprimitur, indicato subjecto, ὁ ἀνὴρ, & subintellecto ex praecedentibus praedicato. ἐξουσιάζει [αὐτοῦ].

//. Simile jus mulieri addicit. Hic rursus notare oportet

— Transitionem.

†. Per particulam, δὲ. oppositam opinioni, quasi hoc jus maritis solis competat.

††. Per

ℶℶ.*aa*.(*aa*)§§.//.— †.

††. Per particulas. ὁμοίως καὶ.

AAA. Per priorem asseritur paritas quaedam. ὁμοίως.

BBB. Per alteram indicatur connexio inter jus, quod habet Uxor, & jus, quod habet Maritus. Quae connexio indicatur per particulam, καὶ.

= Rem ipsam: Planè uti in praecedenti membro, expressam.

†. Ἀρνητικῶς. Ubi rursùs

AAA. Subjectum. ὁ Ἀνήρ.

BBB. Praedicatum. τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει.

††. Θετικῶς. ἀλλ' ἡ γυνή.

(ββ) Prudentiam; quae doceat prudenti temperamento hîc locum esse debere. Cap. VII. 5-8. Hîc indicat

§ Quid hac in parte suadeat prudentia *Christiana*; tùm ratione ἀποστερήσεως, tùm ratione συνελεύσεως. Cap. VII. 5.

Ubi videamus

/. Duplex suppeditatum consilium. Cap. VII. 5. parte priori.

— Quoad ἀποστέρησιν.

†. Dissuadet eam generatim. Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους. Quibus verbis exprimit,

AAA. Quid dissuadeat μὴ ἀποστερεῖτε.

BBB. Quod hoc ultrò citròque locum habere debeat. ἀλλήλους.

††. Li-

בבב.aa.(ββ)§./.— †.

††. Limitat hanc dissuasionem. Requirens

AAA. Mutuum consensum. εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνε.

BBB. Aliasque circumstantias:

אאא. Ratione intentionis & scopi pii. Ubi perpendendae sunt

aaa. Res ipsae, quas intenderent. Ubi

(*aaa*) Exprimuntur duo officia pietatis, junctim exercenda.

* Prius indicat. τῇ νηςείᾳ.

** Alterum principale, cui prius illud inservit,

AAAA. Exprimit. τῇ προσευχῇ.

BBBB. Cum priori conjungit. per particulam, καὶ.

(*βββ*) Indicatur vacatio ad illa requisita. σχολάζητε τῇ νηςείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ.

bbb. Relatio earum ad illam ἀποςέρησιν. Indicata per particulam, ἵνα.

בבב. Ratione durationis. πρὸς καιρὸν.

⥱ Quoad συνέλευσιν. Quam

†. Suadet verbis: ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε:

††. Cum fine vacationis ad jejunium & orationem connectit. dicens, καὶ πάλιν.

//. Finem, ad quem tendebat hoc consilium. Cap. VII. 5. parte posteriori. Ubi considerandum est,

 — Quid

בבב.*aa*.(ββ)§.//.

⁻ Quid caeteroquin metuendum foret. Quod

†. Indicatur. ὁ Σατανᾶς πειράζῃ ὑμᾶς. Notetur hîc

AAA. Subjectum. ὁ Σατανᾶς.

BBB. Praedicatum. Quid ille faceret.

אאא. Objectum essent *Corinthii*. ὑμᾶς.

בבב. Actuositas *Satanae* circa hoc objectum. πειράζῃ.

††. Unde hoc metuendum foret. Ubi

AAA. Tribuit *Corinthiis incontinentiam*. τὴν, dicit, ἀκρασίαν ὑμῶν.

BBB. Hanc occasionem, praevidet Apostolus, arrepturum esse *Satanam*, ad eos tentandos. ΔΙΑ' τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.

= Quod hoc malum averruncare satagat suo consilio. ῞ΙΝΑ ΜΗ' πειράζῃ.

§§. Quod hoc per modum concessionis, non absoluti praecepti, dicat. Cap. VII. 6. & 7. Quod

/. Declarat. Cap. VII. 6. Ubi notetur

⁻ Particula adversativa, transitionem faciens. δὲ.

= Res ipsa.

†. Θετικῶς expressa. τοῦτο λέγω κατὰ συγγνώμην.

††. Ἀρνητικῶς illustrata. οὐ κατ' ἐπιταγήν.

//. Additâ ratione confirmat. Cap. VII. 7.

⁻ Particula γὰρ indicat, quod rationem hujus declarationis redditurus sit.

= Res ipsa in eo consistit, quod quidem omni-

בב.aa.(ββ)§§.//.=

omnibus optaret; sed tamen non de omnibus sperare liceret, fore, ut *Paulo*, quoad donum continentiae, similes fiant.

†. Quid omnibus equidem optaret, exprimit. Cap. VII. 7. parte priori. Ubi considerandum est

AAA. De statu Apostoli, donum continentiae habentis.

BBB. De voto, quo eundem statum, uti sibi, sic & omnibus hominibus, optaret. Θέλω πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν.

††. Illud etiam indicat vix ac ne vix quidem sperari posse. Cap. VII. 7. parte posteriori. Ubi perpendere oportet

AAA. Particulam adversativam, ἀλλά. Quae innuit hoc votum, in vago pro omnibus hominibus factum, in singulis impletum non iri.

BBB. Rationem indicat, quare id de omnibus non sit exspectandum. Quod

אאא. Generatim exprimit.

aaa. Afferens diversitatem charismatum. ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει.

bbb. Fontem, ex quo illa fluant, indicat, dicens. ἐκ Θεοῦ.

בבב. Specialiùs illustrat. ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως.

Pp 2 *bb*. Il-

בב.*aa.*

bb. Illos, qui extra matrimonium vivunt. Cap. VII. 8. & 9. Ubi his declarat, non licere, absolutè & absque ullà limitatione, ex isto canone concludere, quod a matrimonio abstinendum sit. Ubi

(αα) Agnoscit, consultiùs quidem esse, hoc tempore, extra vinculum matrimonii manere. Cap. VII. 8. Ubi notetur,

§. Particula, transitum faciens. δὲ.

§§. Res ipsa. In quâ videmus

/. Apostolum declarare, ad quos id, quod diceret, pertineat.

— Generatim. τοῖς ἀγάμοις λέγω.

= Speciatim. καὶ ταῖς χήραις.

//. Quid illis dicat. Ubi

— Statum suum ipsis in exemplum proponit. Κἀγώ.

= Utile ipsis fore, si in eodem statu & illi manerent. καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ.

(ββ) Inculcat hoc tamen non convenire nisi illis, qui donum continentiae sunt adepti. Cap. VII. 9. In quo videmus

§. Normam praescriptam, quâ id, quod versu praecedenti dictum est, limitatur. Notetur hîc iterùm

/. Particula, transitum faciens. δὲ.

//. Res ipsa. In quâ

— Casum ponit. εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται.

= Quid eo casu faciendum sit, indicat. γαμησάτωσαν.

§§. Rationem, quâ illa confirmatur. Notetur

/. Par-

בב.*bb*.(ββ)§§.

/. Particula ratiocinativa, γὰρ.

//. Res ipsa, quam affirmat. Ubi

– Duplicem statum sibi invicem opponit.

†. Γαμῆσαι.

††. Ἢ πυροῦσθαι.

⩦ Priorem praeferendum esse, declarat.

κρεῖσσον ἐστι.



TABULA XXVIII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VII. 10. & 11.

Continet haec pericopa ratiocinationem Apoſtoli de *divortiis*, in ordine ad illos credentes, qui in matrimonio cum credentibus ſunt conſtituti. Cap. VII. 10. 11.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali; II.B.ב.*a*.(β)1.BB.אא.

In hac pericopâ hiſce credentibus, cum credentibus vinculo conjugali junctis, prohibetur ſeparatio, &, ſi facta ſit, jubetur ut reconcilientur. Ubi notetur

aa. Particula, tranſitum faciens. δὲ.

bb. Res ipſa. In cujus contemplatione notetur

(αα) Objectum. τοῖς γεγαμηκόσι.

(ββ) Contenta hujus ſtatuti. Ubi occurrit

§. Auctoritas.

/. Miniſterialis. παραγγέλλω. *Denuncio ut Legatus*.

//. Eaque non ſola, imò ne quidem primaria; ſed & ipſius Domini.

— Removet opinionem, quaſi ſuâ Auctoritate loquatur. οὐκ ἐγὼ.

= In-

bb.(ββ)§.//.—

= Indicat, contrà, cujus Auctoritatem hac in parte revereri deberent. Ubi notetur

†. Particula adversativa. ἀλλά.

††. Auctoritas, quâ hoc praeceptum nitebatur. ὁ Κύριος.

§§. Praeceptum ipsum. Propositum

/. In ordine ad Uxores. Cap. VII. 10. parte posteriori & 11. parte priori. Ubi notemus

— Subjectum, quod hoc praecepto obligatur. γυναῖκα.

= Ad quid obligetur. Quod exprimitur

†. Per modum interdicti. In quo

AAA. Supponitur arctissima conjunctio illius & ἀνδρός.

BBB. Prohibetur, ne illa separatione rumpatur: μὴ χωρισθῆναι ἀπὸ ἀνδρός.

††. Per modum praecepti. Cap. VII. 11. parte priori. Ubi notetur

AAA. Particula, quâ fit transitio. δέ.

BBB. Res ipsa. In cujus consideratione

אאא. Casus ponitur. ἐὰν καὶ χωρισθῇ.

aaa. Ipsa casûs positio exprimitur. ἐὰν χωρισθῇ.

bbb. Superioribus jungitur, per particulam, καί.

בבב. Duplex praeceptum praescribitur.

aaa. Prohibitivum, ne aliud matrimonium ineat. ἄγαμος μενέτω.

bbb. Positivum. ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω.

(*aaa*) Par-

bb.(ββ)ßß./.꞊ ††.BBB.בבב.*bbb*.

(ααα) Particula ἢ indicat, si nolit ἄγαμος manere, quid faciendum.

(βββ) Quid autem faciendum, exprimunt verba, τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω.

//. In ordine ad Maritos. Cap. VII. 11. parte posteriori.

– Eis aeque ac Uxoribus legem esse datam, docet particula, καὶ.

꞊ Quid officii illis incumbat, exprimunt verba sequentia: Ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι.

†. Quibus officium praescriptum sit, exprimit vox, Ἄνδρα.

††. Officium ita describitur, ut considerandum veniat

AAA. Objectum. γυναῖκα.

BBB. Quid ei faciendum. μὴ ἀφιέναι.



TA-

TABULA XXIX. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VII. 12-25.

IN hac pericopâ credentibus, vinculo conjugali cum illis, qui nondùm ad fidem perducti sunt, sociatis, (praefatiunculâ praemissâ) declarat Apostolus divortium nonnisi coactis esse faciendum.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*a*.(β)1.BB.בב.

Hîc igitur videmus

aa. Praefationem Apostoli. Cap. VII. 12. parte priori. Quâ ostendit Dominum, quando in his terris versabatur, de tali casu (de quo nunc acturus erat Apostolus) non esse locutum; cum istiusmodi casus inter *Judaeos* secundum Legem contingere vix posset, cum matrimonia cum peregrinis usque adeò illicita essent, ut vel contracta & consummata, dissolvi deberent; uti ex *EZRAE* X. & *NEHEMIAE* XIII. Capite constat: Quod ad parietem intergerinum tunc pertinebat. Quamobrem *Christi* sermones, quos *Matth.* V. 32. & XIX. 3. & *Marc.* X. 2-13. Ipsum habuisse legimus, agunt de illis divortiis, quae apud *Judaeos* fraequentissima erant: Et quae illi, praetextu legis *Deuteron.* XXIV. 1. & seqq. defendere satagebant. *Paulus* nunc, sublato discrimine inter *Judaeos* & *Gentes*, disputat, quid de divortiis, de quibus nunc dubia movebantur, sentiendum sit: De quo etiamsi isto tem-

 pore

aa.

pore non locutus ſit *Dominus Jeſus Chriſtus*, Apoſtolus tamen, qui & ſpeciatim Apoſtolus erat Gentium, de hoc argumento diſſerere debebat; ad quod etiam Spiritum Sanctum acceperat.

Eſt autem haec praefatio bimembris:

(*αα*) Θετικὴ. In quâ Apoſtolus

§. Tranſitum facit, particulâ, δὲ.

§§. In theſi ipſâ

/. Indicat, ad quod objectum haec ſuae inſtitutionis pars pertineat. τοῖς λοιποῖς.

//. Profitetur hanc ſuam eſſe doctrinam. Ἐγὼ λέγω. Ubi

— Subjectum expreſſo vocabulo indicatur. Ἐγὼ.

= Praedicatum. λέγω.

(*ββ*) Ἀρνητικὴ. ὐχ ὁ Κύριος. Ubi

§. Subjectum eſt, ὁ Κύριος.

§§. Praedicatum negat, illa, quae ſequuntur verba, eſſe a *Domino* prolata. ὐχ. id eſt, ὐ λέγει. (*a*)

bb. Inſtitutionem Apoſtoli. Cap. VII. 12. parte poſteriori—25. Ubi Apoſtolus

(*αα*) *Corinthios* erudit de hac quaeſtione. Cap. VII. 12. parte poſteriori-17. Ubi notetur

§. Propoſitio. Cap. VII. 12. parte poſteriori, & 13. Quâ exponit reciprocum, in utroque caſu obtinens, officium. Videamus hîc,

/. Quid in priori caſu faciendum ſit, quando *Vir fidelis*

(*a*) *Paulus*, canone CHRISTI allato, de non dimittendâ, niſi ob crimen adulterii, uxore, verſu 10. nunc acturus de ſpeciali caſu ſub OEconomiâ Novi Teſtamenti; concedit, CHRISTUM Dominum, in terris verſantem, de eo quidem non eſſe locutum; (Hoc autem concedit, ne quis putaret ſe CHRISTI verba nimis longè trahere). Sed ſimul oſtendit, ſe tamen, utpote exaltati CHRISTI Apoſtolum, minimè vereri, per Spiritum ipſius dicere, quid eo in caſu, qui nunc contingere poterat, vel fortè jam ſaepiùs âpud *Corinthios* contigerat, conveniat.

bb.(aa)§./.

fidelis habet Uxorem infidelem. Cap. VII. 12. parte posteriori.

— Ponitur casus, duobus membris constans:

†. In primo membro ponitur matrimonium *Viri fidelis cum Uxore infideli.*

AAA. Subjectum est τις ἀδελφὸς. Quibus verbis

אאא. Describitur a qualitate. Ἀδελφὸς, *Frater*, membrum Ecclesiae.

בבב. Omne aliud discrimen excluditur, per voculam, τις.

BBB. Praedicatum; quod hîc conditionatè exprimitur.

אאא. Ponit matrimonium initum cum *infideli Uxore.*

aaa. Ponit matrimonium jam initum. γυναῖκα ἔχει.

bbb. Et quidem cum *infideli*. ἄπιστον.

בבב. Conditionatè loquitur, ut ostendat se casûs positionem, hîc considerandam, sistere. εἰ.

††. In altero membro ponitur conditio quaedam, cum ipso hoc casu conjuncta.

AAA. Conditio est consensus ad continuationem cohabitationis.

אאא. Subjectum est *ipsa* mulier. αὐτὴ.

בבב. Praedicatum est, συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ.

aaa. Res intenta est cohabitatio conjugalis. οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ.

bbb. Consensus exprimitur, verbo, συνευδοκεῖ.

 BBB. Pa-

bb.(*aa*)§./.— ††.AAA.

BBB. Pariter conditionatè, aeque ac praecedens membrum, hîc consideranda. Quod docet particula, καὶ.

= Docetur, quid illo in casu faciendum sit. μὴ ἀφιέτω αὐτήν. Ubi

†. Objectum indicatur pronomine, αὐτήν.

††. Officium mariti circa hoc objectum. μὴ ἀφιέτω.

//. Quid in altero casu sit faciendum, quando *Mulier fidelis habet Maritum infidelem.* Cap. VII. 13.

— Connectitur hic casus cum praecedenti per particulam, καὶ. Docentem ab utrâque parte idem jus esse.

= Ostenditur, quod in hoc quoque casu, eâdem ratione agendum sit.

†. Ponitur casus, duobus itidem membris constans,

AAA. In priori membro, notamus:

אאא. Subjectum. γυνὴ ἥτις.

aaa. Est *mulier.* γυνή.

bbb. Et quidem quaelibet, sine discrimine. ἥτις.

בבב. Praedicatum conditionatè iterùm propositum. εἰ ἔχει ἄνδρα ἄπιστον. (*a*)

BBB. In altero membro, eodem, uti suprà, modo conditio ponitur, cum hoc casu conjuncta. καὶ αὐτὸς συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς.

††. Do-

(*a*) Verbi caussa: Duo thori Socii sunt: Mulier ad Christum, per praedicationem Evangelii, convertitur: Maritus autem perseverat in sua incredulitate: Quaeritur, an ab hoc suo Marito secessionem facere, vel saltem a Marito suo libellum repudii petere, debeat?

bb.(aa)§./.— †.

††. Docetur, quid isto in casu faciendum sit. μὴ ἀφιέτω αὐτόν.

§§. Propositionis ἐξεργασία. Cap. VII. 14. 15. & 16. Quae constat

/. Propositionis confirmatione. Cap. VII. 14. Ubi videndum est,

— Quid doceat Apostolus de utroque casu. Et quidem

†. Directè de ipsis conjugibus. Cap. VII. 14. parte priori.

AAA. De *Viro infideli*, conjugem fidelem habente.

אאא. Subjectum est, ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος. (de quo versu 12. actum.)

aaa. *Vir*. ὁ ἀνὴρ.

bbb. Spectatus ut *infidelis*. ὁ ἄπιστος.

בבב. Praedicatum ostendit, quid hoc matrimonium ei conferat.

aaa. Res ipsa exprimitur, verbo, ἡγίασται.

bbb. Medium, quo hoc ei eveniat. ἐν τῇ γυναικὶ.

(*aaa*) Spectatur hîc *mulier* ut fidelis. Quod indicatur articulo ΤΗι γυναικὶ.

(*βββ*) Hinc derivatur modò laudatum Viri privilegium. Quod docet praepositio ἐν. ΈΝ τῇ γυναικί.

BBB. De *Muliere infideli*, fidelem Maritum habente.

אאא. Particula καὶ ostendit Apostolum, non de uno tantùm, sed de utroque casu loqui velle.

 בבב. Pa-

bb (*aa*) §§. /. — †. BBB. אאא.

בבב. Pari modo ſe rem in altero caſu habere docet. Ubi

aaa. Subjectum eſt, ἡ γύνη ἡ ἄπιςος.

bbb. Praedicatum. ἡγίαςαι ἐν τῷ ἀνδρί.

Eodem modo haec reſolvenda ſunt, uti praecedens membrum.

††. Indirectè, de Liberis, ex iſtiusmodi conjugio oriundis, in ulteriorem dictorum confirmationem. Cap. VII. 14. parte poſteriori. Hîc conſiderandum eſt,

AAA. Quid de Liberis, ex iſtiusmodi conjugio natis, teneri velit Apoſtolus. Ubi perpendendum eſt,

אאא. Quid de illis ſentiendum foret, ſi contraria declarationi Apoſtoli opinio concedi deberet. Nimirùm illos Liberos tunc (hoc eſt, poſitâ illâ ſententiae Apoſtoli contrariâ opinione) *impuros* fore.

Hîc conſiderandum eſt

aaa. De ſubjecto. Quod, ſermone ad hujus generis conjugatos directo, vocat, τὰ τέκνα ὑμῶν. Attendendum igitur eſt, ad

(*aaa*) Il-

bb.(αα)§§./.— ††.
AAA.ℵℵℵ.*aaa*.

(αα) Illos, quos pronomine ſecundae perſonae alloquatur. ὑμῶν, inquit. Illos, nempe, uti Ego exiſtimo, qui tali impari matrimonio ſunt conſociati.

(βββ) Liberos illorum, ſi quos habeant. τὰ τέκνα ὑμῶν.

bbb. De praedicato. ἀκάθαρτά ἐστι.

בבב. Quid, contrà, de eisdem, admiſſâ ſententiâ Apoſtoli, OEconomiae Novi Teſtamenti conveniente, de iſtorum liberis ſentiendum ſit. Notemus hîc

aaa. Oppoſitionem. Quae exprimitur;

(ααα) Reſpectu habito ad opinionem ſententiae *Pauli* contrariam; per particulam δὲ.

(βββ) Reſpectu habito ad hujus temporis OEconomiam. per adverbium temporis. νῦν.

bbb. Rem ipſam, quâ de Liberis iſtius generis conjugatorum, quorum ſaltem altera pars *fidelis* eſt, pronunciat. ἅγιά ἐστιν.

BBB. Quod haec afferat in ulteriorem confirmationem eorum, quae dixerat, de iſtius generis conjugatis: Nimirùm, quod Vir infidelis in muliere fideli, & mulier infidelis in Viro fideli ſanctificati ſint. Hanc ulteriorem confirmationem indicat, per particulas, ἐπεὶ ἄρα.

ℶ Quod

bb. (aa) §§. /. —

⁝ Quod hoc adducat in confirmationem moniti sui, quo monuerat Virum fidelem, ut Uxorem infidelem, cum ipso manere volentem, non dimitteret; & Mulierem fidelem, ut Maritum infidelem, ipsam in matrimonio retinere volentem, nequaquam desereret. Quòd eò tendere ostendit, particulâ, γάρ. (a)

¶/. Remotione difficultatis. Cap. VII. 15. & 16. Removetur autem difficultas

— Limitatione quâdam eorum, quae de non derelinquendâ conjuge dicta erant. Cap. VII. 15. parte priori. Ubi

†. Transitio fit, per particulam. δὲ.

††. Res ipsa proponitur. Nimirùm

AAA. Casus ponitur. Cap. VII. 15. parte priori. In quâ casûs positione

אאא. Subjectum est pars *infidelis*. ὁ ἄπιστος.

בבב. Praedicatum conditionatè propositum.

aaa. Factum, quod ei tribuitur, exponitur verbo, χωρίζεται.

bbb. Conditionatè hoc spectandum esse, ut casûs positionem, indicatur per particulam, εἰ.

BBB. Do-

(a) *Sanctificatio* Viri *in Uxore*, & Uxoris *in Viro*, nec non Liberorum *Sanctitas*, de quâ Apostolus loquitur, in eo consistit, quod talis Vir vel talis Mulier, hactenùs a reliquis infidelibus sint segregati, ut in illorum statum quadrare possit promissio DEI: Ero DEUS seminis Tui.

bb.(aa)§§.//.— ††.AAA.

BBB. Docetur, quid isto in casu faciendum sit. Nimirùm hoc equidem patienter tolerandum. χωριζέσθω.

⩵ Indicatione quarumdam regularum hic observandarum. Cap. VII. 15. parte posteriori, & 16. Hic notare oportet

†. Libertatem credentium hic tenendam. Cap. VII. 15. parte secundâ. (a) Ubi

AAA. Subjectum est duplex:

אאא. Subjectum primum est, ὁ ἀδελφὸς.

בבב. Subjectum alterum, cum priori, in hoc casu, paria faciens, exprimitur verbis, ἢ ἡ ἀδελφὴ.

aaa. Subjectum alterum est, ἡ ἀδελφὴ.

bbb. Indicatur, idem hic de uno, ac de altero sentiendum esse. Quo facit particula, ἢ.

BBB. Prae-

(a) Indicare mihi videtur Apostolus, quod in casibus matrimonii, inter fideles & infideles initi, pars fidelis non teneatur (uti olim, dum lex quae parietem intergerinum faciebat) vigebat, partem infidelem dimittere, vel deserere.

Nisi malis ita intelligere, quod pars fidelis non constringatur eousque, ut teneatur ad permanendum in illâ cohabitatione, invitâ alterâ, eâque infideli parte; quod instar servitutis haberet.

bb.(aa)§§.//.= †.AAA.

BBB. Praedicatum de utroque affirmat. οὐ δεδούλωται ἐν τοῖς τοιούτοις. Ubi videmus,

אאא. Credentibus vindicari libertatem. οὐ δεδούλωται.

בבב. Limitatè hic agi de caſu cohabitationis vel ſeparationis. ἐν τοῖς τοιούτοις.

††. Pacis ſtudium, atque hinc τὸ συνοικεῖν commendatur. Cap. VII. 15. parte poſtremâ & 16. Quod fit,

AAA. Generatim, ante oculos ponendo vocationem ipſorum, convenientem OEconomiae Novi Teſtamenti. Cap. VII. 15. parte ultimâ.

In quo enunciato attentionem meretur

אאא. Particula, tranſitum faciens. δὲ.

בבב. Res ipſa. Commendatio, ſcilicet, concordiae ex conſideratione vocationis DEI. Ubi notemus

aaa. Subjectum. ὁ Θεὸς.

bbb. Praedicatum. In quo perpendere oportet,

(*aaa*) Objectum. Quod ſunt credentes quilibet. Quos indicat pronomine primae perſonae, ἡμᾶς.

(βββ) Quid huic objecto fecerit DEUS.

* Ge-

bb.(*αα*)§§.//.⁐ ††. **AAA**.בבב.*bbb*.(ββββ)

* Generatim, expressum. κέκληκεν.

** Speciatim, addito modo, vel conditione. ἐν εἰρήνῃ. (*a*)

BBB. Speciatim, cohabitationem, si fieri possit, suadendo: Ratione desumptâ a spe, quam concipere licet parti fideli, lucrandi partem infidelem. Cap. VII. 16.

אאא. Particula γὰρ ostendit, quod cohabitationem (quantum pote) quam suaserat, ulteriùs adstringere velit.

בבב. Ratiocinatio ipsa ita est comparata, ut singulatim utriusque sexûs fidelibus, infideli Conjugi sociatis, ob oculos ponat, quam spem fovere ipsis liceat, si cohabitare pergant. Et quidem

aaa. Mu-

(*a*) EN εἰρήνῃ. In illo statu & tempore, quo DEUS voluit, ut sit *PAX* inter *Judaeos* & *Gentes*: Quae statûs Ecclesiae hujus & pristini temporis diversitas efficit, ut non cogantur fideles ad separationem, etiamsi pars altera infidelis sit. Hoc quidem, ut non manerent in matrimonio, postulabat Veteris OEconomiae ratio. (Uti vidimus ex *Ezr*. X.) Sed cum nunc pax sit inter *Judaeos* & *Gentes*, res aliter se habet. ὁ Ἀδελφὸς οὐ δεδούλωται, *non cogitur*, per illam legem, quae servitutis erat dimittere, vel repudiare suam Uxorem, etiamsi illa sit *Ethnica*, vel *Judaea*, CHRISTUM non amplexa; Et ἡ ἀδελφὴ, *fidelis* Mulier, non cogitur deserere Maritum, quamvis is *Ethnicus* sit, vel *Judaeus* incredulus.

bb.(*aa*) §§. //. = ††.

BBB.בבב.

aaa. Mulieri, infidelem maritum habenti.

(*aaa*) Hanc alloquitur Apostolus. γύναι.

(*βββ*) Eique ob oculos ponit spem, quam concipere liceret. Ubi notetur

* Ipsum bonum sperandum. Salus, nimirùm, Mariti.

AAAA. Objectum indicat, dicens. τὸν Ἄνδρα.

BBBB. Bonum, quod ei per Mulierem conferri posset. σώσεις.

** Illud, etiamsi non certum, tamen desperatum non posse haberi. Τί οἶδας εἰ.

bbb. Marito, infidelem Uxorem habenti. Ubi

(*aaa*) Generatim, indicat similem esse exspectationem. per particulam, ἤ.

(*βββ*) Speciatim, illam eodem modo repraesentat.

* Maritum eodem modo alloquendo. ἄνερ.

** Rem ipsam ei ob oculos ponendo. Hîc iterùm notetur

AAAA. Ipsum bonum sperandum & exspectandum. Salus, nimirùm, Uxoris.

אאאא. Objectum indicat. τὴν γυναῖκα.

בבבב. Exoptatum eventum. σώσεις.

BBBB. Idque licet non certum, tamen non pro desperato habendum. τί οἶδας εἰ.

(*ββ*) Ad-

bb.'αα)

(ββ) Addit, in transitu, institutionem de aliis, haud prorsus absimilibus, casibus, quorum convenientia ipsa quoque facit ad confirmationem responsionis datae. Cap. VII. 17-25. Ubi, videlicet, docet, vocationem ad CHRISTUM non exigere mutationem status in rebus licitis, externisque, sive civilibus, sive oeconomicis.

Hanc institutionem videmus

§. Acervatim propositam. Cap. VII. 17. Ubi

/. Transitionem facit, per particulas. εἰ μὴ.

//. Rem ipsam sic proponit, ut

– Regulam hanc *Corinthiis* praescribat. Quâ docet,

†. Quid fundamenti & normae instar considerare debeat unusquisque.

AAA. Fundamentum & normam indicat.

אאא. Fundamentum sive principium agendi, indicat esse distributionem donorum DEI.

aaa. Ponit DEUM

(ααα) Distribuisse dona.

* Subjectum est, ὁ Θεὸς.

** Praedicatum. ἐμέρισεν.

(βββ) Idque diversimodè, & variâ mensurâ. ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεὸς ἑκάστῳ.

bbb. Idque pro principio agendi habendum esse simul indicat per eamdem particulam. ὡς.

בבב. Normam indicat esse vocationem Domini.

bb.(ββ)§.//.— †.AAA.בבב.

aaa. Ponit Dominum

(*ααα*) Eos ad ſtatum quemque ſuum, & officium, iſti ſtatui conveniens, vocaſſe.

* Subjectum eſt, ὁ Κύριος.

** Praedicatum, κέκληκεν.

(*βββ*) Et quidem diverſimodè. ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος.

bbb. Idque pro normâ habendum eſſe, pariter indicat per eamdem particulam, ὡς.

BBB. Adhortatur, ut, ex illo principio, & ſecundum hanc normam, vitam inſtituant.

אאא. Vult, ut ambulent, & ad finem tendant. περιπατείτω.

בבב. Vult, ut ex illo principio, & ſecundum hanc normam, agant. ΟΥΤΩ περιπατείτω.

††. Hoc ſingulis faciendum eſſe docet, repetitâ voce ἕκαστος. ὡς ἑκάστῳ· ὡς ἕκαστον.

⩶ Teſtatur, quod hoc exigat non a *Corinthiis* ſolis, ſed ab omnibus credentibus, ubicumque ſint.

†. Connectit hoc cum regulâ praeſcriptâ. per copulam, καὶ.

††. Declarationem ipſam ita facit, ut

AAA. Supponat, ſe in pluribus Eccleſiis verſatum eſſe, vel verſari; imò

ad

bb.(ββ)§.//.⩶††.AAA.

ad omnes indefinitè ſuum munus ſe extendere.

אאא. Mentionem facit plurium *Eccleſiarum*. ἐκκλησίαις.

בבב. Eaſque ſimul hîc ſumit. ἐν πᾶσιν ἐκκλησίαις.

BBB. Teſtetur, ſe ita ordinare. Docens,

אאא. Se, Apoſtolum quippe Domini, ordinare, quae ad ornamentum Eccleſiarum inſerviunt. διατάσσομαι.

בבב. Idque ita facere, uti modò regulam *Corinthiis* praeſcripſerat. οὕτω.

§§. Membratim expoſitam. Cap. VII. 18-25.

/. Ratione diverſitatis ſtatûs, ex origine ex *Judaeis* vel *Gentibus* profecti, diſtinguendi, vel circumciſione, vel praeputio. Cap. VII. 18-21. In quibus commatibus

⥼ Singulis oſtenditur non opus eſſe, ut in eo mutationem quaerant. Cap. VII. 18. 19. Quod

†. Proponit. Cap. VII. 18.

AAA. In ordine ad *Judaeos*.

אאא. Caſum ponit vocationis, poſt acceptum circumciſionis ſacramentum. Notetur hîc

aaa. Subjectum. Quod

(*aaa*) Deſcribitur. περιτετμημένος.

(*βββ*) Sine diſcrimine conſiderandum proponitur. τις.

bbb. Prae-

bb.(ββ)§§./.— †.AAA.אאא.*aaa*.

bbb. Praedicatum. ἐκλήθη.

בבב. Quid illi, qui in isto casu est, faciendum sit, indicat. μὴ ἐπισπάσθω.

BBB. In ordine ad *Gentiles*. ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη, μὴ περιτεμνέσθω. Hîc iterum

אאא. Casum ponit. Ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη.

בבב. Indicat, quid illi in isto casu faciendum sit. μὴ περιτεμνέσθω.

††. Urget. Cap. VII. 19. Ubi duplex fundamentum suae sententiae substernit.

AAA. Negando ista externa quidpiam coram DEO nunc valere. Id quod asserit

אאא. De circumcisione. Ubi perpendere oportet

aaa. Subjectum. ἡ περιτομὴ.

bbb. Praedicatum. οὐδέν ἐστι.

בבב. Vicissim quoque de praeputio.

aaa. Connectuntur haec duo enunciata. per particulam, καὶ.

bbb. Secundi enunciati

(*aaa*) Subjectum est, ἡ ἀκροβυστία.

(ββ) Praedicatum, οὐδέν ἐστι.

BBB. Indicando, ne haec nimis longè trahantur, aliud quid esse, quod a DEO adprobetur.

אאא. Op-

bb.(ββ)§§./.— ††.BBB.

אאא. Oppoſitio inter externa illa, & ſpiritualem cultum, indicatur per particulam, ἀλλά.

בבב. Docetur, quid illud ſit, quod DEO probetur. Nimirùm, τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ.

= Concludit generali regulâ. Cap. VII. 20.

†. Generalem eſſe regulam, indicat pronomen, ἕκαστος.

††. In regulâ ipſâ, notetur

AAA. Objectum. Quod exprimitur verbis: ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη.

אאא. Supponitur illum, cui haec regula praeſcribitur, κληθῆναι.

בבב. Indicatur, hanc κλῆσιν eſſe objectum, circa quod ei verſandum eſt.

BBB. Quo pacto circa hoc objectum verſari debeat. ἐν ταύτῃ μενέτω.

//. Ratione ſtatûs & conditionis hujus vitae. Cap. VII. 21-25. Ubi

— Sermone ad *ſervos* & *liberos*, per Evangelium vocatos, diſtinctè directo, docet, quo pacto ſuum ſtatum conſiderare debeant, atque ſe gerere. Cap. VII. 21. 22. 23.

†. Sermonem ad *ſervos* vertit. Cap. VII. 21. & 22. In quo

AAA. Monita proponit, ad duplicem caſum. Cap. VII. 21.

 אאא. Prio-

bb.(ββ)§§.//.— †.
AAA.

ℵℵℵ. Priorem casum, & quid in eo faciendum sit, docet. Cap. VII. 21. parte priori.

aaa. Casus est. δοῦλος ἐκλήθης.

(*ααα*) Ponit subjectum in statu servitutis. δοῦλος.

(*βββ*) Conditionatè praedicat *vocatum* esse. ἐκλήθης.

bbb. Quid in eo faciendum sit, docent verba: μή σοι μελέτω.

בבב. Alter casus, & quid in eo faciendum sit, docetur. Cap. VII. 21. parte posteriori. Hîc notetur

aaa. Particula, quâ transitum facit, ἀλλά. Quâ docet non ultra scopum hoc monitum trahendum esse.

bbb. Res ipsa. Ubi rursùs

(*ααα*) Casus ponitur. In quo

* Considerandum est de statu in vitâ civili. Qui exprimitur verbis. ἐλεύθερος γένεσθαι.

AAAA. Ipse status, in se spectatus, est status libertatis; in quo quis est ἐλεύθερος.

BBBB. Hîc consideratur, ut consequendus, per manumissionem. γένεσθαι ἐλεύθερος.

** Observandum est, possibilem poni hunc casum. δύνασαι.

(*βββ*) Quid in hoc casu faciendum suadeat Apostolus. μᾶλλον χρῆσαι. Quod

* Generatim, exprimit verbo, χρῆσαι.

** Speciatim, comparatè & oppositè ad statum praesentem servilem, dicit, μᾶλλον.

BBB. Ea-

bb.(ββ)§§.//.— †.

AAΛ.

BBB. Eaque confirmat. Cap. VII. 22. Ubi notemus,

אאא. Quid statuat Apostolus.

aaa. De *Servo in* CHRISTO *vocato.* Cap. VII. 22. parte priori. ὁ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστίν.

(ααα) Subjectum hujus enunciati describitur,

* Ratione statûs externi civilis. δοῦλος.

** Ratione gratiae ei factae. Quam

AAAA. Eodem, quo suprà, verbo exprimit. ὁ κληθεὶς.

BBBB. Illustrat, expositione caussae & boni hujus vocationis. ἐν Κυρίῳ. Ubi considerandum est

אאאא. De ipso *Domino*. Κυρίῳ.

בבבב. De relatione, quam *vocatus servus* ad Eum habet. Quam exprimit praepositio, ἐν.

(βββ) Praedicatum. ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστίν.

* Ad quem statum pervenerit, indicatur verbis: ἀπελεύθερος ἐστίν.

** Cui hoc acceptum referre debeat. Κυρίου.

bbb. De *Libero* in CHRISTO *vocato.* Cap. VII. 22. parte posteriori. Notemus hîc

(ααα) Transitionem, quam facit Apostolus, per particulas, ὁμοίως καὶ.

* Particula ὁμοίως comparationem quamdam vel assimilationem facit, inter statum illius, qui, quando *servus* erat, *vocatus* est *in Domino*, & illius, qui *liber* erat, quando vocabatur.

 **. Par-

bb.(ββ)§§.//.— †.
BBB.אאא.bbb.(aaa)*

** Particula καὶ indicat, haec duo apophthegmata pari paſſu ambulare, & ex aequo eſſe tenenda.

(βββ) Dictum ipſum. ὁ ἐλεύθερος κληθεὶς δοῦλός ἐστι Χριστοῦ. In hoc dicto perpendendum eſt,

* Subjectum. ὁ ἐλεύθερος κληθείς. Quibus verbis deſcribitur

AAAA. A ſtatu civili, in quo, cum vocaretur, erat. ὁ ἐλεύθερος.

BBBB. A gratiâ ipſi factâ. κληθείς.

** Praedicatum. δοῦλός ἐστι Χριστοῦ. Notemus hîc

AAAA. Illum, qui modò dicebatur Κύριος, hîc vocari Χριστόν.

BBBB. Relationem, quam is, qui, cum *liber* eſſet, *vocatus* eſt, ad *CHRISTUM* habet. δοῦλός ἐστι Χριστοῦ.

בבב. Quod hoc afferat in confirmationem ſui moniti. Quod indicatur per particulam, γάρ. (a)

††. Ser-

(a) Prior pars, ad confirmationem prioris; poſterior pars, ad confirmationem poſterioris partis admonitionis, pertinet.

bb.(ββ)ßß.//.— †.

††. Sermonem ad *Liberos* dirigit. Cap. VII. 23. Quibus ob oculos ponit

AAA. Fundamentum suae admonitionis. Quid, nempe, illis factum sit. Quod

אאא. Generatim, indicatur. ἠγοράσθητε.

בבב. Speciatim, exaggeratur, addito quod hoc factum sit, τιμῆς.

BBB. Admonitionem huic fundamento superstruit. Ubi perpendendum est,

אאא. Quid sit εἶναι δῦλον ἀνθρώπων.

בבב. Quod Apostolus ab eo dehortetur. μὴ γίνεσθε.

⩶ Monito generali, de utrisque simul agente, suadet, ut, animo suo statu contento, in Divinae providentiae regimine adquiescant, simulque se Domino addictos praestent. Cap. VII. 24. Hîc notetur

†. Blanda compellatio. ἀδελφοί.

††. Res ipsa. Quam illis, ex fraterno amore, ob oculos ponit.

AAA. Quod haec admonitio ad utrosque pertineat, indicat verbis: ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη.

אאא. Universalitatis nota est pronomen, ἕκαστος.

בבב. Aliqua tamen in his verbis limitatio simul reperitur, quandoquidem considerantur, ut κληθέντες.

 BBB. Mo-

bb.(ββ)§§.//.= ††.AAA.

BBB. Monitum ipſum addit. In quo

אאא. Unumquemque conſiderat, ut Divinâ providentiâ ſimul & gratiâ *vocatum*, in aliquo vel libertatis vel ſervitutis ſtatu. Quod indicat verbis: ἐν ᾧ ἐκλήθη.

בבב. Monet, ut, quamdiu illa vocatio ei non faciat poteſtatem illum ſtatum mutandi,

aaa. Se Divino regimini ita ſubjiciat, ut *in eo maneat*. ἐν τούτῳ μενέτω.

bbb. Eâ tamen conditione, ut, ante omnia, ſollicitè operam det, ut maneat in illâ communione *DEI*. παρὰ τῷ Θεῷ.

(*ααα*) Conſiderat CHRISTUM ut unum cum DEO.

(*βββ*) Hinc monet, ut illud *manere* in ſuo ſtatu, ſimul tamen ſit *manere cum DEO*.

TA-

TABULA XXX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VII. 25-39.

IN hac pericopâ Apoſtolûs docet, ſententiam illam, quam commate primo hujus Capitis propoſuerat; *Bonum eſſe homini mulierem non attingere:* non ita interpretandam eſſe, quaſi vellet Apoſtolus, matrimonium ipſum eſſe rem vitioſam & peccaminoſam. Id autem hac pericopâ oſtendit in ordine ad illos, qui adhuc ſunt in ſtatu coelibatûs vel virginitatis. Cap. VII. 25-39.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.α.(β)2.AA.

In eâ Apoſtolus

אא. Praefationem praemittit. Cap. VII. 25. Quâ declarat,

αα. Se non habere hac de re mandatum, quod omnes ſine diſcrimine obliget. Cap. VII. 25. parte priori.

Hîc attendendum eſt ad

(αα) Particulam tranſitionis. δὲ. (a)

(ββ) De-

(a) Vult dicere: Dixi equidem manendum eſſe in eo, in quo quis vocatus eſt, ſtatu: SED TAMEN hoc non eſt extendendum ad virgines, quaſi Ego in mandatis haberem, eas obſtringere, ut in coelibatu maneant.

ℵℵ. *aa.* (αα)

(ββ) Declarationem ipſam. In quâ notetur

§. Objectum. περὶ τῶν παρθένων.

§§. Quid de hoc objecto declaret. ἐπιταγὴν Κυρίȣ ȣ̓κ ἔχω.

Perpendere hîc oportet,

/. Quid intelligat, per ἐπιταγὴν Κυρίȣ.

— Agnoſcit Κύριον.

= Qui ἐπιταγὰς dederit in Eccleſiâ obſervandas.

//. Quod declaret, ſe talem ἐπιταγὴν *non habere a Domino*, ad *Virgines* ſpectantem. (*a*)

bb. Neque tamen conſilium ſuum, utpote fidele, ſpernendum eſſe. Cap. VII. 25. parte poſteriori.

(αα) Tranſitum iterùm facit, per particulam, δὲ.

(ββ) Declarat, quo loco id, quod dicturus erat, haberi velit. Quod

§. Generatim, exprimit. γνώμην δίδωμι.

§§. Speciatim, oſtendit, quod minimè ſpernendum ſit. Quod ita oſtendit, ut

/. Proteſtetur, ſed nequaquam glorietur, de ſuâ fidelitate.

— Proteſtatur de ſuâ fidelitate. πιςὸς εἶναι.

= Oſtendit, quod ipſam quoque hanc fidelitatem non ſibi, ſed miſericordiae Divinae acceptam ferat.

†. Agnoſcens, ſe miſericordiam accepiſſe a Domino. Ubi

AAA. Depraedicat miſericordiam ſibi factam. Quod exprimit verbo, ἠλεημένος.

BBB. In-

(*a*) Hoc eſt, ſe non habere mandatum a Domino, quo declarare debeat, Chriſtum Dominum prohibuiſſe, *NE QUAE VIRGO NUBAT.*

אא.*bb*.(ββ)§§./.☰ †.AAA.

BBB. Indicat hujus acceptae misericordiae Auctorem. ὑπὸ Κυρίȣ. Ubi rursus videndum est,

אאא. Quis sit Κύριος, de quo loquitur Apostolus.

בבב. Quod illum agnoscat esse Auctorem & caussam hujus, quam acceperat, misericordiae. ὙΠΟ' Κυρίȣ.

††. Tribuens huic misericordiae gloriam omnem suae fidelitatis. Dicit enim se ἠλεημένον ὑπὸ Κυρίȣ πιϛὸν εἶναι.

//. Hanc suam fidelitatem considerari velit, ut fundamentum, propter quod consilium suum minimè spernendum sit. Quod indicat particulâ, ὡς.

בב. Consilium suum promit, simulque commendat, & urget. Cap. VII. 26-39.

aa. Consilium ipsum legere est, Cap. VII. 26-29.

(*αα*) Breviter propositum. Cap. VII. 26. Ubi notemus

§. Sententiam. Quâ indicat

/. Finem sui consilii. Quem exprimit

— Generatim. τȣ̃το καλὸν ὑπάρχειν.

☰ Speciatim, additâ ratione. διὰ τὴν ἐνεϛῶσαν ἀνάγκην.

†. Praevidet ἀνάγκην ἐνεϛῶσαν.

AAA. Praevidet ἀνάγκην.

BBB. Eamque ut *instantem* spectat. ἐνεϛῶσαν.

††. Eamque considerat, ut rationem,

 pro-

בב. *aa*.(αα) §. /. ⩶ ††.

propter quam quid utile, & propter utilitatem decorum ſit, *Corinthiis* ſuadeat. ΔΙΑ' τὴν ἐνεςῶσαν ἀνάγκην.

//. Quid illud ſit, quod tamquam utile ſuadeat. Notetur

— Res ipſa, de quâ ſermo eſt. In quâ

†. Quod ad ſubjectum attinet, indefinitè indicatur, ad quoſcumque ſpectare. Quod ſignificatur per nomen, ἄνθρωπον. Quod non tantum Virgines, ſed etiam Juvènes coelibes ſpectat.

††. Subjectum enunciati exprimitur verbis: τὸ ὕτως εἶναι.

⩶ Quid, in praedicato, de eâ re cenſeat. ὅτι καλὸν.

§§. Quâ moderatione eam proponat. νομίζω ὖν.

/. Teſtatur ſe illud νομίζειν.

//. Idque cum antecedentibus conjungit, per particulam, ὖν.

(ββ) Enucleatiùs expoſitum. Cap. VII. 27. & 28.

§. Per modum adhortationis duplicis, pro ratione duplicis ſtatûs. Cap. VII. 27.

/. Prior adhortatio ſpectat ad illos, qui obſtricti ſunt ad conſummandum matrimonium. Ubi

— Caſus ponitur. Δέδεσαι γυναικὶ;

†. Objectum, circa quod hîc Vir juvenis concipitur verſari, exprimitur voce, γυναικὶ.

††. Interrogativè, vel, ſi malis, conditio-

ב.aa.(ββ)§./.— ††.

ditionatè ponitur vinculum aliquod. δέδεσαι;

= Suadetur, quid, hoc casu posito, faciendum sit. μὴ ζήτει λύσιν. Ubi perpendendum est,

†. Qualem λύσιν intelligat Apostolus. (a)

††. Suadet & hortatur, ut (quod aliàs variis pretextibus fieri posset) illam *non* quaerat. μὴ ζήτει.

//. Altera admonitio,

— Casum ponit. λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; Hîc notemus

†. Objectum idem, indicatum nomine, γυναικός.

††. Interrogativè, vel, si malis, conditionatè propositam, relationem ad hoc objectum. λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; (b)

= Monitum proponit. μὴ ζήτει γυναῖκα.

†. Objectum vocat, γυναῖκα.

†† Quo pacto circa hoc objectum versandum sit, declarat verbis: μὴ ζήτει.

§§. Per modum institutionis. Cap. VII. 28. In quo commate

/. Apertè declarat matrimonium (in se spectatum) non esse rem vitiosam, aut peccaminosam. Cap. VII. 28. parte priori. Hoc autem declarat:

— De

(a) Uti videtur, liberationem a promissis sponsalibus.
(b) Si liber sis, nullâ sponsione obstrictus.

בב.aa (ββ)§§./.

— De Viris juvenibus; quorum quasi unumquemque alloquitur. Ubi notemus
†. Particulas, quibus fit transitio.
AAA. Δὲ. Ne credite, me docere voluisse matrimonium esse rem vetitam; SED
BBB. Καὶ. ETIAM id quod dicam verum est.
††. Rem ipsam. In quâ reperitur
AAA. Casûs positio. ἐὰν γήμῃς.
BBB. Pronunciatio sententiae de hoc casu. ὐχ ἥμαρτες.
= De Virginibus. Ubi iterùm notetur
†. Particula, transitum faciens. καὶ.
††. Res ipsa. In quâ iterùm cernere est
AAA. Casûs positionem. Ubi
אאא. Subjectum est, ἡ παρθένος.
בבב. Praedicatum, conditionatè positum. ἐὰν γήμῃ.
BBB. Sententiam de hoc casu. ὐχ ἥμαρτε.
//. Indicat, suam tamen γνώμην non esse spernendam, sed considerandam, ut profectam ex fidelitate. Quo fine
— Praedicit illis eventum minùs optatum.
†. Transit per particulam, δὲ. Quasi diceret: Non equidem peccant matrimonium ineuntes, SED TAMEN rationem habui dicendi, ὅτι καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ ὕτως ἔιναι.
††. Rem ipsam exponit. θλίψιν τῇ σαρκὶ ἕξυσιν οἱ τοιῦτοι. = Par-

בבב. *αα*. (ββ) §§. //. —

ꟷ Testatur de suo erga ipsos affectu. Ubi iterùm notetur

†. Particula, transitum faciens, δὲ. Quasi diceret: Non equidem ex praecepto prohibui matrimonium, SED TAMEN ex affectu dissuasi.

††. Res ipsa. Ubi

AAA. Subjectum indicatur pronomine, Ἐγὼ.

BBB. Praedicatum comprehendit

אאא. Objectum. ὑμῶν.

בבב. Quo pacto circa hoc objectum se gerat. φείδομαι.

bb. Ejusdem commendationem, & confirmationem. Cap. VII. 29-39.

(*αα*) Magis generalem. Cap. VII. 29-32. parte posteriori. Ubi

§. Indicat occasionem, quâ stimulatus sit, ad hoc monitum illis proponendum. Cap. VII. 29. parte priori. Ubi rursùs

/. Blanda occurrit compellatio. ἀδελφοί.

//. Res ipsa perpendenda venit. In quâ Apostolus

— Praefatiunculâ ostendit, quod uberiùs rationem reddere velit, quare illud consilium illis dederit.

†. Repetit particulam, δὲ. Ut significet, quod, non terrendi caussâ, instantem adflictionem illis significaverit, SED ut eos prudentiam doceret.

††. Sic praefatur. τοῦτο φημὶ.

ꟷ Rationem proponit. Ubi

 †. Sup-

בב.bb.(aa)§.//.☰

†. Supponit, tempus illud reliquum angustum esse.

AAA. Vult, ut *Corinthii* considerent aliquid equidem *reliquum* esse; quod indicat dicens, τὸ λοιπόν.

BBB. Sed simul perpendant, *tempus breve* esse.

אאא. Id quod longanimitas DEI adhucdum concedebat, vocat καιρὸν, tempus opportunum; ad se praeparandum ad instantem adflictionem.

בבב. Simulque vult, ut agnoscant illud angustum esse. συνεσταλμένος ἐστι.

††. Idque indicat sibi stimulum fuisse, ad haec dicenda. per particulam, ὅτι.

§§. Declarat, se, hac in parte, finem utilissimum intendisse; nimirùm, ut in rebus hujus vitae discerent, summâ prudentiâ versari; ita ut illis animum suum non nimis altè infigant, sed adeò indifferenter eas considerent, ut haud ita difficulter eis carere possint. Cap. VII. 29. parte posteriori-32. parte posteriori. Hîc oportet, ut consideremus

/. De re ipsâ. Quam videmus, Cap. VII. 29. parte posteriori-32. In illâ autem notanda est

— Doctrina Apostoli, de prudentiâ, & quasi indifferentiâ, circa res hujus vitae, *Christianos* decente.

†. Pro-

בב.*bb*.(*aa*)§§./.—

†. Propoſita. Cap. VII. 29. parte poſteriori. 30. 31. parte priori.

AAA. In ordine ad conjugatos; qui proximè pertinent ad materiam, quam ſub manibus habebat. Cap. VII. 29. parte poſteriori. Ubi notanda eſt

אאא. Particula καὶ. Emphaſin hîc habens.

בבב. Indifferentia ſic ſuadetur, ut

aaa. Subjectum ſint, *qui uxores habent*. οἱ ἔχοντες γυναῖκας.

bbb. Praedicatum jubeat, ut ſint, *quaſi non haberent*. ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι.

BBB. In ordine ad alios. Cap. VII. 30. & 31. parte priori. Quos conſiderat

אאא. Ratione affectuum, triſtitiae & laetitiae. Cap. VII. 30. parte priori.

aaa. De *lugentibus* agit, Cap. VII. 30. in principio.

(ααα) Tranſitum facit, per particulam, καὶ.

(βββ) Rem ipſam ſic exprimit, ut

* Subjectum ſint, οἱ κλαίοντες.

** Praedicatum jubeat, ut ſint, ὡς μὴ κλαίοντες.

bbb. De

ככ. *bb*. (*aa*) §§. '. —
†. BBB. אאא. *aaa*.

bbb. De *laetantibus*. Cap. VII. 30. parte secundâ. καὶ οἱ χαίροντες, ὡς μὴ χαίροντες.

בבב. Ratione rerum mundanarum. Cap. VII. 30. parte postremâ, & 31. parte priori.

aaa. Opum. Cap. VII. 30. parte postremâ. καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς κατέχοντες.

bbb. Usûs quarumlibet rerum hujus saeculi. Cap. VII. 31. parte priori. καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι. Ubi rursûs

(*aaa*) Transitio fit, per copulam, καί.

(*βββ*) Res ipsa ita proponitur, ut

* Subjectum sint οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ. In hac subjecti descriptione notare oportet

AAAA. Objectum. τῷ κόσμῳ τούτῳ.

BBBB. Quo modo se habeant circa hoc objectum. Sunt οἱ χρώμενοι.

** Praedicatum jubeat, ut sint, ὡς μὴ καταχρώμενοι. Ubi perpendere oportet,

AAAA. Quid sit καταχρῆσθαι τῷ κόσμῳ τούτῳ. Oppositè ad χρῆσθαι.

BBBB. Quod Apostolus ab illâ καταχρήσει dehortetur, atque jubeat, ut ita sint χρώμενοι, ὡς μὴ καταχρώμενοι.

††. Con-

בבב.*bb*.(*aa*)§§./.— †.

††. Confirmata. Cap. VII. 31. parte posteriori. Ubi perpendatur

AAA. Thesis Apostoli. In quâ

אאא. Subjectum est, τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Quod ut rectè intelligatur, perpendere oportet,

aaa. Quid intelligat nomine, τοῦ κόσμου τούτου.

(*aaa*) Τοῦ κόσμου.

(*βββ*) Τοῦ κόσμου τούτου.

bbb. Quid sit ejus σχῆμα. τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου.

בבב. Praedicatum est, παράγει.

BBB. Quod hoc afferat in confirmationem dictorum. Quod indicatur per particulam, γάρ.

= Quod hic finis sit, ad quem de afflictionibus locutus sit. Quod indicat per particulam. ἵνα. Cap. VII. 29. parte posteriori.

//. De protestatione Apostoli de suo erga *Corinthios* adfectu. Cap. VII. 32. parte priori. Ubi notetur

— Particula, quâ transitum facit. δέ.

= Res ipsa. Θέλω ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. Perpendamus hîc

†. Praerogativam illam praestantissimam, de quâ loquitur Apostolus. ἀμερίμνους εἶναι.

††. Voluntatem Apostoli, quâ cupit, ut *Corinthii* hujus praerogativae participes evadant. Θέλω ὑμᾶς εἶναι ἀμερίμνους.

V v (*ββ*) Spe-

בב.*bb*.(*aa*)

(*ββ*) Specialiorem, & huic argumento directè adplicatam. Cap. VII. 32. parte posteriori-39. Hîc autem convenienter declarato suo affectui, (qui ut fundamentum considerari, & ad hanc pericopam referri posset)

§. Demonstrat, majoribus sollicitudinibus, rerumque terrenarum curis implicari matrimonio conjunctos, quam qui ab hoc vinculo liberi sunt. Cap. VII. 32. parte posteriori-35. Idque ostendit

/. Quoad mares. Cap. VII. 32. parte posteriori & 33. Ubi sibi invicem opponuntur

⸗ Cura cœlibum, vel extra matrimonium viventium. Cap. VII. 32. parte posteriori. Quam

†. Describit, dicens: ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου. Ubi

AAA. Subjectum est, ὁ ἄγαμος.

BBB. Praedicatum. μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου. Notemus

אאא. Objectum. τὰ τοῦ Κυρίου.

בבב. Actuositas circa hoc objectum. μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου.

††. Illustrat descriptionem, indicato fine. πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ. Ubi videndum est,

AAA. Quid sit ἀρέσαι τῷ Κυρίῳ. Adeoque perpendendum est,

אאא. Quis sit ὁ Κύριος.

בבב. Quaenam illa activitas, quae dicitur ἀρέσαι τῷ Κυρίῳ.

BBB. Quod

בב.bb.(ββ)§./.— ††.AAA.

BBB. Quod ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ sollicitâ curâ studeat τὸ πῶς, *quo modo* ad hunc finem agendum sit.

⊐ Cura illorum, qui uxorati sunt. Cap. VII. 33.

†. Oppositio indicatur, per particulam, δὲ.

††. Res ipsa ita exprimitur, ut

AAA. Subjectum sit, ὁ γαμήσας.

BBB. Praedicatum indicet, quaenam illius sit cura. Quae

אאא. Describitur, his verbis: μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου. Ubi iterùm considerandum est

aaa. De objecto; quod sunt, τὰ τοῦ κόσμου. Perpendere igitur oportet,

(*ααα*) Quid Apostolo hîc sit, ὁ κόσμος.

(*βββ*) Quid sint, τὰ τοῦ κόσμου.

bbb. De actuositate circa hoc objectum. Quae hîc exprimitur per verbum, μεριμνᾷ.

בבב. Descriptio illustratur, ita ut exponatur, in quo consistat illud μεριμνᾶν τὰ τοῦ κόσμου: Nimirùm, in eo, quod μεριμνᾷ πῶς ἀρέσει τῇ γυναικὶ. Ubi perpendere oportet,

aaa. Quid sit ἀρέσαι τῇ γυναικὶ. Adeoque contemplandum est,

 (*ααα*) Ob-

בב.*bb*.(ββ)§./.⸗ ††.BBB.בבב.*aaa*.

(*ααα*) Objectum. τῇ γυναικὶ, dicit Apostolus.

(*βββ*) Activitas circa illud objectum. ἀρέσει τῇ γυναικὶ.

bbb. Quod ὁ γαμήσας sollicitâ curâ meditetur τὸ πῶς. πῶς ἀρέσει τῇ γυναικὶ.

//. Quoad foeminas. Cap. VII. 34.

– Generatim, indicat discrimen dari inter nuptam & virginem. Cap. VII. 34. parte priori.

†. Duae classes memorantur.

AAA. Prior exprimitur nomine, ἡ γυνὴ.

BBB. Altera

אאא. Priori quasi ad latus ponitur, per particulam καὶ.

בבב. Indicatur nomine, ἡ παρθένος.

††. Docetur, quod inter illas discrimen sit. μεμέρισται.

⸗ Speciatim, illud discrimen explicat. Cap. VII. 34. parte posteriori. Docens,

†. Quid innupta faciat. Quod

AAA. Proponitur. Ubi

אאא. Subjectum est, ἡ ἄγαμος.

בבב. Praedicatum, μεριμνᾷ τὰ τῦ Κυρίυ. Confer versum 32.

BBB. Illustratur. Ubi indicatur finis, quem intendit. Qui

אאא. Acer-

בבב. *bb*. (ββ) §. //. ☰ †. AAA.

אאא. Acervatim exprimitur. ἵνα ἁγία ῇ.

aaa. Res intenta eſt ἁγίαν εἶναι.

bbb. Quod illa hîc tamquam finis conſideretur, quam ἡ ἄγαμος intendat, docet particula, ἵνα.

בבב. Amplificatur, additis verbis: καὶ σώματι καὶ πνεύματι.

aaa. Diſtinctè conſiderat Apoſtolus duas principes partes:

(*aaa*) Σώματι.

(βββ) Πνεύματι.

bbb. Eaſque ſociat, per duplicatam particulam καὶ-καὶ. (*a*)

††. Quid, contrà, nupta viro.

AAA. Oppoſitio fit, per particulam, δὲ.

BBB. Res ipſa ita proponitur: (uti ſuprà, de Viro Uxorem habente, unde analyſis repeti poteſt) ἡ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί.

§§. Hinc

(*a*) Vel in hunc modum:
Hic notetur

אאא. Res intenta:

aaa. Acervatim expreſſa. ἁγία ῇ.

bbb. Magis diſtinctè amplificata. Ubi

(*aaa*) Utramque hominis partem eſſentialem exprimit.

* Σώματι.

** Πνεύματι.

(βββ) Eaſque ſociat, duplicatâ particulâ, καὶ.

בבב. Quod hic ſit finis, quem intendit ἡ ἄγαμος. Quod indicat particula, ἵνα.

בב.*bb*.(ββ)§.

§§. Hinc elicit consequens, indicans, quid magis consultum videri debeat. Cap. VII. 35-39. Hoc autem indicat, duplici respectu:

/. Quoad illos, qui ipsi in coelibatu vivunt, atque de matrimonio ineundo, vel non ineundo deliberare possunt. Cap. VII. 35. Ubi Apostolus

— Transitum facit, per particulam, δὲ. Quae subindicat, quod velit amovere pravam suspicionem, quasi haec, non ex affectu erga illos, sed ex aliis principiis, scriberet.

= Rem ipsam

†. Breviter sic exprimit: τοῦτο πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω. Ubi

AAA. Denuò asserit, quae dixerat. τοῦτο λέγω.

BBB. Addit, quid intendat.

אאא. Generatim, τὸ συμφέρον. id quod *utile* est.

בבב. Speciatim, *Corinthiorum*, ad quos scribebat, *ipsorum* commodum. ὑμῶν αὐτῶν.

aaa. Alloquium dirigitur ad *Corinthios*. per pronomen, ὑμῶν.

bbb. Idque non sine emphasi, expressâ per pronomen demonstrativum. αὐτῶν.

††. Uberiùs illustrat. Et quidem

AAA. Ne-

בב.bb.(ββ)§§./.☰ ††.

AAA. Negativè. ὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω.

אאא. Indicat illaudabilem quemdam ſcopum, qui foret ἐπιβαλεῖν βρόχον.

בבב. Proteſtatur ſe a tali illaudabili ſcopo, ex affectu erga *Corinthios*, longè alieniſſimum eſſe. ΟΥΧ ΊΝΑ βρόχον ΥΜΙΝ ἐπιβάλω. Notetur hîc

aaa. In genere, quod *laqueum injicere* ab intentione ſua alienum ſit. ΟΥΧ ΊΝΑ βρόχον ἐπιβάλω.

bbb. In ſpecie, quod illud facere *Corinthiis*, quos impenſè diligebat, minimè intenderit. ὐχ ἵνα βρόχον ΥΜΙΝ ἐπιβάλω.

BBB. Poſitivè. ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον, καὶ εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως. Ubi

אאא. Tranſitio fit, per particulam adverſativam. ἀλλά. Quâ ſignificat, ſe longè alium, quem habuerit, finem indicaturum eſſe.

בבב. Res ipſa exponitur. Ubi attendere oportet, ad

aaa. Exoptatum bonum. Quod (*aaa*) A potiſſimâ parte deſcribitur.

* Ge-

בב.*bb*.(ββ)

§§./.= ††.BBB.בבבב.*aaa*.(*aaa*)

* Generaliori vocabulo, ut εὐσχημον.

** Ulteriori, ad explicationem faciente, adjectâ periphrasi.

AAAA. Connectitur per particulam, καὶ. Quae hîc exegetica videtur.

BBBB. Exponitur τὸ εὔσχημον per εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ. Ubi attendere oportet, ad

אאאא. Objectum. τῷ Κυρίῳ.

בבבב. Relationem ad illud objectum. Quae exprimitur per vocem. εὐπρόσεδρον.

(βββ) Addito adjuncto, hîc simul spectando. ἀπερισπάστως.

bbb. Hoc a se intendi docet Apostolus, per praepositionem, πρὸς.

//. Quoad illos, quibus deliberandum est, de aliorum, sub ipsorum potestate constitutorum, matrimonio vel permittendo, vel impediendo. Cap. VII. 36. 37. & 38. De hisce

— Distributè agit Apostolus. Cap. VII. 36. & 37. Ubi mentem suam aperit

†. De illis, qui, certo casu, nuptum dant. Cap. VII. 36. Ubi

AAA. Transitio fit, per particulam, δὲ.

BBB. Res ipsa ita proponitur, ut

אאא. Ca-

בב.*bb*.(ββ)§§.//.— †.
BBB.

אאא. Casus ponatur. Ubi notanda venit
aaa. Res ipsa, quae materiam praebet huic casûs positioni.
(αα) Committit eam cujusvis judicio. τις νομίζει.
(βββ) Describit, quale judicium hîc supponat. Nimirùm, quo quis existimet
* Se ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος.
AAAA. Objectum judicii est,
אאאא. In genere consideratum, παρθένος.
בבבב. In specie talis, quae sub potestate ejus sit, quam ob caussam dicitur, ἡ παρθένος αὐτοῦ.
BBBB. Quid de hoc objecto judicet; Nimirùm, se circa hoc objectum indecorè acturum, si excederet florem aetatis.
אאאא. Alligatur hoc judicium certo cuidam casui. Nimirùm, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος. Ubi videndum,
aaaa. Quid sit εἶναι ὑπέρακμον.
bbbb. Quod in hoc judicio illud pro hypothesi ponatur. ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος.
בבבב. Judicium tunc est, se indecorè agere. ἀσχημονεῖν.
** Καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι.
AAAA. Judicium alterum priori jungitur. per particulam, καὶ.
BBBB. Exprimitur verbis: οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι οὕτως. Id est, ita (ut eam nuptui locet) fieri oportere:

 bbb. Con-

בב.*bb*.(ββ)

§§.//.— †.BBB.אאא.*aaa*.

bbb. Conditionata ejus propositio, indicata per particulas, εἰ τις.

בבב. Quid de illo casu pronunciet Apostolus. Quod declarat

aaa. Illi qui virginem habet in suâ potestate. Cui suam sententiam declarat

(ααα) Positivis verbis: ὃ θέλει ποιείτω.

(βββ) Negativis: οὐχ ἁμαρτάνει.

bbb. Ipsi virgini, ejusque proco. γαμείτωσαν.

††. De illis, qui, certo casu, virginem, quam in potestate habent, innuptam servant. Cap. VII. 37.

AAA. Transitio fit, per particulam, δὲ.

BBB. Res ipsa ita exprimitur:

אאא. Praemittit Apostolus quaedam requisita in illo, de quo hic suam sententiam explicare vult.

aaa. Generaliora. Qualia sunt

(ααα) Constantia animi. Hic perpendi debet

* Subjectum, quo. ἐν τῇ καρδίᾳ.

** Qualitas in eo. ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν [αὐτῇ].

(βββ) Libera potestas:

* Negativè expressa. μὴ ἔχων ἀνάγκην.

** Po-

בב.*bb*.(ββ)§§.//.— ††.
BBB.אאא.*aaa*.(βββ)*

** Positivè expressa. Ubi

AAAA. Describitur verbis: ἐξουσίαν ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος. In hac descriptione notetur

אאאא. Objectum, circa quod is, qui hîc indigitatur, versatur. τοῦ ἰδίου θελήματος.

בבבב. Quomodo circa hoc objectum se habeat. ἐξουσίαν ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος.

BBBB. Opponitur τῇ ἀνάγκῃ. per particulam, δὲ.

bbb. Specialius, per quod ad hoc, de quo agitur, negotium adplicatur. Nimirùm, propositum deliberatum, servandi virginem, quam in potestate habet, innuptam.

(*aaa*) Applicatio ad praesens negotium fit, per particulam, καὶ.

(βββ) Descriptio requisiti indicat

* Rem, quam faciet. Quae exprimitur verbis: τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον.

AAAA. Objectum iterùm est, ἡ παρθένος ἑαυτοῦ. Sermo igitur est, de

אאאא. Virgine.

בבבב. Et quidem tali, quae est in illius, de quo loquitur, potestate.

 BBBB. Quid

בב.*bb*.(ββ)

§§.//.— ††.BBB.אאא.*bbb*.(βββ)*AAAA.

BBBB. Quid ei facere velit, exprimitur verbo, τȣ̃ τηρεῖν.

** Deliberatum ejus propoſitum. Quod exprimitur verbis: τȣ̃το κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ ἀυτȣ̃.

AAAA. Propoſitum indicatur verbis: τȣ̃το κέκρικεν.

BBBB. Non ſubitaneum, ſed deliberatum hîc requiri, fortiùs videtur exprimi verbis: ἐν τῇ καρδίᾳ ἀυτȣ̃.

בבב. Quid, his poſitis, ſtatuat Apoſtolus. καλῶς ποιεῖ.

⩵ Comparatè de utriſque pronunciat. Cap. VII. 38 Ubi

†. Quaſi per modum concluſionis, ex dictis ſuam ſententiam elicit. per particulam, ὥστε.

††. Sententiam ſuam declarat:

AAA. De illis, qui virginem, quam in poteſtate habent, nuptum dant. Ubi conſiderandum occurrit

אאא. Subjectum.

aaa. Deſcriptum: ὁ ἐκγαμίζων.

bbb. Additâ, emphaſeos cauſſâ, particulâ, καὶ.

בבב. Praedicatum. καλῶς ποιεῖ.

BBB. De

בב. *bb.* (ββ) §§. //. ⇉ ††. AAA.

BBB. De illis, qui, contrà, virginem suam innuptam servant.

אאא. Hos illis, de quibus locutus erat, contradistinguit. per particulam, δὲ.

בבב. Rem ipsam ita exprimit, ut

aaa. Subjectum indicetur verbis: ὁ μὴ ἐκγαμίζων.

bbb. Praedicatum, verbis: κρεῖσσον ποιεῖ.



TABULA XXXI. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VII. 39. 40.

CONtinet haec pericopa ſententiae Apoſtoli de matrimonio (per ſe non illicito, vel peccaminoſo, ſed ob exſpectandas adflictiones minùs commodo) declarationem & commendationem, quoad Viduas. Cap. VII. 39. 40.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II B.ג.*a*.(β)2.BB.

אא. In hac pericopâ declarat Apoſtolus ſuam ſententiam:

aa. Quoad praecedentem obligationem illarum, ſtante matrimonio, durante adhuc vitâ maritorum. Cap. VII. 39. parte priori. Ubi notetur

(αα) Subjectum. Γυνή.

(ββ) Praedicatum. Indicans

§. Obligationem. δέδεται νόμῳ. Ubi videndum eſt

/. Vinculum obſtringens. Quod eſt *Lex*. Νόμῳ.

//, Obligationem expreſſam verbo, δέδεται.

§§. Reſtrictionem, ſive limitationem ejus, ratione temporis, quo haec obligatio duret.

/. De-

אא.aa.(ββ)§§.

/. Designatur hoc tempus, ut tempus vitae mariti, ut χρόνος,

— Quo ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Hic perpendendum est,

†. Quid ponatur. ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Hic

AAA Subjectum est, ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Describitur igitur hoc subjectum

אאא. A sexu. ὁ ἀνὴρ.

בבב. A relatione inter illum & mulierem. ὁ ἀνὴρ ΑΥΤΗΣ.

BBB. Praedicatum. ζῇ.

††. Quod id consideretur, ut definiens tempus istius obligationis. χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.

= Quo quidem *toto* obligata sit. ἐφ' ὍΣΟΝ χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.

//. Simulque ei adstringitur illa obligatio, per praepositionem, ἐπὶ. ἘΦ' ὅσον χρόνον.

bb. Quoad illarum, sequenti tempore, libertatem, justis limitibus circumscriptam, & commoditatem. Cap. VII. 39. parte posteriori, & 40. parte priori.

(*aa*) Quantum ad libertatem attinet,

§. Definitur tempus ejus. Ubi considerandum est,

/. Quod Apostolus hoc tempus opponat praecedenti, per particulam, δὲ.

//. Quod illud describat. ἐὰν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς κοιμηθῇ.

Hic videndum est,

— Quid ponat Apostolus. ὁ ἀνὴρ αὐτῆς κοιμηθῇ. Ubi notemus

†. Sub-

ℵℵ.*bb*.(*aa*)§.//.—

†. Subjectum idem, & eodem modo descriptum, uti in superiori membro. ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.

††. Praedicatum. κοιμηθῇ.

⊐ Quod huic tempori alliget id, quod dicturus est, per particulam, ἐὰν.

§§. Declaratur libertas, quam illo tempore vidua habet, suo tamen limite descripta.

/. Concessio liberae potestatis iterùm nubendi. ἐλευθέρα ἐςὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι.

— Id, ad quod potestatem habet, de quo hîc agitur,

†. Indicatur verbo, γαμηθῆναι.

††. Amplificatur, additis verbis: ᾧ θέλει.

⊐ Libertas hac in parte ei conceditur verbis: ἐλευθέρα ἐςὶν.

//. Limitatio tamen additur. μόνον ἐν Κυρίῳ. Ubi perpendendum est,

— Quid sit γαμηθῆναι ἐν Κυρίῳ. Adeoque considerandum est

†. De objecto, Κυρίῳ.

††. De relatione matrimonii iterandi ad hoc objectum, expressà per particulam, ἐν 'EN Κυρίῳ [γαμηθῆναι]

⊐ Quod hoc, non alio, vinculo, restringatur concessa libertas. Quod indicatur per particulam, μόνον.

(ββ) Quantum ad commodum attinet, Apostolus suam sententiam declarat. Cap. VII. 40. parte priori.

§. Transf-

אא.bb.(ββ)

§. Tranſitio fit, per particulam, δὲ. Quâ innuitur, non eamdem rationem eſſe liciti & commodi.

§§. Res ipſa ita proponitur, ut Apoſtolus

/. De ſtatu viduae, extra iteratum matrimonium viventis, ſtatuat eam eſſe feliciorem. Ubi

— Caſus ponitur. ἐὰν οὕτω μείνῃ.

†. Ipſe ſtatus, & perſeverantia in eo, exprimitur per verba: οὕτω μείνῃ.

AAA. Status ipſe indicatur adverbio, οὕτω. Scilicet in ſtatu ἐλευθερίας.

BBB. Perſeverantia in eo, per verbum μείνῃ.

††. Per modum caſûs poſitionis proponitur, per particulam, ἐὰν.

= Quid de viduâ tali in caſu cenſendum ſit. μακαριωτέρα ἐςιν.

//. Hoc non pro praecepto venditet, ſed tamquam ſuam ſententiam teneri velit. Quod exprimit verbis: κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην. Hîc

— Tribuit ſibi γνώμην. Ubi perpendere oportet,

†. Quid ſit γνώμη.

††. Quod ſibi eam tribuat, dicendo, τὴν ἐμὴν γνώμην.

= Declarat id, quod de ſtatu viduae, in libertate manentis, dixerat, pro ſuâ ſententiâ habendum eſſe. Quo facit particula, κατὰ. ΚΑΤΑ᾽ τὴν ἐμὴν γνώμην.

אא.

בב. Suam declarationem commendat & confirmat. Cap. VII. 40. parte posteriori. Ubi attendere juvat

aa. Ad particulam, quâ transitum facit, δὲ. Quâ indicat, etiamsi γνώμην tantùm suam declaraverit, tamen non despiciendum esse suum consilium.

bb. Quid ad commendationem afferat. Ubi perpendenda est

(αα) Res ipsa, quam afferit. Nimirùm, quod *ipse quoque Spiritum DEI habeat*. Notetur

§. Subjectum, emphaticè expressum. Κἀγὼ.

§§. Praedicatum, de hoc subjecto. ἔχειν πνεῦμα Θεοῦ.

/. Bonum ipsum, de quo loquitur, est πνεῦμα Θεοῦ.

— Θεὸς est Pater & Filius: Nisi malis speciali relatione ad Patrem referre, stylo consueto. Conf. *Rom.* VIII. 14.

= Ei tribuitur πνεῦμα. πνεῦμα Θεοῦ.

//. Participatio ejus exprimitur verbo, ἔχειν.

(ββ) Modus, quo eam afferat, cognoscendus ex verbo, δοκῶ.

T A-

TABULA XXXII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VIII. 1-4.

Continetur hac pericopâ propositio & summatim facta confutatio praetextuum, quibus illi, qui praecepto concilii Apostolici, de non comedendis idolothytis, nolebant obstringi, utebantur. Cap. VIII. 1-4.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b.*(α)1.AA.אא.*aa.*(αα)§.

Hic notetur

/. Propositio materiae disputationis. Cap. VIII. 1. parte priori

— Transitio fit per particulam, δὲ.

☰ Propositio ipsa indicat materiam disputationis, verbis περὶ τῶν εἰδωλοθύτων.

†. Materiam disputationis esse *sacrificia idolis oblata.* εἰδωλόθυτα.

††. De illis quaesivisse *Corinthios*, & Apostolum responsurum esse. περὶ τῶν εἰδωλοθύτων.

//. Ratiocinatio super principio generali, cui praetextûs suos superstruebant Adversarii. Cap. VIII. 1. parte posteriori, 2. & 3.

— Generale illud principium exprimitur verbis: οἴδαμεν, ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν. Cap. VIII. 1. parte secundâ.

II.—

Ubi perpendere oportet,

†. Quid ponatur. ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν.

AAA. Privilegium de quo ſermo eſt, in eo conſiſtit, ὅτι γνῶσιν ἔχομεν. Ubi perpendendum eſt

אאא. Subjectum, quod non nominatur, ſed verbo, in primâ perſonâ expreſſo, indicatur. ἔχομεν.

בבב. Quid huic ſubjecto tribuatur. Scilicet τὸ ἔχειν γνῶσιν. Ubi videndum eſt,

aaa. Quaenam γνῶσις ſit, de quâ loquitur.

bbb. Quod eam huic ſubjecto tribuat. ἔχομεν γνῶσιν.

BBB. Idque proponitur, ut *univerſis* conceſſum. πάντες. Quaſi dicerent: Tu *Paule*, tui ſocii in ſtrenuè defendenda libertate; Nos quoque omnes, qui tua veſtigia premimus, qui nolumus nobis adimi privilegia Novi Teſtamenti; Nos OMNES.

††. Quodque illud, ut ſatis notum, hîc pro fundamento ponatur. οἴδαμεν ὅτι γνῶσιν ἔχομεν.

☰ Conſequentiam, quam inde elicere conabantur, evertit.

†. Acervatim docendo, quinam fructus ſint, tùm γνώσεως, ſive *ſcientiae*, tùm ἀγάπης, ſive *caritatis*. Cap. VIII. 1. parte poſtremâ. Ubi

AAA. Sententiam fert de *ſcientiâ*. Quae, ſcilicet, vacua ſit caritate. ἡ γνῶσις φυσιοῖ.

אאא. Subjectum hujus dicti eſt, ἡ γνῶσις. *HAEC ſcientia*.

בבב. Praedicatum. φυσιοῖ.

BBB. Subjicit alteram ſententiam de caritate. ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Ubi

//.☰ †.BBB.

Ubi obſervetur

אאא. Particula, tranſitum faciens. δὲ.

בבב. Res ipſa. Ubi iterùm conſiderandum erit, de

aaa. Subjecto. ἡ ἀγάπη.

bbb. Praedicato. οἰκοδομεῖ.

††. Enucleatiùs hoc dictum amplificando & illuſtrando. Cap. VIII. 2. & 3.

AAA. Quoad *cognitionem*. Cap. VIII. 2. Ubi

אאא. Conſiderandum proponit hominem qualemcunque ſuâ cognitione, caritate vacuâ, turgidum. Cap. VIII. 2. parte priori.

aaa. Particula δὲ videtur innuere, quod loquatur de illâ cognitione, quae caritati ſit adverſaria.

bbb. Deſcribit autem ſuum hominem, & quidem qualemcunque.

(*aaa*) Ipſa deſcriptio eum pingit, ut,

* Ei tribuat qualemcunque ſcientiam. εἰδέναι τι. Pingit igitur eum,

AAAA. Ei tribuendo ſcientiam, εἰδέναι.

BBBB. Simulque indicando, reſtrictam illam eſſe, per voculam, τι. εἰδέναι TI.

** Ipſumque ſpectet, ut qui ſibi eo nomine blandiatur. δοκεῖ.

(*βββ*) Indicaturque ſimul univerſalitas; hominem, nimirùm, talem, quem ita deſcripſit, qualemcunque, cujus ordinis & dignitatis ſit, ſine diſcrimine eſſe intelligendum. per particulas, εἰ τις.

 בבב. De-

//.ב. ††.AAA.אאא.

בבב. Declarat, quo pacto istiusmodi homo censeri debeat. Ubi

aaa. Pronunciat scientiam ejus pro nullâ prorsus habendam esse. οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε.

bbb. Explicat, quo respectu hoc intelligendum sit. καθὼς δεῖ γνῶναι.

BBB. Quoad *amorem DEI.* Cap. VIII. 3. Ubi

אאא. Particula δὲ hanc qualitatem opponit turgidae scientiae.

בבב. Res ipsa ita exprimitur, ut Apostolus

aaa. Describat suum hominem a qualitate illâ, excluso omni alio discrimine. εἰ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν.

(*ααα*) Descriptio a qualitate exhibet

* Objectum, circa quod illa versetur. *DEUM.* τὸν Θεὸν.

** Quo modo circa illud objectum versetur. ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν.

(*βββ*) Excluditur omne aliud discrimen. ΕΙ ΤΙΣ ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν.

bbb. Quid de illo existimandum sit. οὗτος ἔγνωσαι ὑπ' αὐτοῦ.

TA-

TABULA XXXIII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VIII. 4-9.

Continet haec pericopa enucleatiorem indicationem, & refutationem praetextuum Adversariorum; & quidem primi praetextûs, contra praeceptum de non comedendis idolothytis.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.b.(a)1.AA.אא.aa.(aa)§§./.

Hic videmus Apostolum ratiocinantem contra primum praetextum. Cap. VIII. 4-9. ita procedere, ut

– Hypothesin concedat, quin & ipse stabiliat. Cap. VIII. 4-7. Ubi

†. Concedit hypothesin, quam caussae huic controversae praetexebant. Cap. VIII. 4.

AAA. Per particulam οὖν indicat se illa, quae generatim dixerat, de γνώσει τῇ ἀγάπῃ contradistinctâ & ab ea sejunctâ, nunc huic controversiae applicatum ire.

BBB. Rem ipsam ita proponit, ut

אאא. Indicet materiam controversiae. Ubi perpendenda venit

aaa. Res ipsa. Quae est βρώσις τῶν εἰδωλοθύτων. Ubi videndum est,

(*aaa*) Quid

— †.BBB.אאא.*aaa.*

(*aaa*) Quid ſint εἰδωλόθυτα.

(*βββ*) De quâ βρώσει eorum hîc ſermo ſit.

bbb. Controverſia de eâ, indicata per praepoſitionem περὶ.

בבב. Concedit duplicem hypotheſin, cui ſuas ratiocinationes ſuperſtruebant Adverſarii.

aaa. Hypotheſes ſunt duae.

(*aaa*) Prima eſt de nullitate idolorum omnium. Quae

* Exprimitur. οὐδὲν εἴδωλον. Ubi ſpectandum eſt

AAAA. Subjectum. εἴδωλον.

BBBB. Praedicatum. οὐδὲν. Vult dicere, quod nihil ſit; quod nullum valorem habeat idolum ad aliquid effiſiendum, quod, uti non poteſt, aliquid boni conciliare cibo ſibi in honorem oblato, ſic etiam nihil noxae in eum inferre; multo minus hominem polluere. Conf. *Matth.* XV. 16. & ſeqq.

** Amplificatur, adjectis verbis: ἐν κόσμῳ. Perpende hîc,

AAAA. Quid ſignificet Apoſtolus hoc nomine, κόσμος.

BBBB. Quid denotet phraſis: ἘΝ κόσμῳ.

(*βββ*) Altera eſt, cum priori connexa, de unitate DEI.

* Hy-

— †.BBB.בבב. *aaa*.(βββ)

* Hypothesis secunda ipsa constat negatione Divinitatis omnis, unicâ exceptâ.

AAAA. Negatio cujuscumque Divinitatis Gentilium. ὐδεὶς Θεὸς ἕτερος.

BBBB. Agnitio unius DEI, oppositè ad alios.

אאאא. Agnitio ipsa exprimitur voculâ, εἷς. (supple, ἐστιν.)

בבבב. Oppositio fit per particulas, εἰ μὴ.

** Jungitur cum priori, tamquam ejus fundamentum. per particulam. καὶ.

bbb. Concessionem, sive assensum Apostoli; quo testatur se hactenùs cum Adversariis suis consentire. ὄιδαμεν ὅτι.

††. Posteriorem hypothesin (& eo ipso quoque primam) confirmat. Cap. VIII. 5. 6. Perpendamus hîc,

AAA. Quod hoc in confirmationem afferat. Quod indicat particula, γὰρ.

BBB. Rem ipsam, quam in ulteriorem confirmationem adducit. Ubi videmus

אאא. Objectionem, quam sibi moveri posse videbat & agnoscebat Apostolus; quâ simul indicat se contra Adversarios nequa-

Z z

—††.BBB.אאא.

quaquam uti voluisse, sed potiùs eorum hypothesin probare.

aaa. Ponitur, quin & amplificatur positio opponentium.

(ααα) Proponitur hisce verbis: εἰσὶ λεγόμενοι Θεοί.

(βββ) Amplificatur, indicatione duplicis loci, ubi reperiantur illi Θεοὶ λεγόμενοι.

* Εἴτε ἐν οὐρανῷ.

** Εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς.

bbb. Confirmatur, quotidianâ experientiâ, vel usu sermonis recepto. Ubi notetur,

(ααα) Quod id in confirmationem adducatur. Quod indicat particula, ὥσπερ.

(βββ) Res ipsa, quâ confirmatio perficitur, duobus membris comprehensa.

* Εἰσὶ πολλοὶ Θεοί.

** Καὶ Κύριοι πολλοί.

בבב. Objectionis remotionem. Cap. VIII. 6. Ubi notare oportet

aaa. Transitionem, quae fit per oppositionem, quâ sermonibus vel opinionibus illorum, qui *plures DEOS pluresque Dominos* crepabant; opponitur sententia rectè sentientium; quibus se annumerat Apostolus. Reperimus enim hîc

(ααα) Par-

— ††.BBB.בבב.*aaa.*

(*aaa*) Particulam, transitum indicantem, adversativam, ἀλλά.

(*βββ*) Indicationem personarum, quae aliter sentiunt, quam illi, qui *plures DEOS pluresque Dominos* in ore gerunt. ἡμῖν.

bbb. Declarationem ipsius sententiae & doctrinae rectè sentientium, quibus accenseri vult Apostolus. Quibus

(*aaa*) Unitas DEI agnoscitur. Qui

* Indicatur:

AAAA. Nominibus. Θεὸς ὁ Πατήρ.

אאאא. Θεός.

בבבב. Ὁ Πατήρ.

BBBB. Descriptione. Quâ indicatur,

אאאא. Qualis sit, in ordine ad omnia, quae ei originem suam debent. ἐξ οὗ τὰ πάντα. Ubi pependendum est,

aaaa. Quid sub voce τὰ πάντα comprehendatur.

bbbb. Quo sensu illa dicantur, ἐξ οὗ.

(*aaaa*) Articulus postpositivus respicit ad *Patrem*. οὗ.

(*ββββ*) Phrasis ἐξ οὗ indicat, quod Ille sit prima omnium origo.

— ††.BBB.בבב *bbb*.
(*aaa*)* BBBB.אאאא.

בבבב. Quae sit relatio credentium ad Ipsum; quod superstruitur descriptioni proximè praecedenti. Perpendatur hìc
aaaa. Res ipsa. ἡμεῖς εἰς αὐτόν. In quo enunciato
(*aaaa*) Subjectum exprimitur pronomine, ἡμεῖς.
(ββββ) Praedicatum indicat, in quo ordine. Ubi
⊥. Objectum, *Pater*, iterùm indicatur per pronomen relativum. αὐτόν.
⊥⊥. Relatio ad hoc objectum exprimitur, per praepositionem, εἰς.
bbbb. Connexio ejus cum proximè praecedenti membro, per particulam, καὶ, indicata.

** Laudatur, ut *unicus*, quem solum agnoscant *Paulus* & rectè sentientes. ἡμῖν ΕΙΣ Θεὸς.

(βββ) Et unitas *Domini*. Ubi notemus
* Connexionem hujus & proximè praecedentis sententiae, per particulam, καὶ.
** Rem ipsam. Ubi rursùs
AAAA. Indicatur unus ille *Dominus*:
אאאא. Nominibus:
aaaa. Appellativo. Κύριος.
bbbb. Propriis, Ipsius personam designare solitis. Ἰησοῦς Χριστὸς.

בבבב. De-

— †† BBB. בבב. *bbb*. (ββββ)
**AAAA. אאאא.

בבבב. Descriptione ejus; quâ
aaaa. Spectandus exhibetur ut omnium caussa.
Ubi pariter perpendendum est,
(αααα) Quid sub voce τὰ πάντα comprehendatur.
(ββββ) Quid denotet dictum δι' ὅ.
Ubi iterùm
†. Articulus postpositivus indigitat CHRISTUM. ὅ.
††. Phrasis δι' ὅ indicat Eum caussam esse.
bbbb. Indicatur relatio credentium ad Eum. Quae
(αααα) Exprimitur verbis: ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.
†. Subjectum exprimitur pronomine, ἡμεῖς.
††. Relatio ad JESUM CHRISTUM. δι' αὐτοῦ.
Ubi notemus
A. Objectum. αὐτοῦ.
AA. Relationem indicatam, per praepositionem, διὰ. δι' αὐτοῦ.
(ββββ) Connectitur cum praecedenti membro, per particulam, καὶ.
BBBB. De eo praedicatur, quod sit *unus*. εἷς.

Ξ Enervet consequentiam, quam hinc elicere conabantur Adversarii, quasi liceat illis, qui hac scientiâ praediti sunt, sine discrimine, nullâ ratione charitatis erga fratres infirmos habitâ, idolothytis vesci. Cap. VIII. 7. & 8.

†. Quod se ad enervandam hanc consequentiam accingat Apostolus, indicat per particulam, ἀλλά.

††. Ratiocinatio, quam in hunc finem adhibet, ita comparata est, ut ostendat

ΑΑΑ. Nonnullos esu idolothytorum conscientiam suam contaminare. Cap. VIII. 7.

Hîc notandum est,

אאא. Fundamentum, quod ratiocinationi suae substernit Apostolus. Ubi

aaa. Subjectum est, ἡ γνῶσις.

bbb. Praedicatum. οὐκ ἐν πᾶσιν.

בבב. Huic fundamento superstruit hanc sententiam, non nullos saltem comedendo idolothyta peccare, suamque conscientiam polluere.

aaa. Opponit quosdam illis, qui istâ γνώσει sunt praediti, cujus oppositionis indicium est particula, δὲ.

bbb. Hos describit, & quid faciant, edocet.

(*aaa*) Descriptio statûs animi, in quo etiam nunc sunt, licet alii meliùs edocti sint, continetur verbis: τινὲς τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου ἕως ἄρτι.

Quibus verbis videtur indicare quosdam, etiamsi professi sint doctrinam Evangelii, tamen adhucdum laborantes aliquâ cir-

☰††. AAA. בבבב. *bbb* (*aaa*)

circa idola, quaſi aliquid valerent, praejudicatâ opinione. Hos igitur

* Deſcribit ut praeditos & activos τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλȣ. Ubi perpendendum eſt,

AAAA. Quid ſit συνείδησις τοῦ εἰδώλȣ. Adeoque videndum eſt,

אאאא. Quid ſit τὸ εἴδωλον.

בבבב. Quid ſit συνείδησις τοῦ εἰδώλȣ.

BBBB. Quid ſit eſſe vel agere τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλȣ. (*a*)

** Eos ſpectandos proponit:

AAAA. Ut quosdam. τινὲς. Ne videatur omnes Gentiles, Evangelium profeſſos, eodem loco habere.

BBBB. Uti ſunt in praeſenti adhuc ſtatu, non omni ſpe, fore ut brevi meliùs ſentiant, abjecta. ἕως ἄρτι.

(*βββ*) Quid faciant iſtiusmodi homines, docet verbis ſequentibus.

● Quibus

* Factum ipſum deſcribit.

AAAA. Quoad externam hominis partem. ἐσθίουσι.

BBBB. Quo-

(*a*) Agere τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλȣ mihi videtur ſignificare ita agere, ut conſcientia ipſorum teſtetur quod faciant in honorem idoli.

=††. AAA. בבב. *bbb.* (βββ)* AAAA.

BBBB. Quoad animi ſenſum cum iſtâ externâ actione conjunctum. ὡς εἰδωλοθύτα. Nimirùm,

אאאא. Objectum actionis externae non tantùm indicatur per vocem, εἰδωλόθυτα.

בבבב. Sed intimus quoque animi ſenſus circa hoc objectum. ὡς.

** Vitioſitatem cum illo facto conjunctam. Ubi

AAAA. Vitioſitas ipſa proponitur, ut quae involvat contaminationem infirmae eorum conſcientiae. ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται.

Attendendum hîc eſt, ad

אאאא. Subjectum. Quod

aaaa. Indicatur verbis: ἡ συνείδησις αὐτῶν.

(*aaaa*) Perſonae indigitantur per pronomen relativum, αὐτῶν.

(ββββ) Conſiderandae ſunt ratione praecipuae partis & facultatis. ἡ συνείδησις αὐτῶν.

bbbb. Adjecto epitheto, quo qualitas ejus ſignificatur. ἀσθενὴς οὖσα.

בבבב. Prae-

=††. AAA. בבבב. bbb. (βββ)** AAAA. אאאא.

בבבב. Praedicatum. Quod indicat, quid ei, eveniat. μολύνεται.

BBBB. Consideraturque, ut conjuncta cum illâ actione edendi idolothyta, quâ idolothyta. Quò pertinet particula, καὶ.

BBB. Nemini esum idolothytorum aliquid veri boni conferre. Cap. VIII. 8.

אאא. Particula, δὲ, transitum faciens, videtur indicare, quod tacitae alicui objectioni velit occurrere.

Nimirùm, illi, qui pro esu idolothytorum pugnabant, excipere possent: Sit ita, polluantur illi, quibus adhuc sedet conscientia idoli; quid hoc ad nos, quorum mens meliori γνώσει est imbuta?

בבב. Ratiocinatio ipsa retundit hanc exceptionem, docendo, quod illis ipsis, qui jam a conscientiâ idoli sunt liberati, (qualis erat *Paulus*, simul & illi, qui se ipsos profitebantur a conscientiâ idoli liberatos) tamen nihil verae utilitatis conciliare queat hic esus. Quod

aaa. Breviter docet. βρῶμα ἡμᾶς ἐ παρίςησι τῷ Θεῷ. Cap. VIII. 8. parte priori.

(ααα) Subjectum est, βρῶμα.

(βββ) Praedicatum denegat ei facul-

☲ ††.BBB.בבב.*aaa*.(*βββ*)

cultatem eos reddendi gratos DEO. Hîc attendendum eſt, ad

* Objectum, cui nihil per cibum conferri poteſt, quod illud DEO acceptum redderet. ἡμᾶς.

** Quid huic objecto conferre non poſſit τὸ βρῶμα. ἐ παρίςησι τῷ Θεῷ. Hîc conſiderandum eſt,

AAAA. Id, quod verae utilitatis rationem habere poſſet, non poſſe aliud quid eſſe, quam acceptum reddi DEO. Loquitur igitur

אאאא. De *DEO*. τῷ Θεῷ.

בבבב. Et de illâ ad DEUM relatione, quae beatum reddere poteſt, hoc eſt, eſſe, fieri, & ſiſti DEO gratum.

BBBB. Hoc negat ſibi vel aliis per cibum conferri poſſe. ΟΥ παρίςησι τῷ Θεῷ.

bbb. Idque illuſtrando confirmat. Cap. VIII. 8. parte poſteriori. Videamus

(*aaa*) Duplicem theſin Apoſtoli de duplici hypotheſi.

* Prior ſententia pronunciat, quod nequaquam per eſum abundantiores fiant.

AAAA. Ponit igitur hypotheticè caſum. ἐὰν φάγωμεν.

BBBB. Sen-

= ††.BBB.בבבב.bbb.(aaa)*AAAA.

BBBB. Sententiam de eo casu dicit. ὐ περισσεύομεν. Ubi videndum est,

אאאא. De quâ abundantiâ loquatur. (a)

בבבב. Quod illa negetur acquiri per τὸ φαγεῖν. 'ΟΥ περισσεύομεν.

** Altera pronunciat, quod non edendo non fiant indigentiores. Ubi iterùm notetur

AAAA. Hypothetica casûs positio. ἐὰν μὴ φάγωμεν.

BBBB. Declaratio sententiae Apostoli super hoc casu ὔτε ὑστερούμεθα. Ubi videndum est,

אאאא. Quid sit, ὑστερεῖσθαι (b)

בבבב. Quod hoc pariter negetur, per particulam, ὔτε.

(βββ) Quod hoc tendat ad confirmationem brevis dicti, docet particula, γὰρ.

(a) Mihi videtur hoc denotare: *Esse in re magis lautâ*, pluribus a DEO cumulari commodis, ad hanc vitam spectantibus.

(b) Vicissim videtur significare, *Re magis angustâ domi premi.*

Tota ratiocinatio huc redit: Si esus idolothytorum nos non magis gratos reddat DEO; Imo ne quidem eousque, ut edendo idolothyta in re magis lautâ vivere possimus; vel, contra, si non comedamus, in re magis angustâ vitam tolerare cogamur: Ergo Esus idolothytorum nihil verae utilitatis comedenti conciliare potest. Quod ad (בבבב) p. 369. vidimus Apostolum probare velle. Hinc per se patet aequitas dehortationis ab esu idolothytorum: Nam aequissimum est abstinere a re nullius precii, si vel minimum fratrem, per illam rem, vel tantillum contristarem.

TABULA XXXIV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. VIII. 9-13.

HAec pericopa comprehendit primam partem diſputationis Apoſtoli contra alterum Adverſariorum ſuorum (pro eſu idolothytorum pugnantium) praetextum, quo contendebant, quod ſaltem jus & poteſtas de omnibus cibis, a DEO creatis, comedendi fidelibus denegari non poſſit; id quod ipſe Apoſtolus verbis proximè praecedentibus tacitè quaſi conceſſiſſe videbatur: Unde concludebant, (ſi fortè aliis, vel fide nondùm praeditis, vel cognitione in illâ nondùm eouſque provectis, illicitus eſſet eſus idolothytorum) ſibi tamen eum liberum & licitum eſſe. Quem praetextum ut enervet Apoſtolus, inculcare adgreditur officium omnibus *Chriſtianis* incumbens, nimirùm inſerviendo commodis fratrum & rei *Chriſtianae*, omni virium intentione, etiam cum amiſſione rerum caeteroquin licitarum & gratarum. Id, quod in hac pericopâ urget ex ipſâ rei naturâ. Cap. VIII. 9--13.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)1.AA.אא.*aa*.(*aa*)§§.//.— †.

Hîc autem reperimus

AAA. Generalem ad hoc officium admonitionem. Cap. VIII. 9. אאא. Tranſi-

AAA.

אאא. Transitum facit per particulam, δὲ. Ut sic ostendat se contrarium ejus, quod illi de suâ licentiâ statuebant, docere velle.

בבב. Rem ipsam per modum admonitionis ad diligentem cautelam proponit.

Ubi igitur perpendendum est,

aaa. A quo malo eos dehortetur. Ubi notari meretur

(ααα) Subjectum, expressum verbis: ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη. Quibus verbis

* Potestatem quamdam *Corinthiis*, contra quos disputat, vel concedit, vel saltem non controversam facit.

AAAA. Loquitur igitur de certâ quadam ἐξουσίᾳ.

BBBB. Hanc considerat, ut quae *Corinthiis* competat, vel saltem quam illi competere sibi statuebant. ὑμῶν.

** Eamque ad negotium, de quo loquitur, refert, per pronomen, αὕτη.

(βββ) Praedicatum, quo docet, quid huic subjecto, quocumque pallietur praetextu, permissum minimè sit. Ubi contemplandum est

* Objectum. Quod indicat nomine, τοῖς ἀσθενοῦσιν.

** Malum, quod huic objecto causaretur illa imprudenter considerata ἐξουσία. Quod indicatur verbis: πρόσκομμα γένηται.

bbb. Quod ad hoc postulet singularem attentionem, cuicumque specioso praetextui oppositam.

AAA.בבבב.*bbb*.

Quod significat,

(*aaa*) Tùm particulâ, μή πως.

(*βββ*) Tùm verbo, βλέπετε.

BBB. Ulteriorem ejus elaborationem. Cap. VIII. 10. 11. & 12. Quae ita adornatur, ut

אאא. Ostendat, per particulam, γὰρ, quod admonitionem dehortatoriam illustrando confirmare velit.

בבב. Ad hanc autem confirmationem, ob oculos ponat,

aaa. Quid primum & proximum consequens sit, quod exspectandum sit, si quis, eo quod γνῶσιν habeat, accumbat in idoleo ad comedendum idolothyta: Nimirùm fore ut alius, qui γνῶσιν non habet, & cui proinde hoc fundamento non competit ista licentia, tamen in hoc facto illicito obfirmetur. Cap. VIII. 10. Ubi

(*aaa*) Casum ponit, sermone ad talem hominem directo, qui, praetextu suae γνώσεως, accumbit in idoleo, ad comedendum de idolothytis.

* Προσφώνησις fit per pronomen secundae personae, σε.

** Casum ipsum ita ponit, ut

AAAA. Hominem, contra quem disputat, consideret ut, τὸν ἔχοντα γνῶσιν.

BBBB. Ei, conditionatè loquendo, factum tribuat. ἐὰν τις ἴδῃ ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον.

Notemus hîc

אאאא. Fa-

BBB.בבב.*aaa*.(αααα)**BBBB.

אאאא. Factum ipſum:

aaaa. In ſe ſpectatum; expreſſum verbis: κατακείμενον ἐν εἰδωλείῳ. Ubi conſiderandum eſt

(αααα) De loco. εἰδωλείῳ.

(ββββ) De facto in illo loco. κατακείμενον ἐν εἰδωλείῳ.

bbbb. Ut in conſpectu aliorum commiſſum. τις ἴδῃ.

בבבב. Conditionatam ejus propoſitionem, per particulam, ἐάν.

(βββ) Interrogativo loquendi modo, fortiter affirmat, malum proximè & ſuâ ſponte hinc manaturum. Attendamus igitur ad

* Malum ipſum, quod conſiſtit, ἐν τῷ οἰκοδομηθῆναι τὴν συνείδησιν αὐτοῦ, τοῦ ἀσθενοῦς ὄντος, εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν. Ubi perpendendum occurrit

AAAA. Subjectum, quod eſt, ἡ συνείδησις αὐτοῦ, τοῦ ἀσθενοῦς ὄντος. Notetur hic

אאאא. Perſonae deſcriptio. αὐτοῦ τοῦ ἀσθενοῦς ὄντος.

aaaa. Pronomen relativum αὐτοῦ reſpicit ad illum, qui alterum in idoleo accumbentem videt.

bbbb. Hunc

BBB.בבבב.*aaa*.(ββββ)

*AAAA.אאאא.*aaaa*.

bbbb. Hunc concipit ut in ſtatu infirmitatis. ἀσθενὲς ὄντος. (*a*)

בבבב. Hujus perſonae illa pars, quae propriè ſubjectum eſt hujus enunciati. ἡ συνείδησις αὐτοῦ.

BBBB. Praedicatum ; quod oſtendit, quid iſto in caſu exſpectandum ſit huic ſubjecto : Nimirùm, obfirmatio in iſtâ praxi edendi idolothyta.

אאאא. Praxis illa, cui hactenùs dedita fuerit haec perſona, eſt, τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν. Ubi conſideremus

aaaa. Objectum. τὰ εἰδωλόθυτα.

bbbb. Actus ſolitus circa hoc objectum. τὸ ἐσθίειν.

בבבב. Obfirmatio conſcientiae ad continuandum in illâ praxi. ἡ συνείδησις αὐτοῦ, τοῦ ἀσθενοῦς ὄντος, 'ΟΙΚΟΔΟΜΗΘΗ'ΣΕΤΑΙ 'ΕΙΣ τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν.

** Ad ejus fortiorem affirmationem, per interrogativum loquendi modum. 'ΟΥΧΙ' οἰκοδομηθήσεται;

bbb. Quod-

(*a*) 'Ασθενὴς ὢν hic eſt talis, qui, etiamſi fidem in CHRISTUM amplexus, tamen in eâ adhucdum *infirmus* eſt; retentis ex doctrinâ Gentilium adhuc quibusdam praeconceptis opinionibus, de Angelis, Geniis, quaſi Mediatoribus &c. quibus, eorumque imaginibus, omninò liceret, imò deceret, cultum praeſtare, ſacrificia offerre, atque in eorum honorem de illis in idoleo comedere: Hoc, admiſſâ illâ opinione, & quaſi hypotheſi ſubſtratâ, eos tunc facere jubebat conſcientia; Quae, videns alios (quamvis agnoſcentes idola eſſe nihil, tamen) comedentes de idolothytis, per illum actum obfirmatur, ut pergat in hoc honore idolis exhibendo.

BBB. בבב. *aaa.*

bbb. Quodnam porrò hinc fluxurum ſit malum. Cap. VIII. 11. & 12. Hoc malum

(*ααα*) Deſcribitur, ut cum praecedenti connexum. Cap. VIII. 11.

* Connexio indicatur, ut ſignificetur hoc malum prioris eſſe fructum proprium & naturalem. Huc pertinet particula, καὶ.

** Res ipſa. Ubi perpendendum eſt

AAAA. Subjectum. Quod deſcribitur, indicatione

אאאא. Statûs, in quo ſit. Et quidem ſecundum duplicem relationem:

aaaa. Ratione communionis Eccleſiaſticae, dicitur, ἀδελφὸς.

bbbb. Ratione diſpoſitionis mentis. ὁ ἀσθενὴς.

בבבב. Quem reſpectum ad *CHRISTUM* habere ponatur *infirmus* hic *Frater.* δι' ὃν Χριςὸς ἀπέθανεν. Quibus verbis

aaaa. Generatim ponitur, *CHRISTUM mortuum eſſe.* Χριςὸς ἀπέθανεν. Ubi

(*αααα*) Subjectum eſt, Χριςὸς.

(*ββββ*) Praedicatum, ἀπέθανεν.

bbbb. Speciatim indicatur, quem reſpectum hoc habeat ad hunc Fratrem. δι' ὃν.

 BBBB. Prae-

BBB.בבבב.*bbb*.(*aaa*)**AAAA.

BBBB. Praedicatum. ἀπολεῖται ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει. In quo praedicato

אאאא. Malum ipsum, secuturum ex priori malo, exprimitur verbo, ἀπολεῖται.

בבבב. Indicatur, quod hic foret effectus cognitionis illius, ad pravum usum adhibitae.

aaaa. Tribuit illi, quem alloquitur, in idoleo accumbenti, suam γνῶσιν. τῇ σῇ γνώσει.

(*aaaa*) Alloqui eum pergit. Quod indicat pronomine secundae personae, σῇ.

(ββββ) Quod ei non deneget illam, quam dixerat, γνῶσιν. τῇ σῇ γνώσει.

bbbb. Eamque considerat ut caussam instrumentalem perditionis Fratris infirmi. ἀπολεῖται 'ΕΠΙ' τῇ σῇ γνώσει.

BBBB. Ubi hoc eis evenerit. ἐν τῇ ἐρήμῳ.

** Quod hoc in argumentum ejus, quod ὁ Θεὸς ἐν [αὐτοῖς] ἐκ εὐδόκησεν, adducatur. Quod indicat particula, γάρ.

††. Hinc elicit fidele monitum, ad caussam praesentem accommodatum. Cap. X. 6-13.

In hac pericopâ reperimus monitum

AAA. Dehortatorium, quo eos absterrere conatur a vitiis, quibus *Israëlitae* se obstrinxerant, ex esu idolothyrorum metuendis; suo fundamento inaedificatum. Cap. X. 6-11. Hîc

אאא. Fundamentum substernitur. Cap. X. 6. Ubi notetur

aaa. Particula transitum faciens, δὲ. Quae opponitur tacitae mussitationi, quâ fortè nonnulli apud animum suum reputarent, quid illa antiqua *Israëlis* historia ad nos? Cui ita respondetur, ut

bbb. Fundamentum ex illâ historiâ desumatur:

(*ααα*) Ponendo, quod illa, quae tunc temporis contigerunt, typi sint ad usum credentium praesentis temporis. Ubi

* Ad

— ††.AAA.ℵℵℵ.*bbb*.(*aaa*)

* Ad modò narrata respicitur, verbis: ταῦτα ἐγενήθησαν.

** Affirmatur, quod sint *typi* credentium, vel saltem fidem profitentium, hujus temporis, *Pauli* quoque & *Corinthiorum*. τύποι ἡμῶν. (*a*)

(ββ) Idque illustrando, indicatione similis mali, quod evitare hinc discere deberent, ne in similem poenam inciderent. Notemus hic

* Malum evitandum, quod non vitaverint illi πλέιονες populi *Israelitici*. Ubi indicatur

AAAA. Malum ipsum, vitandum a *Paulo* & *Corinthiis*.

ℵℵℵℵ. Describitur malum. ἐῖναι ἐπιθυμητὰς κακῶν.

In hac descriptione considerari potest

aaaa. Objectum. κακῶν, dicit Apostolus.

bbbb. Dispositio mentis circa hoc objectum. ἐῖναι ἐπιθυμητὰς κακῶν.

בבבב. Vitandum a *Paulo* & *Corinthiis*. μὴ ἐῖναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν.

BBBB. Il-

(*a*) Nota. Non dicit *Paulus*, ὑμῖν, sed ἡμῶν: Ut significet, non tantùm in his spectandum esse documentum morale, ut alieno periculo fiant cauti. Verùm etiam similia, qualia in *Israëlitis*, populo DEI externo, olim conspecta sunt, conspectum iri, nunc contingere, & sequentibus temporibus eventura esse, in Ecclesiâ *Christianâ* externâ.

— ††. AAA. אאא. *bbb*. (βββ) * AAAA.

BBBB. Illud a pluribus veteris *Israëlitici* populi admissum esse, in quo minimè sunt imitandi. καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν.

** Eum in finem veteribus illis poenas istas immissas esse. ᾽ΕΙΣ τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς &c.

בבב. Dehortatio ipsa a vitiis, ex esu idolothytorum metuendis. Cap. X. 7--11. Quae vitia sunt

aaa. *Idololatria*, & quae eam saepiùs comitari solet, *scortatio*; a quibus vitiis propterea dehortatur. Cap. X. 7. & 8.

Ubi monet,

(*aaa*) Ne in crimine *idololatriae Israëlitis* antè memoratis se similes praestent. Cap. X. 7.

Ubi occurrit

* Dehortatio ab hoc crimine ipsa. Μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε. (*a*)

** Necessitas hujus dehortationis, derivanda ab exemplo *Israëlitarum*, qui tam facilè in hoc crimen lapsi sunt, per ipsa illa idololatrica convivia. Hic videmus

 AAAA. Exem-

(*a*) **Nota. Loquitur in secundâ personâ.**

— ††. AAA. ככככ. *aaa*.

(*aaa*)**

AAAA. Exemplum *Israëlitarum*, minimè imitandum, proponi. καθώς τινες αὐτῶν.

Ubi perpendendum est

אאאא. Subjectum. τινες αὐτῶν.

ככככ. Praedicatum subauditur, & adverbio καθὼς, ut exemplum, sed non imitandum, spectandum exhibetur.

BBBB. Probari ex ipsâ historiâ *Mosaicâ*. Hîc reperimus

אאאא. Formulam citandi minimè insolitam. ὡς γέγραπται.

ככככ. Historiam ipsam; ex *EXODI* XXXII. 6. desumptam. In quâ

aaaa. Subjectum est, ὁ λαὸς.

bbbb. Praedicata narrant:

(*aaaa*) Quod consederint ad convivandum. ἐκάθισε φαγεῖν καὶ πιεῖν.

(*ββββ*) Quod surrexerint ad ludendum, vel saltandum. καὶ ἀνέστησαν παίζειν.

(*βββ*) Ne in crimine *scortationis* se *Israëlitis* similes praestent, deterriti exemplo scortantium *Israëlitarum*, & poenâ eis immissa. Cap. X. 8. Hîc pariter occurrit

* Dehortatio ab hoc crimine ipsa. Μηδὲ πορνεύωμεν. (*a*)

** Ne-

(*a*) Nota. Hic dehortatio in primâ personâ exprimitur.

Nullus dubito, quin aliquam rationem habuerit accuratissimus noster Apostolus, ob quam, modo locutus in secundâ personâ, Μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, nunc in primâ personâ loquatur, μὴ πορνεύωμεν. Judicio Lectoris, Scripturam reverenter habentis, committo, annon prior dehortatio subinnuat, proximè imminere periculum prolapsionis in idololatriam illis, qui idolothytis dediti erant. Periculum vero prolapsionis in scortationem generatim omnibus; etiam illis, qui abhorrent ab esu idolothytorum. Hi ipsi quoque, nisi fugerent scortationem possent ad idololatriam seduci. V. Numer. XXV. 1.

—††. AAA. בבבב. *aaa.* (βββ)*

** Neceſſitas & momentum hujus dehortationis. Ad quam oſtendendam,

AAAA. In memoriam revocatur exemplum *Iſraëlitarum* quorundam, minimè imitandum. καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν.

BBBB. Simulque ob oculos ponitur poena, gravis admodùm & notabilis. Cap. X. 8. parte poſteriori. Ubi

אאאא. Particula καὶ indicat nexum inter crimen & poenam.

בבבב. Poena deſcribitur, cum adjunctis notabilibus, ex *NUMER.* XXV. 9.

aaaa. Poena ipſa exprimitur verbo, ἔπεσον.

bbbb. Adjuncta notabilia, gravitatem ejus poenae demonſtrantia, ſunt:

(*aaaa*) Brevitas temporis. ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ.

(βββ) Numerus eorum, qui hanc poenam luerunt. εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες.

bbb. *Tentatio CHRISTI*, &, quae hinc naſci ſolet, ***obmurmuratio.*** A quibus vitiis dehortatur Apoſtolus,

— ††. AAA. בבבב. *bbb*.

ne, similia, illis quae ab *Israëlitis* admissa sunt, crimina admittentes, in similes poenas incurrant. Cap. X. 9. & 10. Ubi

(*aaa*) Dehortatio a *tentatione CHRISTI*, cum rationibus, quibus urgetur, legitur. Cap. X. 9.

* Dehortationis propositio occurrit. Cap. X. 9. parte priori. In quâ notandum est

AAAA. Objectum. τὸν Χριστόν.

BBBB. Quâ ratione *Paulus*, & *Corinthii*, se circa hoc objectum gerere debeant. μηδὲ ἐκπειράζωμεν.

** Ejusdem confirmatio. Cap. X. 9. parte posteriori.

AAAA. Necessitas dehortationis patet ex eo, quod quidam, etiam ex antiquis *Israëlitis*, in hoc crimen prolapsi sint. καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐπείρασαν.

אאאא Exemplum quorumdam *Israëlitarum* proponitur, ut sibi caveant. καθὼς τινες αὐτῶν ἐπείρασαν. Hic

aaaa. Factum narratur. τινες αὐτῶν ἐπείρασαν. Ubi

(*aaaa*) Subjectum sunt, τινες αὐτῶν.

(ββββ) Praedicatum factum eorum narrat. ἐπείρασαν.

bbbb. In

— ††. AAA. בבב. *bbb*.

(*aaa*)** AAAA. אאאא. *aaaa*.

bbbb. In exemplum vitandum ante oculos ponitur, per particulam, καθὼς.

בבבב. Cum emphasi quadam, indicatâ per particulam, καὶ.

BBBB. Momentum additur, indicatione poenae, καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. Ubi rursùs

אאאא. Particula καὶ nexum inter peccatum & poenam indicat.

בבבב. Poena ipsa describitur. ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. Hîc

aaaa. In genere notatur, quod perierint. ἀπώλοντο.

bbbb. In specie additur instrumentum perditionis. ὑπὸ τῶν ὄφεων. Confer *NUMER*. XXI. 6.

(ββββ) Dehortatio ab *obmurmuratione* eodem modo proponitur & urgetur. Cap. X. 10. Ubi perpendenda venit

* Propositio dehortationis. Cap. X. 10. parte priori. Μηδὲ γογγύζετε. (*a*)

** Ejusdem confirmatio. Cap. X. 10. parte posteriori. Indicatione

AAAA. Necessitatis istiusmodi dehortationis, patentis ex eo, quod etiam quidam ex priscis

(*a*) Nota. Hic rursus in secundâ personâ loquitur. Fortè ob eandem rationem. Quoniam *Israëlitarum* γογγυσμοὶ orti leguntur a desiderio assidendi ollae carnis. *Exod.* XVI. 3. (4)
A quibus non multum abludunt, qui tantopere cupiebant deliciari epulis idolothytis.

— ††.AAA.בבב bbb.(βββ)**AAAA.

priscis *Israëlitis* in hoc crimen prolapsi fuerint. καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν.

BBBB. Momenti caussae, indicatâ poenâ hoc crimen secutâ.

אאאא. Nexus inter peccatum & poenam indicatur particulâ, καὶ.

בבבב. Poena ipsa describitur:

aaaa. In se spectata. ἀπώλοντο.

bbbb. Cum indicatione instrumenti perditionis. ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ.

BBB. Adhortatorium, suo pariter fundamento superstructum. Cap. X. 11. & 12.

אאא. Fundamentum substernitur. Cap. X. 11. Ubi

aaa. Particula δὲ (uti suprà versu 6.) occurrit mussitationi, quasi haec nihil ad nos.

bbb. Ipsum fundamentum substernitur admonitioni, versu sequenti secuturae. Hoc fundamentum duabus constat partibus:

(*ααα*) Afferit Apostolus, omnia illa, de *Israëlitis* narrata, eis evenisse, ut essent *typi*.

* Res

— ††.BBB.ℵℵℵ.*bbb*.(*aaa*)

* Res gestas simul comprehendit. ταῦτα πάντα συνέβαινον ἐκείνοις. In quibus verbis

AAAA. Subjectum

אאאא. Indicatur, pronomine relativo, ad praecedentia respiciente, ταῦτα.

בבבב. Extenditur, voculâ πάντα.

BBBB. Praedicatum est, συνέβαινον ἐκείνοις.

** Quo pacto illae res gestae contemplandae sint, addit. Scilicet fuerunt, τύποι.

(βββ) Indicat finem, ad quem scripta sint haec omnia, ratione credentium; & utilitatem, quam hi ex illis capere possint & debeant.

* Particula δὲ iterùm videtur opposita tacitae alicui exceptioni.

Poterat forsan quis secum reputare: Sit ita, sint illae res gestae picturae rerum, quae deinde gererentur; quid autem haec ad praesens negotium? Huic exceptioni opposita sunt sequentia.

** Quod ad rem ipsam attinet, observari vult Apostolus,

AAAA. Quod

— ††.BBB.אאא.*bbb*.(βββ)
**

AAAA. Quod ſcripta ſint. ἐγράφη.

BBBB. Ad quem finem. πρὸς νυθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν. In quibus verbis,

אאאא. Perſonae indicantur, in quarum gratiam haec ſcriptio facta ſit. Has perſonas autem

aaaa. Indicat; pronomine relativo primae perſonae, ſe ipſum & credentes quoslibet, ſpeciatim quidem *Corinthios*, comprehendente. ἡμῶν, dicit Apoſtolus.

bbbb. Deſcribit, a qualitate temporis, quo vivebant, vel porrò victuri eſſent. εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν. Hîc videndum eſt,

(*aaaa*) Quid ſignificetur, quando *fines ſaeculorum* ad aliquem dicuntur *pervenire*, vel *perveniſſe*. Conſiderandum igitur eſt

†. De ſubjecto, quod Apoſtolus denotat per illa verba: τὰ τέλη τῶν αἰώνων.

††. De praedicato, quo dicantur ad aliquem *perveniſſe*. κατηντῆσαι.

(ββββ) Quo pacto iſtâ periphraſi Apoſtolus ſe ipſum & alios credentes deſcribat, ut εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν.

בבבב. Quid ſcriptione illarum rerum, quae antiquitùs in populo *Iſraëlitico* geſtae ſunt, his credentibus procurare voluerit DEUS. πρὸς νυθεσίαν ἡμῶν. (*a*)

בבב. Su-

(*a*) Apoſtolus vult dicere: Quod in illis, quae externo populo *Iſraëlitico* evenerunt, tam crimina eorum, quam poenae ſecutae, cernere liceat, quaſi in Prophetiâ reali, quid futurum eſſet in Eccleſiâ externâ ſub N. T. Haec autem, ſapientiſſimo DEI conſilio, ſcripto conſignata eſſe, ut inſervirent veris credentibus admonitioni, ne ſe ſimiles praeſtent illis, qui tantùm externâ profeſſione *Chriſtiani* eſſent, CHRISTO mentientes, ne cum iſtis perirent; ſed, uti olim *Joſua*, *Caleb*, &c. ſervarentur & in requiem Spiritualem pervenirent.

— ††.BBB.אאא.

בבב. Superstruitur huic fundamento adhortatio ipsa. Cap. X. 12.

aaa. Particula, quâ transitum facit, indicat, admonitionem, hanc habere legitimae consecutionis rationem. ὥστε.

bbb. Admonitio ipsa eò tendit, ut unusquisque, quamvis se firmum satis esse confidat, accuratè tamen sibi caveat.

(*ααα*) Objectum, ad quod admonitio dirigitur, indicatur verbis, ὁ δοκῶν ἑστάναι. Ubi perpendendum est,

* Quid sit ἑστάναι.

** Qualis sit, qui dicatur, ὁ δοκῶν ἑστάναι. Sive sit, quod hoc jure, sive sit, quod hoc imaginariè, praesumat.

(*βββ*) Quid ab eo exigat ipsa admonitio. βλεπέτω ἵνα μὴ πέσῃ.

* Malum, quod evitandum sit, exprimitur verbis: μὴ πέσῃ.

AAAA. Malum ipsum hîc perpendendum est, πίπτειν.

BBBB. Evitandum esse, docet particula, μὴ.

** Quid ad hanc evitationem necessarium sit, (nimirùm, prudens cautela) ad quod admonitio fit. Quod exprimitur verbis: βλεπέτω, ἵνα.

= Ab alterâ parte, in consolationem eorum testatur, nihil esse, quod vehementer metuant, etiamsi se abstinerent ab esu idolothytorum. Cap. X. 13.

Hîc videmus, quod Apostolus eis ob oculos ponat,

 †. Quid

==

†. Quid hactenùs ipsis evenerit. Cap. X. 13. parte priori. Ubi Apostolus

AAA. Negat, *Corinthios* tentationi, ad esum idolothytorum sollicitanti, hactenùs obnoxios fuisse. Quod exprimitur verbis: Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν. Quare eò minùs sunt excusabiles, si in gratiam *Gentilium* idolothyta cum illis comedant.

BBB. Limitationem adjicit. εἰ μὴ ἀνθρώπινος. Ubi perpendere oportet,

אאא. Quid sit πειρασμὸς ἀνθρώπινος. (a)

בבב. Quod Apostolus suam negationem ita limitet, ut non velit eos prorsùs extra omnem πειρασμὸν fuisse: Concedendo aliquem, sed humanum tantùm, eis evenisse; ad quem superandum communes hominum vires sufficerent. Huc faciunt particulae, εἰ μή.

††. Quod ratione futuri temporis non tantopere illis sit metuendum: Cum habeant DEUM fidelem suorum Protectorem, qui eos satis tutos praestaret. Cap. X. 13. parte posteriori.

Notari hìc meretur

AAA. Particula δὲ, transitum faciens: Occurrens tacitae exceptioni. Scilicet, graviorem tentationem exspectandam fore, quando ira *Gentilium* magis exacerbaretur, contemptu suorum idolorum,

(a) Videtur respicere odium vel indignationem amicorum & familiarium, adhuc in *Gentilismo* viventium, quam metuebant, si recusarent cum illis vesci de idolothytis. Qui metus eos tentabat, & proclives aliquo pacto reddebat, ad hanc saltem cum illis idololatris communionem. Hunc tamen Πειρασμὸν non admodùm gravem censet Apostolus; sed Ἀνθρώπινον vocat, q.d. qui inter homines frequens & quotidianus est: Quo alter alterum sollicitet, ut secum paria faciat.

= ††. AAA.

rum; qui in eo pateret, quando nollent cum amicis in idoleo convivari: Quare leniendi potiùs eorum animi. Hanc exceptionem refellit Apostolus.

BBB. Quo pacto Apostolus ostendat, quod etiam ex hac parte si res spectetur, tamen non esset, quod tantopere metuerent *Corinthii*, cum fidelem & potentem habeant Adjutorem. Hîc videmus Apostolum

אאא. Fundamentum suae consolationis ponere in fidelitate *DEI.* πιϛὸς ὁ Θεὸς. Ubi

aaa. Subjectum est, ὁ Θεὸς.

bbb. Praedicatum. πιϛὸς.

בבב. Huic fundamento superstruere hanc solaminis plenam exspectationem; quae duobus constat membris: Quorum

aaa. Primo docet, non permissurum esse potentem hunc & fidelem DEUM, ut incidant in tentationem, vires eorum superantem. ὃς ὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι, ὑπὲρ ὃ δύνασθε.

bbb. Altero docet, quod si DEUS etiam hoc permitteret, ut inciderent in tentationem, vires ipsis a DEO concessas superantem, tamen nequaquam sit desperandum.

Hîc iterùm perpendenda venit

(*aaa*) Particula, transitum faciens, adversativa, ἀλλὰ. Quâ tacitae objectioni oppositam facit suam assertionem. Quasi diceret: Experientia quidem docet, ingruere quandoque tentationes, vires

 etiam

☰ ††.BBB.בבב.*bbb* (*aaa*)

etiam fortissimorum superantes, a quibus igitur tantopere metuendum esset.

(*βββ*) Quod ad rem ipsam attinet, hunc ipsum fidelissimum DEUM, quâ est potentiâ, talem exitum, cum ipsâ tentatione procuraturum, qui impediret, ne succumberent.

* Quod hic fidelissimus DEUS cum ipsâ hac tentatione hunc exitum sit procuraturus, docet his verbis: ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν. Quibus verbis innuit

AAAA. Ipsum hunc fidelem DEUM dirigere, & sic facere τὸν πειρασμόν.

BBBB. Eumdem etiam procuraturum exitum. Quod

אאאא. Exprimitur verbis: ποιήσει τὴν ἔκβασιν.

בבבב. Conjungitur cum directione tentationis. ΚΑΙ' ΣΥ'Ν τῷ πειρασμῷ.

** Quod hac ratione effecturus sit, ut possint etiam graviorem, quin & utcumque gravissimam, tentationem perferre; atque adeò quod vel ipsa illa non sit tantopere metuenda. τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν.

TA-

TABULA XL. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. X. 14.

Continet hoc comma conclusionem, blandè insinuatam, quam Apostolus ex praecedenti demonstratione elicit. Cap. X. 14.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.AA.אא.*aa*.(ββ)§.//.

Hîc reperimus

— Blandam & amoris plenam allocutionem. ἀγαπητοί μȣ.

= Conclusionem ipsam, ab omni communione cum idololatriâ dehortatoriam. Ubi perpendendum venit

†. Monitum dehortatorium. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας. Ubi videmus

AAA. Objectum, circa quod hoc monitum dehortatorium versatur. Quod insignitur nomine, τῆς εἰδωλολατρείας.

BBB. Quomodo se circa hoc objectum gerere debeant, emphaticè admodùm expressum. Hic enim Apostolus

אאא. Non tantùm *idololatriam* ipsam *fugere* docet;

בבב. Sed & *AB* Ipsâ *fugere*. φεύγετε 'ΑΠΟ' τῆς εἰδωλολατρείας.

††. Quod hoc eliciatur ex praecedenti demonstratione. Quod indicat particula, διόπερ.

TABULA XLI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. X. 15--23.

IN hac pericopâ demonſtrat Apoſtolus nonnullis in caſibus eſum idolothytorum peccaminoſum eſſe. Cap. X. 15--23.

Sic aſſurgit oratio Apoſtoli: Non ſufficit ipſi demonſtraſſe nullam inde veram naſci utilitatem veſcentibus: Deeſſe in iſtiusmodi abuſu exercitium caritatis erga infirmos: Periculum haud leve incurrere convivantes in idoleo: Sed ulteriùs progreditur, ut demonſtret, in eſu idolothytorum ipſo, nonnullis in caſibus, comedentem de illis, ſe reum facere idololatriae; participem cultûs, qui Daemoni, Capiti hoſtium CHRISTI, praeſtatur.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב *b*.(*α*)1.AA.אא.*aa*.(ββ)§§.

Reperimus in illâ

/. Blandum alloquium, cum adhortatione ad accuratè perpendenda illa, quae dicentur ab Apoſtolo. Cap. X. 15. In quo

– Laudem prudentiae eis non denegat, ſed, contrà, ſe illis, quâ talibus, loqui teſtatur. ὡς φρονίμοις λέγω.

= Ex-

/. —

☰ Excitat ad adhibendam illam prudentiam, ad rectè judicandum de illo, quod dicebat. κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι.

//. Demonstrationem ipsam. Cap. X. 16-23.

Desumitur autem haec demonstratio ex eo, quod in illis, quae ad cultum publicum spectant, & in ipsâ illâ, ad publicum cultum spectante, festivitate, τὸ συνεσθίειν & τὸ συμπίνειν signum sit communionis mutuae.

— Hanc hypothesin *Corinthiis* insinuat & asserit Apostolus. Cap. X. 16-19. Eam probans

†. Ex significatione Sacrae Συνάξεως. Cap. X. 16. & 17. Ubi ostendit

AAA. Illum potum & esum signum esse communionis, quam quis habere cupit, vel se habere significat cum CHRISTO. Cap. X. 16. Ubi videmus Apostolum hoc affirmare

ℵℵℵ. De *Calice* in Sacrâ Coenâ: De quo affirmat, quod (quando ex illo bibunt credentes, vel fidem profitentes) significet, & verè credentibus obsignet, *communionem sanguinis CHRISTI.* Cap. X. 16. parte priori. Ubi considerari debet.

aaa. Subjectum. Quod

(αα) Denominatur. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας.

(βββ) Additâ amplificatione illius denominationis. ὃ εὐλογοῦμεν.

bbb. Praedicatum, interrogativè propositum: Quo fortiter (quasi ad conscientiam provocando) affirmat esse *communionem sanguinis CHRISTI.* Ubi perpendendum est,

(ααα) Quid sit *communio sanguinis CHRISTI.* κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ.

Quod

||.— †. AAA.אאא.*bbb*.(*aaa*)

Quod ut intelligatur, sciendum est,

* Quid sub phrasi τῦ ἅιματος τῦ Χριςῦ intelligatur. Quo fine considerandum est

AAAA. De Personâ, de quâ sermo est. τῦ Χριςῦ.

BBBB. Quid significetur, quando *sanguinis* ejus mentio fit; uti hîc, τῦ ἅιματος τῦ Χριςῦ. Nimirùm, illud medium, per quod *Christus* remissionem peccatorum, & jus vitae, atque adeò omnem Spiritualis gaudii fontem meruit.

** Quid sit ejus *communio*. κοινωνία. Nimirùm, Talis participatio fructuum hujus effusi sanguinis, ac si sanguis ipsorum esset, qui participant.

(βββ) Quo sensu de *Calice* Sacrae Coenae dicatur quod *SIT*, ἐςι, *communio sanguinis CHRISTI.* (*a*)

בבב. De *Pane* Sacrae Coenae, quod (quando de eo comedunt credentes, vel saltem fidem profitentes) significet, & verè credentibus obsignet, *com-*

(*a*) Certè non alio sensu, quam quod hic Calix sit signum & tessera communionis sanguinis *Christi*.

ll.-†.AAA.כככ.

communionem corporis CHRISTI. Cap. X. 16. parte posteriori.

Ubi pariter considerandum est

aaa. Subjectum. Quod

(*ααα*) Suo nomine indicatur. Apostolus illud dicit, τὸν ἄρτον.

(*βββ*) Describitur a quadam actione circa illud. ὃν κλῶμεν:

bbb. Praedicatum, quod pariter, uti in priori membro, interrogativè enunciatum, fortiter affirmat *esse communionem corporis CHRISTI.* Ubi similiter perpendendum est,

(*ααα*) Quid sit *communio corporis CHRISTI.* Quo fine sciendum est,

* Quid sub phrasi *corporis CHRISTI* comprehendatur. Adeoque considerandum est

AAAA. De Personâ. τȢ Χριϛȣ.

BBBB. Quid significetur, quando mentio fit *corporis* ejus. τȢ σώματος [αὐτȢ] (*a*)

** Quid sit ejus *communio.* κοινωνία τȢ σώματος τȢ Χριϛȣ. (*b*)

(*βββ*) Quo sensu de *Pane, quem frangimus*, affirmetur, quod *SIT*, ἘΣΤΙ κοινωνία τȢ σώματος τοῦ Χριϛȣ. Id est, quod ejus sit signum & pignus.

Lll BBB. Par-

(*a*) Intelligo *Christi* humanam naturam, speciatimque corpus, quatenus per illa remissionem peccatorum & jus vitae impetrâvit *Christus.*

(*b*) Participatio istorum per corpus *Christi* impetratorum beneficiorum.

II.—I. AAA.

BBB. Participationem ejusdem *Panis* in Sacrâ Coenâ signum esse mutuae, quam inter se habent credentes, communionis. Cap. X. 17. Quod

אאא. Ponit Apostolus. Cap. X 17. parte priori. Ubi

aaa. Fundamentum jacit, identitatem *Panis* in Sacrâ Coenâ. Hîc notetur

(*ααα*) Res quae ponitur, ut satis nota. εἷς ἄρτος.

(*βββ*) Quod substernatur, ut fundamentum ejus, quod dicet. Quod indicat particula, ὅτι.

bbb. Hinc elicit, credentes, etiamsi *multos*, tamen communionem inter se habere, instar plurium membrorum *unum corpus* componentium. ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. In quo enunciato

(*ααα*) Subjectum indicatur, quando dicitur, οἱ πολλοὶ.

(*βββ*) Praedicatum exprimitur verbis, ἓν σῶμα ἐσμεν.

בבב. Illustratione quadam confirmat. Cap. X. 17. parte posteriori. Ubi perpendere oportet

aaa. Factum, quod ponit Apostolus in Sacrae Synaxeos celebratione solitum. οἱ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. In quo dicto considerandum est

(*ααα*) De subjecto. οἱ πάντες.

(*βββ*) De Praedicato. ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. In quibus verbis perpendendum est

* Objectum, expressum verbis, τοῦ ἑνὸς ἄρτου.

** Quomodo se habeant circa hoc objectum omnes illi credentes. μετέχομεν ἐξ αὐτοῦ.

bbb. Quod Apostolus hoc afferat, ut illustratione

II. – †. BBB. כככ. bbb.

tione confirmet id, quod modò dixerat. Quod indicat per particulam, γὰρ.

††. Ex significatione conviviorum sacrorum apud *Israëlitas* sub V. T. Cap. X. 18.

Hic occurrit

AAA. Nova, ad attentam eorum, quae in populo *Israëlitico* typico locum habuerunt, considerationem, excitatio. Ubi

אאא. Objectum, circa quod eorum attentionem versari vult,

aaa. Generatim indicat, nomine *Israëlis*: τὸν Ἰσραὴλ.

bbb. Speciatim describit, ut populum externum. κατὰ σάρκα.

בבב. Attentam ejus considerationem postulat verbo, βλέπετε.

BBB. Speciatim ostendit, quid nunc quidem in illo animadverti velit. Quod est communio illorum, qui sacrificia comedebant, cum altari; quam, ut rem certissimam, & notissimam, interrogativo loquendi modo, ob oculos ponit. Hic perpendendum est

אאא. Subjectum. οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας.

בבב. Praedicatum: Quo fortissimè affirmat *communionem eorum cum altari.* Ubi sciendum est,

aaa. Quid sit κοινωνὸν εἶναι τοῦ θυσιαστηρίου. Ubi considerandum est

(ααα) De objecto. Quod est θυσιαστήριον.

 (βββ) De

//.— ††.BBB.בבב.*aaa*.(ααα)

(βββ) De relatione ad hoc objectum. Quae exprimitur phrasi, κοινωνὸν εἶναι [αὐτῦ].

bbb. Quod hoc praedicetur de illis, qui sacrificia comedunt, & quidem ut certissimum & notissimum. οὐχὶ κοινωνοὶ εἰσι τῦ θυσιαστηρίυ;

= Huic hypothesi superstruit suam demonstrationem, & hanc conclusionem elicit; *Christianis* licitum non esse, neque cum participatione Sacrae Coenae legitimè consistere posse, esum idolothytorum; quantumvis verum sit, quod *idolum nihil* sit, & *idolothyta nihil* sint. Cap. X. 19-23. In hac pericopâ

†. Ex superioribus repetit, & sibi denuò objicit id, quod agnoverat, nimirùm, idola, & quae illis oblata sunt, nihil esse: Quod nunc, tantopere urgendo illicitum esse esum idolothytorum, videri posset non ampliùs agnoscere. Cap. X. 19. Hîc notemus

AAA. Theses, quae praebeant materiam objectionis, quas antè negaverat, duas.

אאא. Prima est, *idolum aliquid* esse. ὅτι εἴδωλον τί ἐστιν; Confer Cap. VIII. 4.

בבב. Altera, cum hac primâ paria faciens, vel saltem connexa. Perpendi igitur debet

aaa. Thesis ipsa. ὅτι εἰδωλόθυτον τί ἐστιν.

bbb. Ejusdem cum alterâ quasi paritas vel connexio, indicata per particulam, ἢ.

BBB. Pro-

||ℷ †. AAA.

BBB. Propositionem objectionis, sive dubii, quod ex dictis videbitur nasci.

אאא. Interrogat quasi se ipsum, dicens: τὶ φημὶ, ὅτι &c.

Vult dicere: An Ego nunc affirmo, quod antea negaveram? An nunc assero, quod *idolum aliquid* sit? An nunc affirmo, quod *idolothytum aliquid* sit?

בבב. Ostendit, quod tale dubium ex illis, quae dixerat, non satis rectè intellectis, nasci posset. Quò pertinet particula, οὖν.

††. Docet, illam, quae objici posset, consequentiam nullam esse; quod ex illis, quae disputet, minimè sequatur, quod putet *idolum aliquid* esse, vel *idolothytum aliquid* esse: Sed aliud esse fundamentum suae ratiocinationis; unde sequatur, abstinendum esse ab idolothytis, quà talibus; nisi quis, summo suo malo, Dominum ad iram provocare velit. Cap. X. 20-23.

In hisce commatibus observamus

AAA. Solutionem dubii moti, indicatione alius fundamenti, quo nitebatur sua ratiocinatio. Cap. X 20. parte priori.

אאא. Transitio fit per particulam, ἀλλά. Quae involvit negationem consequentiae, quasi disputans contra esum idolothytorum necessariò statuere deberet, idolum aliquid esse, vel aliquid esse idolothytum; cum planè aliud suppetat hujus ratiocinationis, contra esum idolothytorum, fundamentum.

בבב. Hoc fundamentum indicat. Nimirùm,

 quod

//.☰ ††.AAA.בבב.

quod Gentiles sacrificia, quae idolis suis offerebant, reverà Daemonibus offerrent. In hac thesi

aaa. Subjectum enunciati sunt, τὰ ἔθνη.

bbb. Praedicatum de illis affirmat, quod quae sacrificabant (mactando & offerendo animalia suis idolis) Daemoniis offerrent. Hîc nota

(*ααα*) Objectum, circa quod versantes hic spectentur. ἃ θύει.

(*βββ*) Quid huic objecto facere censendi sint. Quod

* Positivè, exprimitur. Δαιμονίοις θύει. Ubi perpendendum est,

AAAA. Quid sint δαιμόνια.

BBBB. Quod sint objecta hujus cultûs per oblationem sacrificiorum; quique ut hostes DEI & CHRISTI hisce delectentur.

** Negativè, quod cum thesi positivâ connectitur. καὶ ὐ Θεῷ. Ubi attendendum est ad

AAAA. Sententiam hanc negativam. ὐ [θύει αὐτὰ] Θεῷ.

BBBB. Ejusdem connexionem cum proximè praecedenti, positivè expressâ, sententiâ. per particulam, καὶ.

BBB. Con-

//.⁼††. AAA.

BBB. Conclusiones ad rem praesentem hinc elicitas & confirmatas. Cap. X. 20. parte posteriori, 21. & 22. Hae

ℵℵℵ. Proponuntur. Cap. X. 20. parte posteriori, & 21.

aaa. Prima conclusio est, quod ipsos *Corinthios*, suâ dehortatione ab esu idolothytorum, abstinere velit a communione cum *Daemoniis*, quam habebant Gentes idolis sacrificantes. Cap. X. 20. parte posteriori. Hîc notemus

(*ααα*) Transitionem, quam facit particula, δὲ. Quâ indicatur, quod eos, ad CHRISTUM conversos, in planè alio, quam Gentes, velit esse statu.

(*βββ*) Conclusionem ipsam. οὐ θέλω ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. Ubi perpendatur

* Malum gravissimum. κοινωνοὺς γίνεσθαι τῶν δαιμονίων.

** Quod eos, quo erga ipsos erat amore, cupiat a tanto malo immunes conservare. οὐ θέλω ὑμᾶς κοινωνοὺς γίνεσθαι τῶν δαιμονίων. Hîc perpendi debet,

AAAA. Quod metuat, ne in hoc malum improvidi incurrant.

BBBB. Quod, prolixâ suâ erga eos voluntate, eos ab hoc malo immunes manere cupiat. οὐ θέλω ὑμᾶς κοινωνοὺς γίνεσθαι τῶν δαιμονίων.

bbb. Al-

//⁼ ††.BBB.אאא.*aaa.*

bbb. Altera est, priorem confirmans, quod non possint, sine gravissimo crimine, & hinc exspectandâ gravissimâ poenâ, participare Sacram Coenam, & convivia in idoleis. Cap. X. 21.

Hoc duplici enunciato declarat:

(*aaa*) Priori agens de communione *Calicis Domini* & *Calicis Daemoniorum*, quarum illa cum hac consistere nequeat. Cap. X. 21. parte priori. Hîc perpendamus

* Duplex objectum. Quorum

AAAA. Primum est, ποτήριον Κυρίȣ. Hic considerandum est

אאאא. De *DOMINO*. Κυρίȣ.

בבבב. De *Poculo* Ipsius. ποτήριον Κυρίȣ. Quo in honorem & memoriam Ipsius utimini.

BBBB. Alterum est, ποτήριον δαιμονίων. Hîc considerandum est.

אאאא. De *Daemoniis*. δαιμονίων.

בבבב. De *Poculo* eorum. ποτήριον δαιμονίων Id est, vino eis libato, quo delectantur, cujus pars cedebat, illis, qui libamina offerebant.

* Quod

//.☲ ††.BBB.אאא.*bbb*.(*aaa*)*

** Quod utriusque communionem habere, vel ex utroque bibere non liceat. ὀ δύνασθε πίνειν ποτήριον Κυρίου καὶ ποτήριον δαιμονίων.

(*βββ*) Posteriori agens de *Mensâ*, id est, cibo utrorumque. Cap. X. 21. parte posteriori. Ubi pariter occurrit

* Duplex objectum.

AAAA. *Mensa DOMINI.* Quae venit nomine, τραπέζης Κυρίου.

BBBB. *Mensa* idolothytorum. Quae hîc venit nomine, τραπέζης δαιμονίων, & ut alterum oppositum per particulam καὶ contemplandum exhibetur. καὶ τραπέζης δαιμονίων.

** Declaratio, quod utriusque non liceat communionem habere. ὀ δύνασθε μετέχειν.

בבב. Gravissimâ obtestatione concluduntur. Cap. X. 22. Ubi ostendit

aaa. Indecentissimum esse *Dominum irritare;* quod tamen facerent illi, qui utriusque *Calicis Domini* & *Calicis Daemoniorum*, *Mensae* *Do-*

//.⁼ ††.BBB.בבב *aaa.*

Domini & *Menſae Daemoniorum* vellent eſſe participes. Ubi

(*aaa*) Indecentiſſimum factum exprimitur verbis: παραζηλῦμεν τὸν Κύριον; Hîc notemus

* Objectum. τὸν Κύριον.

** Actum indecentem. παραζηλῦμεν τὸν Κύριον;

(*βββ*) Hoc facere illos (quod tamen maximè averſandum) qui modò memorata illa oppoſita conſociare vellent, indicatur particulâ, ἢ.

bbb. Simulque damnoſiſſimum. Μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν;

Haec interrogatio haec duo comprehendit:

(*aaa*) Illos, qui ita ad zelum provocarent *Dominum*, ita agere, quaſi *potentiores* eſſent *DOMINO.*

(*βββ*) Idque perquam ineptum, periculoſiſſimum & damnoſiſſimum eſſe.

TA-

Tabula XLII. Specialis,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

Cap. X. 23--31.

Continet haec pericopa prudentem animorum circa hoc negotium directionem. Cap. X. 23-31.

Signata est haec pericopa, in Tabula Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)1.AA.אא.*bb*.(*αα*)

In illâ praescribit Apostolus

§. Regulas generales. Cap. X. 23. & 24. Ubi

/. Duo quasi axiomata praemittit, atque sibi ipsi adplicat. Cap. X. 23.

— Primum est, *omnia* quidem (quae videlicet a DEO lege non sunt prohibita) sibi *licita* esse, *sed non* tamen *utilia*. πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει.

= Alterum est, *omnia* quidem *licita* esse, *sed non omnia aedificare*. πάντα μοι ἔξεστιν; ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ.

//. Posterius omnibus & singulis adplicat, ita ut normam praescribat, quomodo etiam rebus per se licitis, quin & rebus aliàs commodi aliquid adferentibus, utendum sit, ita, nimirùm, ut potissimùm ratio habeatur aedificationis proximi. Cap. X. 24. Ubi

§. //.

– Dehortatur unumquemque a studio sui solius commodi. μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω. Hic notetur

†. Interdictum. Quod

AAA. Pro objecto habet, τὸ ἑαυτοῦ.

BBB. Prohibet, ne hoc (videlicet, tantùm, vel cum neglectu proximi) quaeratur. μηδεὶς ζητείτω.

††. Ejusdem universalitas. μηδεὶς. (Confer *PHILIPP.* II. 4.)

= Adhortatur, ut unusquisque studeat promovere commodum proximi, quod officium explicat, per oppositionem ad dehortationem praecedentem. Notetur itaque

†. Oppositio, expressa per particulam, ἀλλά.

††. Adhortatio ad omnes & singulos directa. Quae considerari meretur:

AAA. Ratione argumenti sui. Ubi perpendi meretur

אאא. Objectum. τὸ τοῦ ἑτέρου.

בבב. Officium circa hoc objectum, non quidem expressum, sed subaudiendum, vel ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum. ζητείτω.

BBB. Ratione universalitatis. Quam indicat vocula, ἕκαστος.

§§. Regulas speciales. Cap. X. 25-31. Hae autem variae sunt pro varietate casuum.

/. Posito casu, si simpliciter, citra ullum discrimen, inter alios cibos, caro, idolis antea consecrata, veneat, omnibus sine discrimine vesci licere, docet Apostolus. Cap. X. 25. & 26. Ubi reperimus

– Pro-

§§. /.

— Propositionem. Cap. X. 25. In quâ perpendendum est

†. Objectum. Quod

AAA. Describitur, ut quod *venum* exponatur *in macello*, qualecumque id sit. τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον. Hîc sciendum est,

אאא. Quid sit, τὸ μακέλλῳ.

בבב. Quod cibus, de quo sermo est, spectetur ut *vendibilis in macello*. πωλούμενον ἐν μακέλλῳ.

BBB. In suâ universalitate considerandum exhibetur. πᾶν.

††. Quomodo circa hoc objectum versari liceret *Corinthiis*. Quod

AAA. Exprimit verbo, ἐσθίετε.

BBB. Amplificando illustrat. μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν.

Ubi perpendendum est,

אאא. Quid sit, & quo pacto hîc spectanda veniat ἡ συνείδησις. Nimirùm, ut quae vice DEI jubeat abstinere a rebus a DEO prohibitis; ab omni idololatriâ, ab omni cum eâ communione.

בבב. Quod non necesse sit, ut propter hanc conscientiam discrimen facerent ciborum in macello venditorum, instituendo examine, quinam inter illos fortè idolis antè fuerint consecrati, quinam non. μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. ΜΗΔΕ'Ν. (a)

☐ Propositionis confirmationem. Cap. X. 26.

(a) Unde patet, interdictum prohibens esum suffocati, Act. XV. 29. respexisse tantum ad initium praedicationis Evangelii inter Gentes.

§§./.☰

In quo commate videamus,

†. Quid ponat Apostolus (verbis desumptis ex *PSALMO* XXIV.1.) Ubi perpendere oportet

AAA. Subjectum. Quod est, ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Hîc igitur sermo est

אאא. De *terrâ*. ἡ γῆ. (*Hebr*. הָאָרֶץ)

בבב. Et de *plenitudine ejus*. Ubi

aaa. Mentio fit, τοῦ πληρώματος αὐτῆς. (*Hebr*. מְלוֹאָהּ) Id quod implet terram.

bbb. Jungitur per copulam καὶ (*Hebr*. וְ) ipsi terrae, ut idem de hac plenitudine, quod de ipsâ terrâ, praedicatum intelligatur.

BBB. Praedicatum. τοῦ Κυρίου. Supple ἐστι. (*Hebr*. לַיהוָה)

††. Quo pacto hoc faciat ad probandam sententiam Apostoli, quod de omnibus, quae in macello venduntur, liceat vesci sine discrimine. Eò enim tendit particula, γάρ.

//. Posito alio casu; nimirùm, si quis ab alio ad fidem *Christianam* non converso, ad convivium aliquod invitetur, eique caro, idolis antè consecrata, proponatur: Quid tunc faciendum sit, declarat Apostolus. Cap. X. 27-31.

Hîc perpendenda occurrit

— Propositio, quâ Apostolus suam sententiam exponit. Cap. X. 27. & 28. parte priori.

Sententiam autem suam ita exponit Apostolus, ut ex hoc casu duos faciat, de quorum singulis mentem suam aperit. Ubi reperimus

†. Ca-

§§.//.—

†. Casum ipsum in genere spectatum, mox in duos dividendum. Cap. X. 27. parte priori. Hic notemus

AAA. Particulam adversativam, transitum facientem, δέ. Quâ ostendit, se nunc acturum de casu planè diverso ab illo, de quo egerat; nimirùm, si quis, ad cibum sibi comparandum, in macellum ad carnem emendam iverit.

BBB. Casum ipsum. In quo haec duo concurrere facit.

אאא. Invitationem credentium *Corinthiorum* ab homine, ad fidem *Christianam* non converso. ει τις καλει υμας των απιςων. Ubi

aaa. Subjectum est, τις απιςων.

bbb. Praedicatum conditionatè propositum. ει καλει υμας. In quo

(*ααα*) Objectum sunt credentes *Corinthii*; indicati pronomine secundae personae. υμας.

(*βββ*) Quid huic objecto fieri ponatur, sed conditionatè. ει τις καλει.

בבב. Voluntatem horum, desiderio alterius convenientem.

aaa. Haec voluntas assensum praebens exprimitur verbis: θέλετε πορέυεσθαι.

bbb. Jungitur per particulam καὶ invitationi. ΚΑΙ' θέλετε πορέυεσθαι.

††. Eumdem in duos divisum. Cap. X. 27. parte posteriori, & 28. parte priori.

AAA. Prior

§§.//.— ††.

AAA. Prior eſt, ſi hoſpes, qui invitaverat, nihil dicat de idolothyto; quem caſum hîc ſubintelligendum eſſe, meritò colligitur ex oppoſitione, commate ſequenti mox ſecuturâ.

Hoc in caſu Apoſtolus ſine ſcrupulo de quocumque cibo comedi poſſe docet. Cap. X. 27. parte poſteriori. Quod

אאא. Ponit verbis: *πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε.* In quibus verbis

aaa. Objectum

(*aaa*) Deſcribitur; ut ab hoſpite *Corinthiis* (quos invitaverat, & qui invitationi morem geſſerant) propoſitum. *τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν.*

(*βββ*) In ſuâ univerſalitate ſpectandum exhibetur. *πᾶν.*

bbb. Quid huic objecto facere liceat. *ἐσθίετε.*

בבב. Amplificando illuſtrat. (eodem modo uti verſu 25.) *μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν.*

BBB. Alter eſt, ſi quis illis dicat, cibum propoſitum eſſe idolothytum. De quo caſu ſententiam ſuam declarat Apoſtolus. Cap. X. 28. parte priori.

Perpendere igitur oportet

אאא. Caſus poſitionem, oppoſitam illi, quae commate praecedenti tacitè ſupponebatur. Quare notanda

aaa. Particula, quâ fit tranſitio. *δὲ.*

bbb. Ca-

§§.//.— †† BBB.אאא.*aaa*.

bbb. Casûs positio ipsa. ἐὰν τις ὑμῖν εἴπῃ· Τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι.

In quibus verbis notandum est duo poni:

(*ααα*) Quoad rem ipsam: Cibum, qui proponitur, fuisse idolis consecratum. τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι.

* Subjectum τοῦτο respicit ad τὸ παρατιθέμενον.

** Praedicatum; dicit εἰδωλόθυτόν ἐστι.

(*βββ*) Quoad notitiam: Notificationem fieri. ἐὰν τις ὑμῖν εἴπῃ.

בבב. Quid isto in casu observandum esse doceat Apostolus, & quare.

aaa. Quid faciendum sit: abstinendum esse ab isto cibo. μὴ ἐσθίετε.

bbb. Ob quam caussam. Quae

(*ααα*) Generatim indicatur; quod sit ipse ille, qui hoc indicat. δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα.

(*βββ*) Speciatim illustratur; nimirùm, quando Apostolus addit: καὶ διὰ τὴν συνείδησιν.

* Res ipsa exprimitur verbis: διὰ τὴν συνείδησιν.

** Priori dicto jungitur, per particulam καὶ. Quae hic exegetica videtur.

 ⊏ Ra-

§§.//.—

☲ Ratiocinatio ad ejus confirmationem. Cap. X. 28. parte posteriori, 29. & 30. Ubi

†. Confirmatur id, quod versu 27. dixerat de esu licito. Eodem argumento, quo suprà versu 26. usus erat, ex *PSALMO* XXIV. 1. desumpto. Cap. X. 28. parte posteriori. τοῦ γὰρ Κυρίȣ ἡ γῆ καὶ πᾶν τὸ πλήρωμα αὐτῆς. (*a*)

††. Confirmatur prohibitio, versu 28. parte priori facta; ejusdem illustratione praemissâ. Cap. X. 29. & 30

AAA. Illustratio praemittitur, indicatione de quâ conscientiâ locutus sit. Cap. X. 29. parte priori. Hîc notetur

אאא. Particula δὲ. Quâ transitum facit, & significat non esse contra mentem suam verba καὶ τὴν συνείδησιν accipienda; neque ita interpretanda, ut sibi ipsi contradicere videatur.

בבב. Illustratio ipsa. Quae fit

aaa. Declaratione negativâ. συνείδησιν λέγω, ȣ̓χὶ τὴν ἑαυτοῦ.

bbb. Eique oppositâ affirmativâ. ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρȣ.

BBB. Confirmatio ipsa subjicitur. Cap. X. 29. parte posteriori, & 30. Notemus hîc

אאא. Particulam γὰρ, indicantem prohibitionem, ita intellectam, confirmatum iri.

בבב. Argumentum in confirmationem adductum. Quod

aaa. Proponitur, ratiocinatione ita propositâ, quasi hoc negotium ad ipsum *Paulum* specta-

(*a*) Quae repetitio videtur facta, ut excitet attentionem, ut videant, quod sibi constet.

§§.//.⚌ ††.BBB.בבב.*aaa*.

ſpectaret. Cap. X. 29. parte poſteriori.

Hoc argumentum ex eo deſumptum eſt, quod minimè conveniat ſuam libertatem ab aliûs conſcientiâ judicari. Ubi perpendendum eſt,

(*aaa*) Quid fieret, ſi monitus, *hoc eſſe idolothytum*, de eo comederet; quod, loquens in primâ perſonâ, Apoſtolus per διατύπωσιν oſtendit. ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως. In quibus verbis conſiderandum eſt

* De ſubjecto. Quod indicatur verbis: ἡ ἐλευθερία μου. Illa poteſtas, quam *CHRISTUS* mihi & aliis credentibus acquiſivit, veſcendi omnibus ad cibum creatis creaturis.

** De praedicato. κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως. Hîc perpendendum eſt,

AAAA. Quid Apoſtolus intelligat per ἄλλην συνείδησιν. Conſcientiam talis hominis, qui non veſcitur idolothyto, ex hoc principio, quod con-

§§.//.= ††.BBB.בבב.
aaa.(*aaa*)**AAAA.

ſcius ſibi ſit, ſe habere communionem cum CHRISTO, & inillo poteſtatem quibuslibet cibis veſcendi; ſed ex hoc principio, quod illud idolum honorandum eſſe cenſeat.

BBBB. Quid intelligat phraſi, *κρίνεσθαι ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως*. Ut videtur, haberi ab illâ, quaſi in eâdem ſententiâ ſit, & ex ſimili principio idolothyto veſceretur: Hoc illud eſt, quod contingeret, ſi de idolothyto comederet, poſtquam alter dixerit: HOC IDOLOTHYTUM EST.

(*βββ*) Hoc planè non convenire ſuo ſtatui, neque ullâ ratione probari poſſe. ἹΝΑΤΙ' ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως.

bbb. Amplificatur. Cap. X. 30. Hîc perpendere oportet

(*aaa*) Particulam, quâ tranſitus fit. δὲ. Quaſi diceret: Neque hoc tantùm, quod *judicarer ab aliâ conſcientiâ; SED* inſuper, imprudenter comedens idolothytum, blaſphemiam incurrerem, quâ de me diceretur, quod idolum colam. Hoc autem minimè committendum mihi eſt.

(*βββ*) Rem ipſam. In quâ iterùm conſiderandum eſt,

* Quid fieret, ſi ipſe comederet de idolothyto (poſtquam quis ei dixerit, *hoc eſt idolothytum*). Ubi

AAAA. Ponit caſum, quo deſcribit ſtatum,

§§. //. ⸗ ††. BBB. בבב. *bbb*. (βββ)
*AAAA.

tum, in quo fit, tamquam hypothefin.

אאאא. Status, in quo fit, exprimitur verbis: Ἐγὼ χάριτι μετέχω.

In quâ defcriptione notetur

aaaa. Privilegium, quo fruatur. Ἐγὼ μετέχω. Scilicet, τῆς ἐλευθερίας. (*a*)

bbbb. Unde hoc privilegium acceperit, cui hoc acceptum ferre debeat. χάριτι.

בבבב. Tamquam hypothefis ponitur, ex quá argumentari vult. Quod indicat per particulam, εἰ.

BBBB. Quid tamen fieret, fi imprudens de idolothyto, de quo ipfi dictum erat, HOC EST IDOLOTHYTUM, comederet. Quod

אאאא. Exprimit verbo, βλασφημοῦμαι. Id eft, dicerer idoli cultor.

בבבב. Abfurditatem hujus confequentis (fi ei anfam daret) indicat dicens: ὑπὲρ οὗ Ἐγὼ εὐχαριστῶ.

aaaa. Libertatem illam confiderabat, ut infigne beneficium; uti quoque confiderari debebat.

bbbb. Hinc pro illá gratias agebat, & agere debebat: Et per confequens, abufu illius libertatis non debebat efficere, ut ipfe blafphemaretur, & diceretur idolorum cultor. Adeoque

** Hoc fibi committendum non effe, docet voculis, ἵνα τί. Id eft, quo fine hoc facerem? Nullo decente, adeoque inepte, & neutiquam convenienter meo ftatui. Sum-

(*a*) Belgae vertunt, [der ſpyſe] deelachtig ben. Meliùs mihi videtur, ex praecedenti verfu, repetere vocem ἐλευθερίας.

Summa ratiocinationis huc redire videtur :

Libertas illa vescendi, quibuslibet creaturis a DEO ad nutritionem corporis creatis, est insigne beneficium, quod gratiae DEI in CHRISTO acceptum refero, & referre debeo, pro quo etiam gratias ago, & agere debeo.

Illâ igitur libertate uti non debeo, ita ut efficiam, ut non tantùm judicarer ab aliûs conscientiâ, quasi in eâdem cum eo essem sententiâ; sed etiam dicerer, per convicium, cujus ipse caussa essem, idolorum cultor.

Hoc autem fieret, si comederem illud, de quo alter mihi dixerit: HOC EST IDOLOTHYTUM.

Quid igitur me impelleret? Imò absit a me, ut hoc facerem.



TA-

TABULA XLIII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. X. 31.-XI. 3.

IN hac pericopâ Apoſtolus *Corinthios* erudit, quo pacto ſe, non tantùm in hoc, ſed & in omnibus ſimilibus caſibus, gerere debeant. Cap. X. 31.-XI. 3.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.AA.אא.*bb*.(ββ)

In eâ reperimus

§. Monita ad piam prudentiam ſpectantia. Cap. X. 31. & 32. Horum

/. Primum eſt, omnia ad gloriam DEI referri debere. Cap. X. 31.

— Connexio fit per particulam, οὖν. Quaſi diceret: Illa, quae hactenùs diſputavi, ita ſunt comparata, ut non tantùm huic caſui applicanda ſint, verùm etiam aliis, utpote fluentia ex iisdem principiis.

= Monitum ipſum ita reperimus comparatum, ut

†. Ponantur caſus quidam. Hi ſunt

AAA. Speciales.

אאא. Εἴτε ἐσθίετε.

בבב. Εἴτε πίνετε.

BBB. Generalis. εἴτέ τι ποιεῖτε

††. Do-

§./.⁼ †.

††. Doceatur, quid in illis omnibus faciendum sit. πάντα εἰς δόξαν Θεῦ ποιεῖτε.

//. Alterum est, offensionem omnem esse evitandam. Cap. X. 32. Quod

– Acervatim dicitur. Ἀπρόσκοποι γίνεσθε.

= Distributè. Ubi

†. Recensentur objecta, circa quae ita versari debeant, ut ea non offendant.

AAA. Infideles. Hec evitare debebant, ne offensionem praebeant,

אאא. Ἰυδαίοις.

בבב. Ἕλλησι.

BBB. Credentes, unum corpus constituentes. τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.

††. Indicatur illa hac in parte eodem loco esse habenda. Quod indicatur ter repetitâ particulâ, καὶ.

§§. Horum monitorum confirmationem, sive excitationem *Corinthiorum* ad observationem illorum. Cap. X. 33.-XI. 3. Quo fine

/. Se ipsum in exemplum proponit. Cap. X. 33.

Ubi, in summam contrahens, quae Cap. IX. copiosè ostenderat,

– Declarat, quid, & quo fine id fecerit.

†. Factum sive studium suum sic describit:

AAA. Generatim dicens: Ἐγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω.

אאא. Objectum indicatur voce, πᾶσιν.

בבב. Quid huic objecto faciat,

aaa. Indicat verbo, ἀρέσκω.

bbb. Amplificat, dicens, πάντα.

BBB. Spe-

§§ I. — †. AAA.

BBB. Speciatim exponens, ex quo animi adfectu hoc proficiſcatur. Quem

אאא. Deſcribit.

aaa. Negativo enunciato. μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτȣ̃ συμφέρον.

(*aaa*) Objectum, circa quod verſatur, dicit τὸ ἐμαυτȣ̃ συμφέρον.

(*βββ*) Quomodo circa illud verſetur. μὴ ζητῶν.

bbb. Phraſi poſitivâ, contrarium ejus, quod negaverat, indicante.

(*aaa*) Oppoſitio indicatur per particulam, ἀλλὰ.

(*βββ*) Res ipſa exprimitur verbis: τὸ τῶν πολλῶν.

Hic rurſus perpendendum eſt

* Objectum, circa quod verſetur. Quod indicat, dicens τὸ (ſupple, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum, συμφέρον) τῶν πολλῶν. Videndum igitur eſt,

AAAA. Quas perſonas indigitet, dicens, τῶν πολλῶν.

BBBB. Quid eis cupiat. τὸ συμφέρον.

** Quomodo circa illud verſetur. ζητῶν.

בבב. Conſiderandum proponit ut principium, unde proficiſcatur illud πάντα πᾶσιν ἀρέσκειν. Quod indicat participialis loquendi modus.

 ††. Fi-

§§./.— †.

††. Finemque exponit verbis, ἵνα σωθῶσι.

= In exemplum *Corinthiis* proponit, ut ſic eos impellat, ut omni contentione annitantur, ut ſint ἀπρόσκοποι καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Id autem

†. Indicat voculà, καθώς.

††. Et quidem cum emphaſi latente in particulâ καὶ, quae partem facit vocis, κἀγώ.

//. Excitat, & inſtigat *Corinthios*, ut ſe imitentur. Cap. XI. 1. & 2. Quod facit

— Hortando. Cap. XI. 1. Ubi reperimus

†. Adhortationem ipſam. μιμηταί μου γίνεσθε.

††. Stimulum, quo excitari deberent. καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. Quibus verbis

AAA. Declarat, ſe eſſe μιμητὴν Χριστοῦ.

BBB. Hoc ipſis ſimul exemplo, ſimulque ſtimulo eſſe debere, ſignificat voculis, καθὼς κἀγώ.

= Laudando, ut & currentibus calcar addat. Cap. XI. 2.

Hic notemus

†. Tranſitionem, per particulam, δέ. Quaſi diceret: Haec non dico, quaſi vos, qui ad me ſcripſiſtis, conqueſti eſtis, vel ſaltem conſilium petiiſtis, reprehendere velim, vel accuſare; *SED*, contrà, laudare.

††. Argumentum hujus commatis ipſum. In quo attendere oportet

AAA. Ad blandam compellationem. Ἀδελφοί.

BBB. Ad id, quod eis declarat.

ℵℵℵ. Ge-

SS.//.ב tt.BBB.

אאא. Generatim expressum. Ἐπαινῶ ὑμᾶς.

בבב. Speciatim exponens materiam laudis. Quae

aaa. In genere erat, id quod

(*ααα*) Simpliciter exprimit dicens, quod memores essent Apostoli. ὅτι μου μέμνησθε.

(*βββ*) Et cum exaggeratione, per particulam, πάντα.

bbb. In specie id exponitur; quando

(*ααα*) Particula καὶ innuit, speciale quid additum iri.

(*βββ*) Quid illud sit, exprimitur verbis: καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε. Ubi notemus

* Normam, quam sibi proposuerant. Quae indicatur ab Apostolo, quando dicit, καθὼς παρέδωκα ὑμῖν. Quibus verbis

AAAA. Docet, quid ipse *Corinthiis* fecerit. Tradiderat, suâ praedicatione, doctrinam veritatis secundum pietatem. παρέδωκα ὑμῖν.

BBBB. Quod ipsi hoc sibi ante oculos posuerint, ut normam, indicat particula, καθὼς.

** Quomodo se ad eam componant. τὰς παραδόσεις κατέχετε.

AAAA. Objectum, circa quod versabantur, indicat, dicens, τὰς παραδόσεις.

 BBBB. Quo

§§ //.⌶ ††.BBB.בבב.*bbb*.(βββ)**AAAA.

BBBB. Quo modo circa illud verſentur. κατέχετε.

Sic inſervire poterat hoc comma, tùm confirmationi praecedentium, tùm praeparationi ad ſequentia. Quam elegantiſſimam methodum ratiocinandi ſaepiùs in Epiſtolis *Pauli* obſervare licet.



TA-

TABULA XLIV. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XI. 3--13.

Comprehendit haec pericopa partem responsi Apostoli, de duplici, quae externum Ecclesiae *Corinthiorum* statum perturbabat, ἀταξία. Nimirùm, ratiocinationem Apostoli de velamine Capitis Mulieres decente, Viros non item. Cap. XI. 3-13.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.AA.בב.*aa*.(αα)

In hac ratiocinatione suâ Apostolus in hunc modum procedit:

§. Fundamentum ponit suae sententiae; quo, nimirùm, nitatur obligatio, eaque strictior, quâ *Christiani* ad decorum, in cultu publico observandum, obligantur. Cap. XI. 3.

Hîc iterùm notari debet

/. Particula, transitum faciens, δὲ. Quasi diceret: quamvis, imò quandoquidem vos laudo, quod traditiones, quas vobis tradidi, servetis; est *TAMEN* aliquid, de quo porrò vobis tradere debeo, quo pacto vos gerere debeatis; cujus fundamentum hoc est.

//. Res ipsa, quae pro fundamento hujus institutionis haberi debet, & propterea seriò inculcatur.

§ II.

— Seria ejus commendatio exprimitur verbis. θέλω ὑμᾶς εἰδέναι.

= Quid illud sit, quod eos tantopere scire, agnoscere, & coram oculis ponere, cupiat: Quod, nimirùm, sint certae quaedam σχέσεις, sive relationes:

†. Inter *CHRISTUM* & *Virum*, & inter *Virum* & *Uxorem*, sive *Mulierem*. Nimirùm

AAA. *CHRISTUM* esse *cujuscumque Viri Caput*. Ubi

אאא. Subjectum orationis est, ὁ Χριστὸς.

בבב. Praedicatum ei tribuit hunc honorem, quod sit *cujuscumque Viri Caput*. Qui honor

aaa. Exprimitur verbis: ἡ κεφαλὴ ἀνδρὸς.

bbb. Amplificatur, additâ voce, παντὸς.

Ita, nimirùm, ut unusquisque Vir CHRISTO subjectus sit, eique soli; ita ut si omnes & singulos in se spectes, suâ naturâ nulli creaturae subsint, sed uni tantùm CHRISTO.

BBB. Mulierem verò aliam quoque habere relationem, in quâ spectari debeat, ut quae non uni tantùm CHRISTO, (quamvis huic praecipuè) sed etiam Viro subjecta sit.

Ubi notari debet

אאא. Particula, oppositionem faciens, δὲ. Quasi diceret, *SED* alia est mulieris conditio:

בבב. Res ipsa. In quâ perpendere oportet

aaa. Subjectum. Quod est, ὁ ἀνήρ.

bbb. Praedicatum ei tribuit hanc praerogativam, sive hunc honorem, quod sit *Caput Mulieris*. κεφαλὴ γυναικὸς.

††. Aliam quoque esse relationem, consideratu di-

§.//.= ††.

dignam, inter CHRISTUM & DEUM, quae quidem diversa sit a duabus modò laudatis, sed tamen hîc quoque considerandа.

AAA. Particula δὲ hîc transitum facit, & oppositionem indicat.

BBB. Res ipsa ita exprimitur, ut nobis perpendendum sit

אאא. Subjectum. ὁ Θεὸς.

בבב. Praedicatum. κεφαλὴ Χριςῦ. Hic considerandum est

aaa. De objecto, & quo pacto, (hoc loco) spectandum sit. Quod objectum indicatur nomine, Χριςῦ.

bbb. De relatione DEI ad Ipsum. Quae exprimitur per eamdem Metaphoram. κεφαλὴ Χριςῦ. (*a*)

§§. Huic fundamento superstruit suam de quaestione motâ sententiam. Cap. XI. 4-13. Hanc

/. Proponit. Cap. XI. 4. & 5. parte priori.

— Ad Viros quod attinet. Cap. XI. 4. De quibus declarat, quod Vir quilibet, velato Capite orans, vel prophetans, suum ipsius Caput dehonestet. Contemplemur hîc

†. Subjectum enunciati. Illiusque notemus

AAA. Descriptionem.

אאא. Ratione sexûs. Ἀνὴρ.

בבב. Ra-

(*a*) Fundamentum hoc ratiocinationis Apostoli ita se habere videtur: CHRISTUS, quà Mediator exaltatus, nemini, nisi Patri, ullo modo subjectus esse potest; sic Vir non nisi CHRISTO: Mulier autem etiam Viro. Atque eapropter se ita gerere debet utraque pars, ut hoc appareat.

§§./.— †. AAA.ℵℵℵ.

בבב. Ratione actuum, & adjuncti eorumdem. Ubi

aaa. Duo actûs religiosi commemorantur, a quibus describitur hîc Vir, qui subjectum est nostri enunciati.

(ααα) Hi sunt

* Precatio. Dicitur προσευχόμενος.

** Vaticinatio. προφητεύων.

(βββ) Spectandi proponuntur, ut qui, hoc in casu, eodem loco sint habendi. Quod indicat particula, ἢ.

bbb. Adjunctum horum actuum additur, ut partem faciens hujus descriptionis. κατὰ κεφαλῆς ἔχων.

BBB. Descriptionis extensionem, per voculam, πᾶς.

††. Praedicatum. καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Ubi considerandum est

AAA. De objecto. Quod Apostolus dicit, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. (*a*)

BBB. De eo, quod talis Vir huic objecto facit. καταισχύνει.

≍ Ad Mulieres quod attinet. Cap. XI. 5. parte priori. In quo commate

†. Per particulam δὲ generatim indicat planè diversam esse illarum conditionem.

††. De hac conditione ita loquitur Apostolus, ut

(*a*) An propriè dictum, an Metaphoricè dictum Caput hîc intelligendum?

§§./.= ††.

ut doceat Mulierem, aperto Capite eosdem actûs religiosos peragentem, dehonestare suum Caput. Ubi eadem, uti suprà, ratione, contemplandum est

AAA. Subjectum enunciati. Illiusque notemus

אאא. Descriptionem.

aaa. Ratione sexûs. γυνὴ. (*a*)

bbb. Ratione actuum religiosorum, & adjuncti eorumdem. Ubi occurrunt

(αααα) Actus hi religiosi. προσευχομένη ἢ προφητεύουσα.

(βββ) Adjunctum vitians. ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ.

בבב. Descriptionis extensionem ad omnes. πᾶσα.

BBB. Praedicatum. καταισχύνει τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς. Ubi pariter, uti suprà, considerandum est

אאא. De objecto. Quod dicit, τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς. (*b*)

בבב. De eo, quod huic objecto faceret ita agens Mulier. καταισχύνει.

//. Propositionem confirmat. Cap. XI. 5. parte posteriori, --13.

— Ratione Mulierum. Cap. XI. 5. parte posteriori, & 6. Ubi

†. Rationem in confirmationem profert. Cap. XI. 5. parte posteriori. Quod, nimirùm, idem in

---

(*a*) Hic quaeritur, an hoc simpliciter sexum denotet? an verò connotet statum conjugalem?

(*b*) An propriè? an impropriè dicto?

§§ //.— †.

in muliere sit retecto Capite esse, & Caput rasum habere. Notetur

AAA. Particula γὰρ. Quâ ostendit se confirmatum ire, quod dixerat.

BBB. Res ipsa, quam in confirmationem producit. Quae in hunc modum exprimitur: ἓν ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ. In quibus verbis notemus

אאא. Objectum, cum quo comparationem instituit. τῇ ἐξυρημένῃ.

בבב. Assimilationem ipsam. ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ἐστι.

††. Hujus confirmationis ulteriorem amplificationem confirmatoriam. Cap. XI. 6.

AAA. Quod Apostolus per illa, quae hoc commate dicet, amplificare, & sic ulteriùs confirmare velit rationem, modò in medium prolatam, indicat particulâ, γὰρ.

BBB. Amplificatio confirmatoria ita adornatur ab Apostolo, ut alterutrum fieri jubeat.

אאא. Ut mulier, recusans tegi Caput, etiam tondeatur.

aaa. Casus ponitur. εἰ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ.

bbb. Quid, hoc casu posito, fieri debeat. καὶ κειράσθω.

(ααα) Quid istiusmodi Mulieri fieri debeat, exprimitur verbo, κειράσθω.

(βββ) Idque cum casu posito conjungitur, per particulam, καὶ.

בבב. Ut, contrà, si tonsura illa Mulieri indecora sit, obveletur illa.

aaa. Or-

§§. //.— ††.BBB.בבב.

aaa. Ordine inverso nunc ratiocinationem institui, indicat particula, δὲ.

bbb. Ratiocinatio ipsa ita se habet, ut

(*aaa*) Casus ponatur. εἰ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι.

(*βββ*) Quid illo casu (si sibi indecoram censeat tonsuram) faciendum sit. Nimirùm, illam obvelari debere. κατακαλυπτέσθω.

= Ratione utrorumque, Virorum pariter ac Mulierum. Cap. XI. 7-13. Ubi

†. Gloriam majorem Viro prae Muliere asserit, atque hanc ob caussam Virum aperto, Mulierem operto sive velato Capite, esse debere, vel propter ipsos Angelos. Cap. XI. 7-11.

In hisce commatibus oportet, ut attendamus ad

AAA. Thesin, quam, in ulteriorem antè dictorum confirmationem, ponit; quâ rationem reddit differitatis hac in parte inter Virum & Mulierem. Cap. XI. 7. Ubi

אאא. Id, quod dicet, in ulteriorem tendere antè dictorum confirmationem, indicat particulâ, γάρ.

בבב. Rem ipsam ita proponit, ut

aaa. Particulis μὲν & δὲ significet, quod talem differitatem ante oculos ponere velit; quâ indicetur, id, quod Viro competit, non competere Mu-

 lieri,

§§. //. ═ †.
AAA. בבבב. *aaa.*

lieri, cum alia sit illius, quam hujus, ratio.

bbb. De Viro primùm, deinde quoque de Muliere agat.

(*aaa*) De Viro dicit: Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων. In quibus verbis videndum est,

* Quid Viro conveniat. Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν. Noteturhic

AAAA. Subjectum. Ἀνὴρ.

BBBB. Praedicatum. οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν.

** Ob quam rationem. εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων. In his verbis perpendendum est,

AAAA Quid de Viro adfirmet. (*a*) Quod duobus membris exprimitur.

אאאא. Primo adfirmatur, quod Vir sit *imago DEI.* ὑπάρχων εἰκὼν Θεοῦ.

בבבב. Altero

aaaa. Adfirmatur, quod sit *gloria DEI.* ὑπάρχων δόξα Θεοῦ.

bbbb. Idque cum priori connectitur, per particulam, καὶ.

BBBB. Hoc in rationem afferri, propter quam Vir non debeat obvelare Caput, significatum participiali locutione, ὑπάρχων.

(*βββ*) De Muliere dicit: γυνὴ δόξα ἀνδρός ἐστιν.

* Per-

(*a*) Non equidem significare vult, quod Mulier non sit *imago & gloria DEI.* Vid. *Genes.* I. 26. 27. Sed quod Virnon alium ad finem conditus sit; sed Mulier non ad solum hunc finem, sed insuper ad alium quoque.

§§. //.☰ †.
AAA.כככ.bbb.(βββ)

* Perpendenda sunt haec verba ipsa. In quibus

AAAA. Subjectum est, γυνὴ.

BBBB. Praedicatum. δόξα ἀνδρός ἐστιν.

אאאא. Objectum, ad quod relationem quamdam habeat Mulier, exprimitur nomine, ἀνδρός.

ככככ. Quam relationem ad hoc objectum habeat Mulier, exprimitur dicendo, δόξα [αὐτοῦ] ἐστιν.

** Considerandum id, quod, brevitatis caussâ, Apostolus non expressit: Nimirùm, quod hanc ob caussam ἡ γυνὴ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν.

BBB. Ad hujus thesis confirmationem. Cap. XI. 8. 9. & 10.

In quâ reperimus

אאא. Argumenta, quae profert Apostolus. Cap. XI. 8. & 9.

aaa. Primum est desumptum ob origine primâ primorum hominum. Cap. XI. 8.

(*aaa*) Quod eam in argumentum adferre velit, docet particulâ, γάρ.

(βββ) Rem ipsam duobus membris comprehendit:

* De *Viro* negans, quod sit *ex Muliere*. οὐκ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικός.

 ** De

§§.//.☰ †.
BBB.אאא.*aaa*.(ββ β)*

** De *Muliere*, contrà, asserens, quod sit *ex Viro*. ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός.

AAAA. Oppositionis nota est particula, ἀλλά.

BBBB. Res ipsa exprimitur verbis: γυνὴ ἐξ ἀνδρός.

bbb. Alterum, prius etiam confirmans, argumentum est desumptum a fine creationis, non Viri, sed Mulieris. Cap. XI. 9.

(*aaa*) Quod haec in ulteriorem confirmationem adferantur, indicant particulae, καὶ γάρ.

(βββ) Ad rem ipsam quod attinet:

* Negatur de *Viro*, quod *creatus sit propter Mulierem*. οὐκ ἐκτίσθη ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα.

** Affirmatur, contrà, *Mulierem propter Virum esse creatam*.

AAAA. Oppositio indicatur per particulam, ἀλλά.

BBBB. Res ipsa exprimitur in hunc modum. γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα.

בבב. Conclusionem ex his elicitam, additá ratione suasoriá. Cap. XI. 10.

aaa. Quod hoc praeceptum, tamquam consectarium ex dictis fluens, considerari velit docet verbis: διὰ τοῦτο.

bbb. Praeceptum ipsum, ad Mulieres spectans, suprà jam praescriptum,

(*aaa*) Re-

§§. //. ☲ †. BBB. בבב. *bbb*.

(ααα) Repetit. ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.

Ubi τὸ κατακαλύπτεσθαι nunc exprimit per ἐξουσίαν ἔχειν. Id est, signum τὴν ἐξουσίαν significans.

(βββ) Addit rationem suasoriam, quae Mulierem ad observationem hujus praecepti impellere deberet. διὰ τοὺς ἀγγέλους. Hîc inquirendum est,

* Quos intelligat Apostolus per hoc nomen, τοὺς ἀγγέλους.

** Quo sensu dicatur, quod propter illos hoc praeceptum a muliere observari debeat. ΔΙΑ' τοὺς ἀγγέλους.

††. Cautelam subjicit, quâ cavere studet, ne hoc, ultra quam fas est, trahatur. Cap. XI. 11. & 12.

AAA. Proponitur haec cautela, & opponitur abusui verborum Apostoli. Cap. XI. 11.

אאא. Oppositio haec innuitur particulâ, πλὴν.

בבב. Propositio ipsa

aaa. Inculcat inseparabilem unitatem Viri & Mulieris. Quam duobus enunciatis reciprocis exprimit:

(ααα) Ratione Viri. οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς.

(βββ) Ratione Mulieris. οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς.

bbb. In-

§§.//.=††.

AAA.בבב.*aaa*.

bbb. Indicat fundamentum obligationis, ad eam sanctè observandam. ἐν Κυρίῳ.

BBB. Confirmatur, considerando mutuam relationem Viri ad Mulierem, & hujus ad illum, per sapientem horum a DEO constitutum ordinem. Cap. XI. 12.

אאא. Quod haec afferantur in confirmationem, docet particula, γάρ.

בבב. Ratiocinatio ipsa duo continet, quae comparantur, & ad suum principium referuntur.

aaa. Haec duo sunt, & ita inter se comparantur, ut attendere oporteat ad singula, & ad eorum comparationem.

(*ααα*) Sunt, nimirùm, singula spectantia,

* Ad primae Mulieris originem. ἡ γυνὴ ἐκ τῦ ἀνδρὸς.

** Ad Virorum sequentium originem. καὶ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικὸς.

(*βββ*) Comparantur inter se, per particulas, ὥσπερ ὕτω καὶ.

bbb. Ad suum principium referuntur. τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ.

(*ααα*) Particula δὲ indicat hoc non esse levis momenti, *SED* in his omnibus agnoscendum esse *DEUM* horum omnium Auctorem.

(*βββ*) In ipso dicto perpendere oportet

* Subjectum. τὰ πάντα.

** Praedicatum. ἐκ τῦ Θεῦ.

TA-

TABULA XLV. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XI. 13--17.

IN pericopâ, hisce commatibus comprehensâ, Apostolus provocat ad ipsam *Corinthiorum* conscientiam, sibi assensum praebituram, modò absit prava litigandi cupido, serenitatem judicii obfuscans. Cap. XI. 13-17.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב *b*.(α) 1. AA.בב. *aa*.(ββ)

In hac pericopâ observamus,

§. Quo pacto provocet ad propriam ipsorum *Corinthiorum* conscientiam. Cap. XI. 13. 14. & 15. Quod

/. Generatim facit. Cap. XI. 13. parte priori. Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε.

//. Speciatim, ratione materiae hujus disputationis. Ubi

— Interrogando docet, ipsam illorum conscientiam ipsos docere, indecorum esse, ut Mulier non velato Capite preces ad DEUM fundat. Cap. XI. 13. parte posteriori. Ubi

†. Factum ponit. In quo

AAA. Subjectum dicit, γυναῖκα.

BBB. Actum ejus describit religiosum, cum adjuncto illaudabili.

 ℵℵℵ. Actus

§.//.— †.BBB.

אאא. Actus religiosus est, προσεύχεσθαι τῷ Θεῷ. Ubi considerare licet

aaa. De objecto. τῷ Θεῷ.

bbb. De actuositate circa hoc objectum. Quae est προσεύχεσθαι [αὐτῷ].

בבב. Adjunctum. ἀκατακάλυπτον.

††. Rogat eos, an hoc *decorum* sit. πρέπον ἐστι;

Eamdem ipsorum conscientiam ipsos docere, aliam prorsùs, hac in parte, esse conditionem Viri, quam Mulieris. Cap. XI. 14. & 15. Hoc

†. Ipsis ante oculos ponit. Cap. XI. 14. & 15. parte priori.

AAA. Ratione Viri. Cap. XI. 14. Ubi interrogando fortiter adfirmat, ipsam naturam docere, τὸ κομᾶν Viro indecorum esse. Videamus hîc

אאא. Veritatem ipsam. ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι.

aaa. Particula μὲν indicat, quod de Viro, contradistinctè ad Mulierem loquatur.

bbb. Quoad rem ipsam, occurrit nobis

(*aaa*) Casûs positio. In quâ

* Subjectum est, ἀνήρ.

** Praedicatum, conditionatè positum. ἐὰν κομᾷ. Ubi

AAAA. Sciendum est, quid sit τὸ κομᾶν.

BBBB. Conditionata locutio indicat hanc esse casûs positionem. ἐὰν κομᾷ.

(*βββ*) Quid de tali casu existimandum sit. ἀτιμία αὐτῷ ἐστι.

בבב. Testi-

§.//.☲ †. AAA. ℵℵℵ.

כככ Testimonium, quod perhibet ipsa natura. ἢ ὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς;

aaa. Objectum, cui hoc testimonium perhibetur, erant *Corinthii*. ὑμᾶς.

bbb. Testimonium spectandum exhibetur, ut doctrina, quam ipsimet agnoscere debeant, naturam ipsam inculcare. Ubi notemus

(*ααα*) Subjectum, cum emphasi expressum. αὐτὴ ἡ φύσις.

* Vocatur hoc subjectum, ἡ φύσις.

** Emphaticè coram oculis ponitur, quando dicit, αὐτὴ.

(*βββ*) Praedicatum. διδάσκει, ὅτι ἀνὴρ μὲν &c. Id quod

* Non simpliciter testatur;

** Sed interrogativè loquendo fortiter affirmat, ostendens, ipsam *Corinthiorum* conscientiam id negare non posse. (*a*)

BBB. Ra-

(*a*) Vel in hunc modum:

aaa. Testimonium hoc spectandum exhibetur, ut doctrina ipsius naturae.

(*ααα*) Subjectum

* Vocatur, ἡ φύσις.

** Emphatice dicitur, αὐτὴ ἡ φύσις.

(*βββ*) Praedicatum. διδάσκει ὑμᾶς.

* Objectum sunt *Corinthii*. Quos compellat pronomine, ὑμᾶς.

** Quid ipsa natura illis faciat. διδάσκει, ὅτι &c.

bbb. Idque non simpliciter testatur Apostolus, sed interrogativè loquendo fortiter adfirmat, ostendens ipsam *Corinthiorum* conscientiam id negare non posse. ἢ ὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις &c.

§.// ☰ †.AAA.

BBB. Ratione Mulieris, teſtatur Apoſtolus, quod ipſa natura *Corinthios* doceat, quod τὸ κομᾷν ipſi honori ſit. Cap. XI. 15. parte priori.

אאא. Particula δὲ, oppoſita particulae μὲν, indicat, quod de Muliere agere velit, contradiſtinctè ad Virum.

בבב. Quoad rem ipſam, nobis occurrit

aaa. Caſûs poſitio. γυνὴ ἐὰν κομᾷ. In quibus verbis

(ααα) Subjectum eſt, γυνὴ.

(βββ) Praedicatum, conditionatè, uti in praecedenti membro, poſitum. ἐὰν κομᾷ.

bbb. Quid de tali caſu exiſtimandum ſit. δόξα αὐτῇ ἐστιν.

††. Rationem reddit. Cap. XI. 15. parte poſteriori. Ubi videamus,

AAA. Quid ſtatuat Apoſtolus. ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ.

אאא. Subjectum eſt, ἡ κόμη.

בבב. Praedicatum adfirmat,

aaa. Cui fini inſerviat. ἀντὶ περιβολαίου.

bbb. Quod *coma* Mulieri eo fine *data* ſit. δέδοται αὐτῇ.

BBB. Quod hac theſi reddat rationem illius diſcriminis inter Virum & Mulierem, quod coma Viro dedecori ſit, Mulieri verò honori.

§§. Quo pacto abeſſe velit litigandi ſtudium. Cap. XI. 16. Notetur hîc

I. Par-

§§.

/. Particula, transitum faciens. δὲ.

//. Res ipsa. Quae continet

— Casûs positionem. εἰ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι.


= Reprehensionem. Fit haec reprehensio declaratione,

†. Quo pacto se gerant Apostoli; Nimirùm, quod tale studium φιλονεικίας ab illorum moribus alienum sit. ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν.

††. Quo pacto se gerant Ecclesiae, Apostolorum imitatrices. Ubi

AAA. Loquitur de *Ecclesiis DEI.* αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ.

BBB. Testatur, quod illae, similiter atque Apostoli, a moribus suis sejungant litigandi studium. οὐδὲ. Supple, ἔχουσι τοιαύτην συνήθειαν.



TABULA XLVI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XI. 17.

IN hac pericopâ Apoſtolus, emendare cupiens ἀταξίαν indecentiſſimam, quae committebatur in conventu, ad eſum agaparum & ad Sacram Coenam, praemittit generalem reprehenſionem. Cap. XI. 17.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B ב.*b*.(*α*)I.A A.בב.*bb*.(*αα*)

In hoc commate Apoſtolus

§. Praefatur, ſe nunc accedere ad commemorationem & taxationem illaudabilis moris.

/. Particula δὲ videtur reſpicere ad laudem, quam *Corinthiis* ſuprà, verſu ſecundo hujus Capitis, dederat; *SED*, in hoc, de quo nunc aget, negotio, idem facere non poterat.

//. Declaratio ipſa

— Pro objecto habet id, quod dicet. τοῦτο παραγγέλλων.

= Significat illud ab Apoſtolo non laudari. οὐκ ἐπαινῶ.

§§. Explicare incipit, quo reſpiciat.

Nimirùm,

/. Conventûs ipſorum. συνέρχεσθε Quos, in ſe ſpectatos, quidem non reprehendit, ſed

//. Ita

§§. /.

//. Ita comparatos, ut sint prorsus indecentes.
Hoc duobus enunciatis illis declarat:
— Negativo. οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον συνέρχεσθε.
= Positivo. ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε.
†. Malum ipsum erat conventus in pejus. συνέρχεσθε εἰς τὸ ἧττον.
††. Gradatione quâdam, per particulam ἀλλὰ indicatâ, priori enunciato superaddit.



T A-

TABULA XLVII. SPECIALIS EXHIBENS ANALYSIN EPISTOLAE I. AD CORINTHIOS

CAP. XI. 18. & 19.

CONTINET haec pericopa Ostensionem originis pessimae hujus mali. Cap. XI. 18. & 19.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.b.(α)1.AA.בב.bb.(ββ)§.

Hîc videmus Apostolum

/. Per particulas μὲν γὰρ significare se specialiori ratione expositurum esse, & sic confirmaturum id, quod dixerat.

//. Ipsam rem ita declarat, ut

— Narret, quid ad aures suas pervenerit; quod primum sit, quod eum moveat ad eos hac in parte minimè laudandos. Cap. XI. 18. parte priori.

Ubi perpendamus

†. Vitium ipsum:

AAA. In se spectatum. σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν.

BBB. Adjuncto aggravatum. συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ.

††. Notitiam, quam Apostolus dicit se accepisse hujus vitii. ἀκούω.

= Declaret, quod hunc rumorem ex parte pro vero habeat, cum & hoc ad bonum finem a DEO dirigatur. Cap. XI. 18. parte posteriori, & 19.

Vi-

//.ב

Videamus hîc

†. Declarationem limitatam, de fide, quam habeat huic rumori; ipsi narrationi de isto rumore additam. Cap. XI. 18. parte posteriori.

AAA. Connexio fit per particulam, καὶ. Quasi diceret: non ob solum rumorem vos reprehendo.

BBB. Ipsa declaratio ita fit, ut adjiciatur limitatio.

אאא. Declarat igitur se malae isti famae fidem habere. πιςεύω.

בבב. Limitat hoc dictum; addens, μέρος τι.

††. Ejusdem confirmationem. Cap. XI. 19.

AAA. Particula γὰρ ostendit, quod rationem dicti reddere velit.

BBB. Res ipsa necessitatem & finem gravioris quoque fati continet.

אאא. Necessitatem docet

aaa. Ipsis schismatibus gravioris mali. Malum hoc

(*ααα*) Vocatur, αἱρέσεις ἐν ὑμῖν.

(*βββ*) Gravius esse vel ipsis schismatibus, innuit particula, καὶ.

bbb. Necessitas exprimitur, verbis: δεῖ εἶναι.

בבב. Finem indicat. Ubi videndum est,

aaa. Quid fieri oporteat. οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν. Quibus verbis Apostolus

(*ααα*) Ponit inter *Corinthios* esse δοκίμυς. οἱ δόκιμοι.

(*βββ*) Statuit illos manifestos fieri debere. φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν.

bbb. Quod huic fini αἱρέσεις existere debeant. Quod particulâ ἵνα exprimitur.

TABULA XLVIII. SPECIALIS, CONTINENS ANALYSIN EPISTOLAE I. AD CORINTHIOS.

CAP. XI. 20--26.

IN hac pericopâ reperitur Convictio de noxâ & turpitudine hujus mali, quod irrepſerat, vario modo illuſtrata, & confirmata ex inſtitutione Sacrae Coenae. Cap. XI. 20-26.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.AA.בב.*bb*(ββ)§§./.

In hac pericopâ oportet, ut attendamus

— Ad ipſam hanc convictionem. Cap. XI. 20-23.

Hîc attendere debemus

†. Ad particulam οὖν. Quâ oſtendit hunc eſſe fructum illorum ſchiſmatum.

††. Ad rem ipſam. In quâ videmus

AAA. Exprobrationem, eis ante oculos ponentem, quid faciant, propter quod ipſos laudare non poſſit. Cap. XI. 20. & 21.

Hoc autem

אאא. Illis denunciat. Cap. XI. 20. Nimirùm, quod falſò exiſtiment, quod in conventibus ſuis, ad id licet inſtitutis, Coenam Domini comedant.

Hîc perpendamus

aaa. Actus externos, ad illum finem inſtitutos, quos

— ††. AAA. ℵℵℵ. *aaa.*

quos eis tribuit, & ab illis peragi agnoſcit. Nimirùm,

(*aaa*) Conventus religioſos habebant. συνερχομένων ὑμῶν.

(*βββ*) Et quidem ad hunc finem. ἐπὶ τὸ αὐτὸ.

bbb. Perverſam opinionem, quam hac in parte fovebant, quamque illis exprobrat. ὐκ ἔςι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν.

בבב. Hanc denunciationem probat. Cap. XI. 21. In quo commate

aaa. Se probatum ire, quod dixerat, indicat particulâ, γὰρ.

bbb. Argumenta, quibus id, quod verſu 20. dixerat, probat, ſunt:

(*aaa*) Generale. Ἕκαςος τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν. Ubi perpendendum eſt

* Vitium, quod ſic diſcribitur: προλαμβάνει (alii legunt, quod praeferendum videtur, προσλαμβάνει) τὸ ἴδιον δεῖπνον ἐν τῷ φαγεῖν.

** Quod hoc omnibus & ſingulis exprobret. ἕκαςος.

(*βββ*) Speciale; quod conſequens eſt illius vitii generalis.

* Connectitur hoc cum illo per particulam, καὶ.

** Deſcribitur, ut in eo conſiſtens, quod

— ††. AAA.בבב.*bbb*.(βββ)**

AAAA. Tenuioris fortunae homines equidem ſic eſurire cogantur. ὃς μὲν πεινᾷ.

BBBB. Illi verò, qui lautioris ſunt fortunae, ſe inebrient. ὃς δὲ μεθύει.

Haec profectò multùm differunt a τῷ φαγεῖν τὸ Κυριακὸν δεῖπνον.

BBB. Oſtenſionem indecentiae illius, quem illis exprobraverat, agendi modi. Cap. XI. 22. Ubi videre licet,

אאא. Quibus argumentis indecentiam illius inſtituti probet.

aaa. Quod eam probare ſatagat, indicat particulâ, γάρ.

bbb. Argumenta ſunt deſumpta:

(ααα) Ex eo, quod nullam rationem habeant, ob quam ἕκαστος τὸ ἴδιον δεῖπνον προσλαμβάνῃ, cum domi ſuae edere & bibere posſint. Quod interrogativo loquendi modo fortiter aſſerit: Μὴ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν;

(βββ) Ex eo, quod ipſam Eccleſiam, ſpeciatim pauperes in eâ, contumeliâ afficiant.

* De Eccleſiâ hoc exprimit. ἢ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε;

AAAA. Ob-

— ††.BBB.אאא.*bbb*.(βββ)*

AAAA. Objectum emphaticè nominat, τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

BBBB. Quid ei faciant. ἢ καταφρονεῖτε;

** De pauperibus. καὶ καταισχύνετε τὲς μὴ ἔχοντας;

AAAA. De illis hoc exprimit. καταισχύνετε τὲς μὴ ἔχοντας;

BBBB. Et cum priori peccato conjungit, per particulam, καὶ.

בבב. Quo pacto concludat.

aaa. Attentionem eorum excitat, dicens:

(ααα) Τί ὑμῖν εἴπω;

(βββ) Ἐπαινέσω ὑμᾶς;

bbb. Et sententiam suam declarat. ἐν τέτῳ ἐκ ἐπαινῶ.

= Ad hujus convictionis confirmationem, desumptam ex ipsa Sacrae Coenae, per ipsum Dominum facta, institutione. Cap. XI. 23. 24. & 25. Ubi

†. Particula γὰρ indicio est, quod adstringere velit, quae ad convictionem dixerat.

††. Confirmationem desumit ex institutione Sacrae Coenae, ab ipso Domino factâ, summam proinde auctoritatem habente. Videamus hic

AAA. Praefationem Apostoli, inservientem ad auctoritatem inculcandam, & ad *Corinthios* permovendos, ut convenienter ei se gerant.

אאא. Fundamentum auctoritatis indicat Apostolus, quando testatur se a Domino

 illa,

ב ††. AAA אאא.

illa, quae eis tradiderat, & nunc coram oculis ponet, accepisse. Ἐγὼ παρέλαβον ἀπὸ τȣ Κυρίȣ.

בבב. Ostendit, quod *Corinthii* ignorantiam praetexere neutiquam possint. ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν. Quod

aaa. Indicat, testans se id *Corinthiis* tradidisse. ὃ παρέδωκα ὑμῖν.

bbb. Fundamento auctoritatis modò jacto addit, per particulam, καὶ.

BBB. Ipsam Sacrae Coenae institutionem in confirmationem allatam. ὅτι ὁ Κύριος Ἰησȣ̃ς &c. In quibus verbis

אאא. Particula ὅτι indicat, exhibitum iri ipsum illud, quod & acceperat, & cum *Corinthiis* communicaverat Apostolus.

בבב. Narratur, quid a Domino factum & dictum sit. Notemus hîc

aaa. Subjectum, de quo Apostolus in hac suâ narratione loquitur. ὁ Κύριος Ἰησοῦς. Quibus verbis hoc subjectum

(*ααα*) Contemplandum sistitur, ratione suae supremae auctoritatis. ὁ Κύριος.

(*βββ*) Indicatur nomine suo proprio, magnam profectò emphasin habente.

bbb. Praedicatum, narrans, quid, & quando hic *Dominus JESUS* fecerit & dixerit. In hac narratione videmus

(*ααα*) Temporis notationem praemitti. ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο.

* Ut

‡‡. BBB. בבב *bbb* (*aaa*)

* Ut nota historia supponitur, *Dominum JESUM traditum* esse *noctu*.

** Hinc desumitur temporis notatio. ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο.

(βββ) Facta & dicta Domini recenseri. Et quidem

* In ordine ad cibum hujus Coenae. Cap. XI. 23. parte posteriori, & 24. Ubi notetur

AAAA. Objectum, circa quod versatus est. τὸν ἄρτον.

BBBB. Quid huic objecto fecerit, & de ipso dixerit.

אאאא. Ad facta quod attinet:

aaaa. Praeparatorium (quasi) erat sumptio in manus. ἔλαβεν.

bbbb. Principalia erant:

(*aaaa*) Gratiarum super eo actio. εὐχαριστήσας;

(ββββ) Fractio, cum ea conjuncta.

┼. Ipsa fractio exprimitur verbo, ἔκλασε.

┼┼. Connectitur:

A. Cum assumptione in manus, per particulam, ϗ.

AA. Cum gratiarum actione, per participalem locutionem. εὐχαριστήσας ἔκλασε.

בבבב. Ad

= ++.BBB.בבב.*bbb*.(ββB)

*BBBB.אאאא.

בבבב. Ad dicta quod attinet: Illa

aaaa. Cum factis connectuntur, quando Apostolus dicit. καὶ εἶπε.

bbbb. Ipsa verba exhibentur. In quibus jubet Servator

(αααα) Indefinitè, comedere de isto pane mystico.

┼. Jubet actum externum duplicem:

A. Accipiendi ex suâ manu hunc panem. λαβέτε.

AA. Comedendi. φάγετε.

┼┼. Addit mysterium, quod in eo considerari debeat.

A. Ratione ipsius substantiae. Ubi considerari debet

• Subjectum, indicatum pronomine, τοῦτο.

•• Praedicatum. ἐστὶ τὸ σῶμα μου.

AA. Ratione adjuncti. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. Quibus verbis

• Indicatur, quid ei eveniat. τὸ κλώμενον.

•• Quorum loco. ὑπὲρ ὑμῶν.

(ββββ) Speciatim, in posterum, id facere in sui memoriam. Ubi

┼. Factum exprimitur verbis. τοῦτο ποιεῖτε.

┼┼. Finis. εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

** In ordine ad potum. Cap. XI. 25. Ubi rursus

AAAA. Facta Domini, prioribus modò memoratis subjiciun-

= ††.BBB.בבב.*bbb*.(βββ)
**AAAA.

jiciuntur, & cum iis conjunguntur.

אאאא. Connexio exprimitur, per particulam, καὶ.

בבבב. Res ipsa, verbis: ὡσαύτως τὸ ποτήριον &c.

aaaa. Objectum est, τὸ ποτήριον.

bbbb. Quid *Dominus JESUS* huic objecto fecerit.

(αααα) Quoad rem ipsam, comprehendit voce ὡσάυτως. Scilicet, ἔλαβε, καὶ εὐχαριστήσας distribuit.

(ββββ) Quoad ordinem temporis. μετὰ τὸ δειπνῆσαι.

BBBB. Dicta ejusdem.

אאאא. Cum factis conjunguntur, participiali loquendi modo, λέγων.

בבבב. Distinctè recensentur. Comprehendentia

aaaa. Declarationem mysterii. Ubi

(αααα) Subjectum est, τοῦτο τὸ ποτήριον.

(ββββ) Praedicatum docet, cujus rei signum sit & sigillum. ἡ καινὴ διαθήκη ἐστιν. Videndum itaque est,

┼. Quid sit

A. Ἡ διαθήκη.

AA. Ἡ καινὴ διαθήκη.

┼┼. Quo sensu capiendum sit, quando de Calice dicitur, ΈΣΤΙ. *EST Novum Testamentum.*

bbbb. Mandatum, quid discipulis Domini in posterum faciendum sit perpetuò.

 (αααα) Of-

= ††.BBB.בבבב.*bbb*.(βββ)
**BBBB.בבבב.*bbbb*.

(αααα) Officium ipsum exprimitur verbis: τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

┼. Quid faciendum. τοῦτο ποιεῖτε.

┼┼. Quo fine. εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

(ββββ) Perpetuitas ejus. ὁσάκις ἂν πίνητε. Quibus verbis

┼. Supponitur hoc saepiùs faciendum.

┼┼. Docetur hunc finem semper intendendum, & ante oculos habendum esse. ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν τοῦτο ποιεῖτε.



T A.

TABULA XLIX. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XI. 26--XII. 1.

Continet haec pericopa Admonitionem, quâ ad decentem Sacrae Coenae & agaparum, cum eâ conjungi solitarum, usum, adhortatur. Cap. XI. 26-XII. 1.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.AA.בב.*bb*.(ββ)§§.//.

Hîc reperire est

— Monita ad ipsam Sacram Coenam spectantia, rationibus suasoriis suffulta & confirmata. Cap. XI. 26-33.

Notemus hîc

†. Adhortationem ad officium principale, *annunciationem*, scilicet, *mortis CHRISTI.* Cap. XI. 26. & 27.

Attendendum igitur hîc erit ad

AAA. Propositionem adhortationis. Cap. XI. 26.

In quâ considerandа venit

אאא. Particula connexionis, γὰρ. (Quae videtur ferè sumi loco particulae ἂν. ut *ACT.* XXV. 11.) Quâ derivatur haec adhortatio ex institutione CHRISTI; sed simul adhibetur ad probationem dicti vers. 20.

 בבב. Res

— † AAA.אאא.

בבב. Res ipſa. In quâ perpendenda eſt

aaa. Hypotheſis, quâ ponitur *Corinthios* inſtitutum quidem externum ritum obſervare, idque ſaepiùs.

(*aaa*) Ritus hic eſt bimembris:

* Prima pars eſt *comeſtio hujus panis.* ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον. In quibus verbis notetur

AAAA. Objectum. Quod indicatur:

אאאא. Generaliori nomine, τὸν ἄρτον.

בבבב. Specialiori denominatione, per pronomen, τοῦτον.

BBBB. Actus circa hoc objectum. ἐσθίητε.

** Altera pars, quae primae jungitur, eſt *bibitio hujus poculi.* Haec

AAAA. Indicatur verbis: τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε. Ubi pariter conſiderandum eſt

אאאא. Objectum. Indicatum

aaaa. Generaliori nomine. τὸ ποτήριον.

bbbb. Specialiori indicatione, per adjectum pronomen, τοῦτο.

בבבב. Actus circa hoc objectum, expreſſus verbo, πίνητε.

BBBB. Jungitur primae, per particulam, καὶ.

(*βββ*) Conſideratur, ut *Corinthiis* in uſu, eoque frequenti. ὁσάκις ἂν.

* Hy-

— †. AAA. בבבב. *aaa.* (βββ)

* Hypotheticè ponitur in usu fuisse *Corinthiis.* Quod indicat particu'a, ἂν

** Simulque subindicatur aliqua frequentia, per particulam, ὁ-σάκις.

bbb. Adhortatio ad officium, cum observatione hujus ritûs constanter conjungendum.

(*aaa*) Officium ipsum est *annunciatio mortis Domini.* Ubi considerandum est

* Objectum. Quod dicit τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου. Ubi

AAAA. Contemplanda est persona, indicata nomine, τοῦ Κυρίου.

BBBB. Perpendendum est, quid ei evenerit. Quod dicit esse, τὸν θάνατον.

** Quid huic objecto faciendum sit *Corinthiis.* Quod Apostolus exprimit verbo, καταγγέλλετε.

(βββ) Constantia, in hoc officio requisita. Indicata

* Per connexionem per particulam, ὁσάκις.

** Per verba, perpetuitatem, tùm hujus ritûs, tùm officii, cum illo conjungendi, denotantia. ἄχρις οὗ ἂν ἔλθῃ.

— †.AAA.בבב.*bbb*.(ββß)**

AAAA. Praesupponitur adventus hujus *Domini*, suo, nobis incognito, tempore.

אאאא. Ipse adventus ponitur, verbo ἔλθῃ.

בבבב. Incertitudo, non ipsius adventûs, sed temporis indicari videtur, particulâ ἂν.

BBBB. Indicatur *ad* illum *usque* observandum esse ritum memoratum, & officium praescriptum. ἄχρις ὅ.

BBB. Sanctionem hujus adhortationis. Cap. XI.

27. In quâ occurrit

אאא. Particula connexionis. ὥστε.

בבב. Res ipsa, sive contentum hujus commatis. In quo videamus

aaa. Casûs positionem.

(*aaa*) Casus consistit in indecenti ritûs memorati observatione.

* Ipsius ritûs observantia eadem est, de quâ, commate praecedenti, mentio facta est. Bimembris ea est:

AAAA. Primum membrum in eo consistit, quod quis ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον.

BBBB. Alterum ei, cum aliquâ variatione, junctum.

אאאא. Ip-

–†.BBB.בבבב.*aaa*.(*aaa*)*BBBB.

אאאא. Ipſum alterum obſervationis hujus ritûs membrum in eo conſiſtit, ut quis πίνῃ τὸ ποτήριον τῦ Κυρίυ. In quibus verbis conſiderationem meretur

aaaa. Objecti deſcriptio. Quod hîc

(*aaaa*) Generali iterùm denominatione indicat Apoſtolus, illud dicens, τὸ ποτήριον.

(ββββ) Notâ quâdam characteriſticâ ſpeciali definit, quando hoc *poculum* dicit, ποτήριον τῦ Κυρίυ.

Ubi conſiderandum eſt

┼. De perſonâ, quam inſignit nomine, τοῦ Κυρίυ.

┼┼. De relatione poculi modò memorati ad hanc perſonam, ut cujus ſit hoc ποτήριον.

bbbb. Actus circa objectum iſtud, expreſſus verbo, πίνῃ.

בבבב. Ejus cum priori conſociatio, indicata per particulam, ἤ.

** In-

–†.BBB.בבב.*aaa*.(*aaa*)*

** Indecentia, quae in hac casûs positione, ut ei adhaerens, ponitur, exprimitur per adverbium, ἀναξίως.

(ββ) Ponitur hic casus ut dabilis, imò, heu nimiùm datus, & quidem non semel.

* Quod hoc contingere possit, indicatur particulâ, ἂν. Quâ simul mitissimè significat, quod contingat.

** Quod hoc non semel, sed a variis, vario modo, fieri possit, sententiaque mox pronuncianda in omnes quadret, exprimitur particulâ, ὃς.

bbb. Sententia de hoc casu pronunciata. ἔνοχος ἔςαι τȣ̃ σώματος καὶ αἵματος τȣ̃ Κυρίȣ. In quibus verbis notetur

(*aaa*) Objectum, quod bipartitè consideratur, expressum nominibus, τȣ̃ σώματος καὶ αἵματος τȣ̃ Κυρίȣ.

In hac objecti descriptione rursùs considerare oportet, de

* Personâ, a dignitate suâ descriptâ; iterùm insignitâ nomine, τȣ̃ Κυρίȣ.

** Illis, quae ei tribuuntur, quaeque propriè hoc objectum constituunt. Notemus hic

AAAA. Id,

-†. BBB. בבב. *bbb*. (*aaa*)**

AAAA. Id, quod primo loco proponitur, nomine τȣ͂ σώματος [ἀυτȣ͂]

BBBB. Id, quod alteri jungitur. Quod

אאאא. Exprimitur nomine, τȣ͂ ἅιματος [ἀυτȣ͂].

בבבב. Priori foc.atur per particulam, καὶ.

(βββ) Relatio illius, qui *indignè vescitur pane illo, & bibit poculum illud*, ad hoc objectum: Sive, quo pacto is in ordine ad hoc objectum se habere censendus sit. ἔνοχος ἔςαι.

††. Adhortationem ad officium subordinatum, pariter comminatione sancitam. Cap. XI. 28--33.

Attendendum igitur & hic erit, ad

AAA. Adhortationis hujus subordina:ae propositionem. Cap. XI. 28. In quâ perpendi meretur

אאא. Particula, transitum faciens, δὲ.

בבב. Ipsum adhortationis argumentum. De quo videamus,

aaa. Quam latè se extendat. Quod indicat Apostolus, indefinitè dicens, ἄνθρωπος.

bbb. Qu:d jubeat:

(*aaa*) Ut in antecessum fiat. δοκιμαζέτω ἑαυτὸν Hic notetur

* Objectum. ἑαυτὸν.

 ** Quo

— ††.AAA.בבב.*bbb*.(*aaa*)*

** Quo pacto unusquisque se erga hoc objectum gerere debeat. δοκιμαζέτω.

(βββ) Quid deinde sequi debeat. Quod

* Exprimitur his verbis: ἐκ τȣ̃ ἄρτȣ ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τȣ̃ ποτηρίȣ πινέτω.

Bimembre hîc observamus hoc mandatum:

AAAA. Primo membro jubet Apostolus, ut participet de hoc pane, vescendo. Ubi

אאאא. Objectum est portio de hoc *pane*. ἐκ τȣ̃ ἄρτȣ. Quibus verbis

aaaa. Mentio fit ejusdem, de quo modò dictum erat, *panis*. τȣ̃ ἄρτȣ.

bbbb. Indicatur eum pluribus esse communem; singulis portione competente. Quod indicatur particulâ, ἐκ.

בבבב. Actus circa hoc objectum, qui jubetur, exprimitur verbo, ἐσθιέτω.

BBBB. Secundo membro jubetur, ut etiam participet de hoc poculo. Hîc notare oportet

אאאא. Ipsum

-††.AAA.בבב.*bbb*.(βββ)*BBBB.

אאאא. Ipſum alterum hujus mandati membrum. Atque in eo

aaaa. Objectum; quod eſt portio de modò memorato *poculo*. ἐκ τοῦ ποτηρίου. His verbis

(*αααα*) Mentio fit ejusdem, de quo modò dictum erat, *poculi*. τοῦ ποτηρίου.

(ββββ) Indicatur illud pluribus eſſe commune. Quod indicatur particulâ, ἐκ.

bbbb. Actus circa hoc objectum, qui jubetur, exprimitur verbo, πινέτω.

בבבב. Ejusdem cum primo membro conſociatio. per particulam, καὶ.

** Jungitur per particulam οὕτως, ut aliquid, quod poſt explorationem ſui, ſequi debeat

BBB. Ejusdem ſanctionem; ſive demonſtrationem neceſſitatis hujus adhortationis. Cap. XI. 29. 30. 31. 32.

Demonſtratio haec

אאא. Proponitur. Cap. XI. 29. In quo verſu notemus,

 aaa. Quid

— ††. BBB. ℵℵℵ.

aaa. Quid statuat Apostolus, & quo fundamento. Ubi consideranda est

(ααα) Ipsa thesis Apostoli. In quâ notetur.

* Subjectum. Descriptum

AAAA. Ab actu externo duplici. ὁ ἐσθίων καὶ πίνων.

BBBB. A vitio isti actui adhaerente. ἀναξίως.

** Sententia in hoc subjectum lata. Ubi perpendere oportet,

AAAA. Quid sit κρῖμα, de quo hîc loquitur Apostolus.

BBBB. Quam communionem cum eo Apostolus tribuat indignè comedenti & bibenti. ἐσθίει καὶ πίνει ἑαυτῷ.

(βββ) Hujus theseos fundamentum, petitum ex indole criminis. In cujus descriptione perpendatur

* Objectum. τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου.

** Malum, quod ab indignè comedente & bibente circa hoc objectum committitur. Quod exprimitur verbis μὴ διακρίνων. Ubi videndum est,

AAAA. Quid sit διακρίνειν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου. Quod exigitur.

BBBB. Quod hoc ab indignè comedente negligatur, qui neglectus eum reum faciat & obnoxium κρίματι.

bbb. Quod

— ††.BBB.אאא.aaa.

bbb. Quod hoc adhibeat in argumentum, ad urgendam suam adhortationem. Quò pertinet particula, γὰρ.

בבב. Ulteriùs elaboratur. Cap. XI. 30 31. & 32. Ubi Apostolus

aaa. Inculcat, in ipsâ Ecclesiâ *Corinthiacâ* jam extare indicia & documenta κρίματος, quod indignè edentes & bibentes sibi accersebant: Nonnullis poenas, aliis castigationes, non unius generis luentibus. Cap. XI. 30.

(αα) Has poenas, sive propriè dictas, sive castigationes, hinc derivandas esse, docet per voculas, διὰ τοῦτο.

(ββ Easdem exponit, cum applicatione ad Ecclesiam *Corinthiacam.* Ubi

* Duplicis generis vel poenas, vel castigationes, recenset per κλίμακα.

AAAA. Praeambulas: Infirmitates, vel languores.

אאאא. Erant, nimirùm,

aaaa. Infirmi. ἀσθενεῖς.

bbbb. AEgroti. καὶ ἄῤῥωστοι.

Quod

(αααα) Indicatur, voce ἄῤῥωστοι.

(ββββ) Per particulam καὶ jungitur priori.

בבבב. Et quidem *multi.* πολλοὶ.

 BBBB. Su-

— ††.BBB.בבב.

aaa.(βββ)*AAAA.

BBBB. Supremam: Erant enim etiam, qui jam *obdormiverant*. Hi

אאאא. Commemorantur:

aaaa. Quando dicitur, κοιμῶνται.

bbbb. Et quidem satis magno numero. ἱκανοί. Ut hîc manus DEI cerni possit.

בבבב. Per particulam καὶ prioribus junguntur.

** Ecclesiae *Corinthiacae* adplicat, dicens: ἐν ὑμῖν.

bbb. Confirmat & ad scopum urget. Cap. XI. 31. & 32.

(*aaa*) Confirmatio desumitur ab ordinario, quem DEUS servat in Ecclesiâ, agendi modo. Cap. XI. 31. Ubi videamus

* Particulam γὰρ, quâ transitum facit, atque ostendit, se id, quod dixerat, confirmare velle.

** Thesin Apostoli ipsam. In quâ notemus

AAAA. Casûs positionem. εἰ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν. Hîc considerare debemus

אאאא. Officium sibi, juxta & aliis, incumbens. διεκρίνομεν ἑαυτοὺς.

בבבב. Conditionatè propositam ejus praestationem. εἰ.

BBBB. Quid, isto casu posito, exspectandum foret. οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα.

(βββ) Ad scopum suum urget. Indicans, quo fine, ratione fidelium, DEUS istiusmodi judicia Ecclesiae immittat. Cap. XI. 32. Ubi perpendi debet

* Par-

–†† BBB.בבב.*bbb*.(ββß)

* Particula, quâ transitum facit, δὲ. Quâ significat DEUM nunc cum Ecclesiâ *Corinthiacâ*, cui se ipsum associat, planè aliter agere, quam ageret, si se ipsos judicassent, qui membra sunt, istius Ecclesiae.

** Res ipsa, quâ indicatur, qualis sit, ratione credentium ista adflictio, quemque finem Dominus intendat.

AAAA. Qualis sit, indicat Apostolus Cap. XI. 32. parte priori. Ubi

אאאא. Ponit casum, in quo erant. κρινόμενοι.

בבבב. Quale illud, sub quo erant, κρῖμα erat, docet verbis: ὑπὸ Κυρίε παιδευόμεθα.

aaaa. Auctorem, a quo immittebatur, indicat verbis, ὑπὸ Κυρίε.

bbbb. Indolem, sive genus hujus poenae (ratione credentium, quibus se associat, per commiserationem de illâ poenâ participans) exponit, dicens παιδευόμεθα.

BBBB. Quem finem habeat: Averruncationem, nimirùm, longè gravioris κρίματος. Cap. XI. 32. parte posteriori. Ubi attendamus ad

אאאא. Malum, quod a credentibus amoliri volebat Dominus, est σὺν τῷ κόσμῳ κατακρίνεσθαι. Quibus verbis

aaaa. Supponitur τὸν κόσμον κατακριθῆναι. Ubi perpendendum,

(αααα) Quid heic loci intelligendum sit, per τὸν κόσμον.

(ββββ) Quo sensu ὁ κόσμος dicatur κατακριθῆναι.

bbbb. Hoc a credentibus avertere volebat Dominus. μὴ κατακριθῶμεν.

בבבב. Eo fine hanc παιδείαν a Domino immitti. Quod docet vocula, ἵνα. ⊐ Mo-

ΞΞ Monita, ad decentem agaparum usum spectantia, opposita vitio, versu 21. notato. Cap. XI. 33. & 34.

†. Generale, cum praecedenti ut adjunctum connexum. Cap. XI. 33. Observanda hic omninò

AAA. Particula, docens hoc esse adjunctum, cum praecedentibus connexum. ὥςε.

BBB. Monitum ipsum, blandè propositum. Ubi attendamus ad

אאא. Blandam compellationem. ἀδελφοί μου.

בבב. Officium in conventu ad agapas observandum. Ubi

aaa. Ponitur casus, qui saepiùs eveniebat. συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν. Notetur

(ααα) Actus ipse, *conveniebant*. Erant συνερχόμενοι.

(βββ) Ad quem finem. εἰς τὸ φαγεῖν.

bbb. Indicatur, quid isto in casu eos observare deceat. ἀλλήλους ἐκδέχεσθε. Notetur

(ααα) Objectum. ἀλλήλους. Quod ita exprimit, ad aequalitatem inculcandam.

(βββ) Officium, mutuò praestandum. ἐκδέχεσθε.

††. Speciale; caeteris ad adventum suum dilatis. Cap. XI. 34.

AAA. Ipsum hoc speciale mandatum proponitur & urgetur. Cap. XI. 34. parte priori. Perpendatur igitur

אאא. Propositio. In quâ

aaa. Casûs positio, per modum tacitae objectionis expressa. Quare attendendum est ad

(ααα) Particulam, transitum facientem. δὲ.

(βββ) Ipsam casûs positionem. εἰ τις πεινᾷ.

bbb. In-

ꓽ ††. AAA. אאא. *aaa*.

bbb. Indicatio, quid tunc faciendum sit. ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω.

בבב. Confirmatio propositionis, indicatione mali, caeteroquin metuendi. Hîc notetur

aaa. Malum, a quo eos immunes esse cupiat.

(ααα) Malum ipsum est, συνέρχεσθαι εἰς κρῖμα.

(βββ) Immunitas ab eo est, ΜΗ' συνέρχεσθαι εἰς κρῖμα.

bbb. Quod eo fine moneat, ut alter alterum exspectet. Ἵ́ΙΝΑ μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε.

BBB. De reliquis dispositionem ad suum adventum differt Apostolus. Cap. XI. 34. parte posteriori. Hîc notetur

אאא. Particula, transitum faciens. δὲ.

בבב. Ipsa declaratio Apostoli. In quâ

aaa. Propositum suum veniendi ad *Corinthios*, a DEI tamen nutu pendens, indicat verbis, ὡς ἂν ἔλθω.

bbb. Quid tunc facturus sit, indicat verbis: τὰ λοιπὰ διατάξομαι.

(ααα) Objectum sunt, τὰ λοιπὰ.

(βββ) Quid huic objecto facturus sit, exprimit verbo, διατάξομαι.

TABULA L. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XII. 1.

Continet hoc comma blandam declarationem, quâ significat, se parato esse animo, ad *Corinthios* erudiendos, de illâ quaestione, quam proposuerant, de praestantiâ unius doni Spiritûs Sancti prae altero. Cap. XII. 1.

Signatum est hoc comma, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.BB.אא.*aa*.(αα)

Reperimus in eo

§. Particulam, transitum facientem, δὲ. Quasi diceret Apostolus: Haec hactenùs. Nondùm tamen ad omnia vestra quaesita respondi; *SED* transeo ad alia.

§§. Contenta ipsa. Ubi occurrit

/. Blanda compellatio. ἀδελφοί.

//. Quid illis significatum velit.

Ubi notemus

—. Objectum. περὶ τῶν πνευματικῶν.

=. Quid *Corinthios* de se ipso, circa hoc objectum, scire velit.

†. Sermonem convertit ad *Corinthios*. per pronomen, ὑμᾶς.

††. Ad hos dicit: ὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν.

TA-

Tabula LI. Specialis,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS

Cap. XII. 2. & 3.

Continet haec pericopa, ut ad quaestionem propositam gradatim progrederetur, Ostensionem communium, quae omnes ex merâ DEI gratiâ acceperant, beneficiorum & donorum. Cap. XII. 2. & 3.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)1.BB.אא.*aa*.(*ββ*)§.

In eâ

/. Ad animum eis revocat statum, in quo antè fuerant, cujus conscii & profectò nondùm obliti fuerint. Cap. XII. 2. Hîc notemus

– Ipsam statûs eorum descriptionem.

†. Generatim magis expressam. ὅτι ἔθνη ἦτε.

††. Speciatim, magis distinctè expositam.

AAA. Acervatim, ut qui ad absurdam idololatriam fuerint delapsi.

אאא. Quod ad idololatriam fuerint delapsi, exprimitur verbis: πρὸς τὰ εἴδωλα.

בבב. Epitheto, idolis competente, adjecto, simul indicatur ejus absurditas. τὰ ἄφωνα.

BBB. Cum exaggeratione coeci impetûs, quo in transversum rapti fuerint. Quod pariter

I.— ††.BBB.

אאא. Acervatim exprimitur verbo, ἀπαγόμενοι.

בבב. Et hoc quoque cum exaggeratione quâdam. ὡς ἂν ἤγεσθε.

⁼ Excitationem memoriae ipſorum, quae eis hunc ſtatum ſatis ob oculos poneret. οἴδατε, ὅτι &c.

II. Huic rememorationi ſuperſtruit notificationem, quid in eorum praeſenti ſtatu conſiderandum ſit. Cap. XII. 3.

Hîc perpendere juvabit

— Duas veritates, duabus theſibus comprehenſas.

†. Prima theſis declarat, quid in iſto ſtatu, in quo nunc erant *Corinthii*, certiſſimè efficiat Spiritus DEI. Ubi

AAA. Supponit, illos, qui verè ab idololatriâ converſi ſunt, *loqui per Spiritum DEI.*

Deſcribit igitur talem, ut qui

אאא. Loquatur. λαλῶν.

בבב. Et quidem ita, ut loquatur, ἐν Πνεύματι Θεοῦ. Ubi conſiderandum eſt

aaa. De illa perſonâ, quae audit, Πνεῦμα Θεοῦ. De quâ ſuprà ſaepiùs.

bbb. Quid ſit loqui ἘΝ Πνεύματι Θεοῦ.

BBB. Aſſerit hos omnes & ſingulos ſibi abſtinere a convitio contra CHRISTUM: Hîc aſſertum illud Apoſtoli

אאא. Indefinitè, ſive acervatim erit contemplandum. Notemus hîc

aaa. Vitium deteſtabile, de quo loquitur Apoſtolus. Quod dicit, λέγειν Ἰησοῦν ἀνάθεμα. In quibus verbis

(*aaa*) Ob-

//.— †.BBB.אאא.*aaa*.

(*aaa*) Objectum, circa quod, isto in casu, peccatur, indicat nomine suo, Ἰησοῦν.

(βββ) Peccatum detestandum, quod ab homine, de quo loquitur, removet, est λέγειν [αὐτὸν] ἀνάθεμα. Hîc considerandum est,

* Quid denotet vox, ἀνάθεμα.

** Quid sit, Ἰησοῦν λέγειν ἀνάθεμα.

bbb. Hoc removet ab illis, de quibus loquitur. Negat illos hoc crimen committere.

בבב. Imò de omnibus non tantùm, sed & de singulis. οὐδεὶς.

††. Altera thesis cum priori conjungitur. Cujus

AAA. Argumentum ipsum perpendendum est. Quo declaratur, quid facere non possint, nisi operante Spiritu Sancto. Ubi notemus, quod

אאא. Supponat Apostolus, quod illi, qui ita, ut *Corinthii*, ab idolis sunt conversi, *JESUM* praedicent esse *Dominum*. Hîc consideranda est

aaa. Veritas quaedam; saepiùs in praecedentibus hujus Epistolae inculcata. *JESUM* esse *Dominum*. Κύριον Ἰησοῦν.

bbb. Hanc veritatem ab illis, de quibus loquitur, agnosci & praedicari. Quod est εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν.

בבב. Hoc ab illis non posse fieri, nisi operante Spiritu Sancto. Ubi videmus

 aaa. Ne-

//.— ††.AAA.בבב.

aaa. Negationem de omnibus & singulis. οὐδεὶς δύναται.

bbb. Ejusdem limitationem. εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

BBB. Ejusdem cum priori connexio. Quam indicat per particulam, καὶ.

∺ Declarat se has veritates illis ob oculos ponere, convenienter scopo suo. ΔΙΟ' γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι &c.



TA-

TABULA LII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I. AD CORINTHIOS.

CAP. XII. 4--8.

IN hac pericopâ Apoſtolus (poſtquam in ſolatium illorum, qui his vel illis donis non ſunt inſtructi, teſtatus erat, quod, ſi modò verè *JESUM* profiteantur ***Dominum***, haberent Spiritum Sanctum) docere incipit, quid ſentiendum ſit de donorum diverſitate, ſecundum liberrimum ſimul & ſapientiſſimum DEI conſilium: Cujus doctrinae initium eſt Cap. XII. 4-8.

Quo ſummatim docet, ab eodem DEO TRIUNO diverſitatem illam donorum, miniſteriorum, & operationum unicè pendere, & proficiſci in commodum Eccleſiae.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.BB.אא.*aa*.(ββ)§§.*l*.

In hac pericopâ videmus, Apoſtolum docere

— Omnem hanc donorum, miniſteriorum, & operationum diverſitatem ab uno individuo TRIUNO DEO pendere & proficiſci. Cap. XII. 4-7. Hoc autem facit in hunc modum:

†. Tranſitum facit per particulam, δὲ. Quaſi diceret: Quamvis Ego ſolos illos, qui *JESUM anathema*

— †.

thema dicunt, a communione Spiritûs Sancti exclu-ſerim, &, contrà, omnes, qui verè *JESUM Dominum dicunt*, Spiritûs Sancti participes renunciaverim; tamen hinc non concludendum eſt, ſequi, quod etiam omnes eadem dona habere debeant, omnes eisdem muneribus fungi, omnes easdem operationes edere: Neutiquam. Haec diverſitas donorum non magis arguit, alium eſſe Spiritum, quem hic, alium, quem ille accepit: Quam diverſitas miniſteriorum arguit, alium eſſe Dominum: Vel, diverſitas operationum, alium eſſe DEUM, per quem hae, alium, per quem aliae operationes eduntur: Omnes, contrà, has diverſitates ab eâdem DEI TRIUNIUS liberrimâ & ſapientiſſimâ diſpenſatione pendere.

††. Rem ipſam ita pertractat, ut hoc oſtendat

AAA. Ratione duarum S. S. Trinitatis Perſonarum, quae a Patre operantur. Cap. XII. 4. & 5.

Hîc videmus Apoſtolum aſſerere:

ℵℵℵ. Diverſitatem illam donorum unum eumdemque Spiritum datorem habere. Cap. XII. 4. Ubi

aaa. Agnoſcit διαιρέσεις χαρισμάτων. Cap. XII. 4. parte priori. διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ. Ubi conſiderandum eſt

(*ααα*) De χαρίσμασι.

(*βββ*) De eorumdem διαιρέσεσιν.

bbb. Declarat, quod tamen Largitor eorumdem ſit *unus idemque Spiritus*. Cap. XII. 4. parte poſteriori. Ubi

(*ααα*) Particula δὲ oppoſitionem facit, contra ſubleſtam conſequentiam, quam quis hinc, ex illâ donorum diverſitate, forſitan eliceret.

(*βββ*) Aſ-

— ††. AAA. אאא. *bbb*. (ααα)

(βββ) Assertum ipsum. τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. Ubi

* Subjectum est, τὸ Πνεῦμα.

** Praedicatum, αὐτὸ [ἐστι].

בבב. Diversitatem illam ministeriorum, quorum tamen *unus idemque Dominus* distributor. Cap. XII. 5. Ubi

aaa. Particula καὶ repetita, comparationem cum praecedenti asserto indicat; tùm ratione distinctionum ministeriorum, tùm ratione identitatis Domini. versu 5. parte priori, & 5. parte posteriori.

bbb. Res ipsa duobus constat membris:

(ααα) Agnoscit Apostolus *distinctiones ministeriorum*. διαιρέσεις διακονιῶν.

(βββ) Asserit *eundem* esse *Dominum*. αὐτὸς Κύριος.

* Subjectum est, ὁ Κύριος.

** Praedicatum. αὐτὸς.

BBB. Ratione primae Personae, Patris, nimirùm, per Dominum & Spiritum operantis. Cap. XII. 6. Ubi

אאא. Particula καὶ iterùm comparationem cum duobus praecedentibus dictis indicat.

בבב. Res ipsa iterùm duobus membris constat. Nimirùm,

aaa. Agnoscit diversitatem operationum, vel *distinctiones actionum*,

 uti

— ††.BBB.בבב.*aaa.*

uti BEZA reddit. διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσίν.

bbb. Afferit nihilominùs non esse alium & alium *DEUM.*

(ααα) Particula δὲ, hîc, uti suprà, oppositionem facit, contra consequentiam pravam, quam fortè aliquis hinc elicere vellet.

(βββ) Assertum Apostoli

* Testatur *unum eumdemque DEUM* esse, cui hae omnes acceptae referri debeant. Ubi

AAAA. Subjectum est, ὁ Θεὸς.

BBBB. Praedicatum. ἀυτός ἐστι.

** Amplificat, vel illustrat hoc dictum, ulteriori DEI descriptione: Describit enim eum, ut qui sit, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Hîc notemus,

AAAA. Quid de DEO testetur. Nimirùm, quod τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργεῖ. Ubi considerare oportet

אאאא. De objecto. Quod

aaaa. Acervatim exprimit per voces, τὰ πάντα.

bbbb. Amplificat, additis vocibus, ἐν πᾶσιν.

בבבב. Quid testetur DEUM huic objecto facere. ἐνεργεῖ.

BBBB. Quod ab illâ operatione describat DEUM, dicens, ὁ ἐνεργῶν. ⚌ Hanc

III. Hanc diſtributionem donorum, quibus Spiritus ſe manifeſtum reddit, ita diſpenſari, ut vergat in commodum Eccleſiae. Cap. XII. 7. Ubi rurſùs

†. Perpendenda eſt particula, tranſitum faciens, δὲ. Quae oppoſita videtur tacitae muſſitationi: An non meliùs, atque proinde, ſi haec ratiocinatio rectè ſe haberet, exſpectandum foret, omnes eisdem donis ornari? Huic muſſitationi Apoſtolus opponit ſuam declarationem. Quaſi diceret: Abſit iſtiusmodi muſſitatio; *SED* res in hunc modum, quem indicabo, ſe habet.

††. Expendenda declaratio ipſa. Quâ

AAA. Teſtatur Apoſtolus, in ſingulis ſingula diſtribui talia dona, quibus Spiritus ſe manifeſtet. Ubi

אאא. Largitionem donorum vocat, τὴν φανέρωσιν τῦ Πνέυματος. Ubi perpendere oportet

aaa. Subjectum. Quod indicatur nomine, τῦ Πνέυματος.

bbb. Praedicatum, quod Ei tribuitur. ἡ φανέρωσις.

בבב. Illam ſingulis concedi. ἑκάςῳ δίδοται.

aaa. Ut donum eam conſiderandam eſſe denuò ob oculos ponit verbo, δίδοται.

bbb. Singulis ſua concedi, exprimitur voce, ἑκάςῳ.

BBB. Docet hoc vergere in commodum & ornamentum totius corporis, & prout ſingulis ejus membris utile eſt. πρὸς τὸ συμφέρον.

TABULA LIII. SPECIALIS, CONTINENS ANALYSIN EPISTOLAE I. AD CORINTHIOS.

CAP. XII. 8-12.

IN hac pericopâ Apoſtolus id, quod ſummatim commatibus quatuor praecedentibus docuerat, magis diſtributè exſecuturus, initium facit recenſione variorum donorum, quae non tantùm recenſet, ſed ſimul teſtatur, omnia illa, utcumque diverſa, tamen uni eidemque omnipotenti Spiritui DEI accepta referenda eſſe. Cap. XII. 8-12.

Signata eſt haec pericopa, in Analyſi Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.BB.אא.*aa*.(ββ)§§.//.—

Videmus igitur hic, quod Apoſtolus

†. Enumeret varia dona ſingulatim, diverſis, per eumdem tamen Spiritum, concedi ſolita. Cap. XII. 8-11.

In hac recenſione videtur hic ordo obſervari poſſe; quod Apoſtolus agat

AAA. De quibusdam donis, ad perficiendum hominem ipſum, qui illa accipit, facientibus. Cap. XII. 8. & 9. parte priori. Et quidem

אאא. De externis ſimul & internis. Cap. XII. 8. In quo commate notemus

aaa. Particulam, tranſitum facientem, ratiocinativam. γάρ. Quâ oſtendit Apoſtolus hanc re-

†. AAA. אאא. *aaa*.

recensionem inservire confirmationi dicti praecedentis.

bbb. Rem ipsam. Ubi videmus Apostolum

(*aaa*) Agnoscere, experientiâ ipsâ notam, distinctionem donorum, quibus se manifestat Spiritus. Quorum hîc duo, hominem internè & externè perficientia, reperimus.

* Donum *Sermonis sapientiae*. Quod

AAAA. Vocat λόγον σοφίας. Ubi considerandum est,

אאאא. Quid intelligat per σοφίαν.

בבבב. Quid per λόγον σοφίας.

BBBB. Testatur *dari per Spiritum*; non tamen omnibus, sed huic, illive. Ubi

אאאא. Docet hoc donum *dari per Spiritum*, a Patre & Filio operantem.

aaaa. *Dari*. δίδοται.

bbbb. Additâ caussâ efficiente: διὰ τοῦ Πνεύματος.

בבבב. Id autem non omnibus, sed huic illive fieri. ᾧ.

** Donum *Sermonis cognitionis*. Quod

AAAA. Vocat λόγον γνώσεως. Ubi perpendi debet,

אאאא. Quid sit γνῶσις.

בבבב. Quid λόγος γνώσεως.

BBBB. Testatur, quod *detur* (repetendum hîc verbum δίδοται) *alteri*

†.AAA.אאא.*bbb*.(*aaa*)**BBBB.

teri per eumdem Spiritum.

Hîc notemus

אאאא. Cauſſam efficientem.

κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα.

Ubi perpendere oportet

aaaa. Perſonam.

(*αααα*) Solito nomine indicatam. τὸ Πνεῦμα.

(ββββ) Additâ emphaticâ ſignificatione, quod ſit idem ille, de quo modò locutus fuerat. τὸ 'ΑΥΤΟ' Πνεῦμα.

bbbb. Eam ſpectari, ut cauſſam efficientem doni laudati. ΚΑΤΑ' τὸ αὐτὸ πνεῦμα. (*a*)

בבבב. Objectum, cui hoc fit. Quod indicatur aliud eſſe ab illo, de quo modò dixexerat. ἄλλῳ.

(βββ) Per particulas μὲν & δὲ, ſe mutuò reſpicientes, ſignificare, hoc donum, quod hic accipit, quaſi compenſare illud, quod alter habet.

בבב. De

(*a*) Hic conſiderari meretur illa alternatio phraſium, διὰ & κατὰ, & verſu ſequenti ἐν. Prior magis directè indicat cauſſam efficientem; alterum, quod beneplacitum Spiritûs Sancti ſit illa norma diſtributionis: ἐν (quod verſu ſequenti uſurpatur) ad communionem, quam cum aliquo habere vult, reſpicere videtur.

†. AAA. אאא.

בבב. De interno & eximio. Cap. XII. 9. parte priori.

Hîc notemus, quod Apostolus

aaa. Doceat, quid ab eodem Spiritu, praeter dicta, fiat. Repeti enim debet verbum δίδοται. Ubi perpendamus

(*ααα*) Ipsum donum. Quod Apostolo vocatur πίστις.

(*βββ*) Quid de eo doceat Apostolus.

* Quoad caussam efficientem. ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι.

** Quoad objectum. ἑτέρῳ.

bbb. Quod hoc etiam quasi compensatorium quoddam spectandum exhibeat, per particulam, δὲ.

BBB. De quibusdam donis, ad id datis, ut proximo, & Ecclesiae, luculento quodam modo, publicè inserviant. Cap. XII. 9. parte posteriori, & 10.

Hîc reperimus Apostolum loquentem

אאא. De donis, quae aliquem idoneum reddunt ad inserviendum proximo, publicis & luculentis auxiliis, vel etiam ad proximum severis castigationibus coërcendum. Cap. XII. 9. parte posteriori. & 10. parte priori. Hic igitur

aaa. Primo loco nobis considerandum erit, quid Apostolus dicat de illis donis, quibus is, qui illa accipit, idoneus redditur ad serviendum proximo, beneficio vel auxilio publico, luculento. Cap. XII. 9. parte posteriori. Ubi videndum est,

(*ααα*) Quid

†.BBB.ℵℵℵ.*aaa.*

(*aaa*) Quid doceat Apoſtolus.

* Donum, de quo loqui vult, vocat χαρίσματα ἰαμάτων. Ubi conſiderandum eſt

AAAA. De *Sanationibus*, quas inſignit nomine, ἰαμάτων.

BBBB. De donis ad eas neceſſariis. Quae ſunt χαρίσματα ἰαμάτων.

** De eo teſtatur, quod per Spiritum Sanctum fiat. Ubi iterùm perpendi debet

AAAA. Cauſſa efficiens, per quam datur. ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι.

BBBB. Objectum, cui datur. ἄλλῳ.

(ββß) Quod hoc iterùm quaſi aliquid, quod non omnibus, ſed quibusdam, quaſi in compenſationem detur, conſideret. Quò facit particula, δὲ.

bbb. Secundo loco additur & aliud donum, quod illum, qui eo donatur, idoneum reddit ad praeſtandum ſolatium, &, contrà, quoque ad caſtigationem, neceſſitate poſtulante, infligendam. Cap. XII. 10. parte priori. Hoc donum

(*aaa*) Vocat ἐνεργήματα δυνάμεων. Ubi videndum eſt,

* Quid ſint ἐνεργήματα.

** Quo ſenſu dicantur ἐνεργήματα δυνάμεων.

(ββß) Teſtatur idem & eodem modo de hoc, uti de praecedenti, quod indicat

†.BBB.אאא.*bbb*.(βββ)

dicat verbis, ἄλλῳ δὲ. Verbis praecedentibus ἀπὸ τῦ κοινῦ repetendis.

בבב. De illis, quae aliquem, qui ea accipit, perfectiorem reddunt. Cap. XII. 10. parte posteriori.

aaa. Quoad mentem ipsam. Qualia sunt

(*aaa*) Donum praesagiendi res futuras, easque praedicendi.

* Exprimitur hoc donum nomine, προφητείας.

** Idem, quod de reliquis, etiam de hoc considerandum esse, docetur verbis, ἄλλῳ δὲ.

(βββ) Donum discernendi Spiritûs. Quod donum Apostolus

* Exprimit verbis, διακρίσεις πνευμάτων. Ubi perpendendum est, quid hîc sint

AAAA. Πνεύματα.

BBBB. Διακρίσεις πνευμάτων.

** Eodem loco censendum esse docet, verbis, ἄλλῳ δὲ.

bbb. Quoad declarationem mentis, sive communicationem cogitationum suarum cum aliis Cap. XII. 10. parte postremâ.

Haec ad duas species referuntur:

(*aaa*) Donum loquendi variis linguis. Hoc

* Exprimit verbis, γένη γλωσσῶν.

** Docet de illo, eodem modo, uti de antè dictis censendum esse. ἑτέρῳ δὲ.

 (βββ) Do-

†.BBB.בבב.*bbb*.(*aaa*)

(βββ) Donum interpretandi illa, quae ab altero peregrinâ linguâ dicta sunt. Quod

* Vocat, ἑρμηνείαν γλωσσῶν.

** Et eodem loco habendum esse docet, voculis, ἄλλῳ δὲ.

††. De his omnibus simul sumptis, & singulis, docet, quod omnia, utcumque diversa & diversis concessa, tamen uni eidemque Spiritui, omnipotenter, & pro liberrimo suo beneplacito, operanti, accepta referenda sint. Cap. XII. 11,

Notemus hîc

AAA. Particulam, transitum facientem, δὲ. Quae docet ex illâ diversitate donorum, neque ex illâ diversitate personarum, illa accipientium, concludendum esse, vel alium Spiritum esse, qui huic, alium, qui illi dona largiatur; vel alium esse Spiritum, qui de hisce, alium, qui de aliis donis dispenset: *SED*, contrà, id tenendum esse, quod docet Apostolus. Nimirùm hic notere oportet

BBB. Rem ipsam; quam *Corinthios* docere vult Apostolus. Ad quam intelligendam attendere oportet ad

אאא. Horum omnium, ab omnipotenter operante uno eodemque Spiritu, dependentiam.

Ubi considerandum est

aaa. Objectum, de quo sermo est. Quod

(*aaa*) Ex antè dictis cognoscendum esse, indicat pronomen, ταῦτα.

(βββ) Et

††.BBB.ℵℵℵ.*aaa* (*aaa*)

(ββββ) Et ſine ullâ exceptione ſpectandum eſſe, indicat adjectivum, πάντα.

bbb. Quid de hoc objecto teneri velit Apoſtolus: Quod, nimirùm, pendeat ab efficaci operatione unius & ejusdem Spiritûs.

Hîc contemplemur

(*aaa*) Subjectum. Quod

* Conſueto nomine indicatur. τὸ Πνεῦμα.

** Ut perfectiſſimâ ſimplicitate *unum* ſpectandum exhibetur, per verba: τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ.

(βββ) Praedicatum, ei tribuens efficaciſſimam, circa objectum memoratum, operationem. ἐνεργεῖ πάντα ταῦτα.

בבב. Ad ſummè perfectam libertatem Spiritûs in diſtributione iſtorum donorum.

Hîc Apoſtolus

aaa. Ponit diſtributionem, modò diſtinctè expoſitam, ab hoc Spiritu fieri. διαιρεῖν ἰδίᾳ ἑκάστῳ. (*a*)

bbb. Aſſerit hunc Spiritum in eo eſſe perfectiſſimè liberum. καθὼς βούλεται.

TA-

(*a*) De voce ἰδίᾳ dubitari poteſt, an ad veram lectionem pertineat.

Tabula LIV. Specialis,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

Cap. XII. 12--17.

IN hac pericopâ Apostolus docet, diversitatem membrorum non tollere unitatem corporis. Cap. XII. 12--17.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1 BB.אא.*aa*.(ββ)§§.//.☲ †.AAA.

Reperimus in eâ

אאא. Propositionem hujus ratiocinationis. Cap. XII. 12.

In quo commate perpendere oportet

aaa. Particulam, connexionem facientem. Quae hîc est ratiocinativa, γάρ. Quae docet Apostolum hîc incipere scopum suum prosequi: Speciatim ferè videtur respicere ad illud συμφέρον, quo digitum intenderat, versu 6.

bbb. Rem ipsam. Quae constat comparatione fabricae corporis humani & CHRISTI, spectati conjunctim cum Ecclesiâ suâ; cum eam sibi tam arctè conjunctam habeat, quam corpus humanum, membris benè inter se & cum capite cohaerentibus, sociatum est.

Hîc notetur in hoc simili

(*aaa*) Πρότασις. In quâ

* Ve-

אאא.*bbb*.(*aaa*)

* Veritas, quam Physica docet, spectanda exhibetur.

AAAA. Succinctè proposita: Duobus modis vel enunciatis expressa.

אאאא. Subjectum utriusque enunciati est, τὸ σῶμα.

בבבב. Praedicata sunt:

aaaa. Primum. ἕν ἐστι.

bbbb. Alterum:

(*aaaa*) His verbis expressum. μέλη ἔχει πολλά.

(ββββ) Per particulam καὶ praecedenti connexum.

BBBB. Amplificata. Ubi nota

אאאא. Particulam, transitum facientem, δὲ. Quae hîc idem valere videtur ac *nihilominus*.

בבבב. Rem ipsam, quod multitudo membrorum non obsit unitati corporis.

Ubi perpendere oportet

aaaa. Subjectum. Quod

(*aaaa*) Significatur in suâ latitudine.

†. Significatur verbis: τὰ μέλη τοῦ σώματος τοῦ ἑνός.

††. Quam latè se extendat, exprimit vocula, πάντα.

(ββββ) Spectandum sistitur sub hac relatione, quod *multa* sint. πολλὰ ὄντα.

bbbb. Praedicatum. ἕν ἐστι σῶμα.

 **. In-

אאא.*bbb*.(*aaa*)*

** Indicatur, quod cum eâ comparationem instituere velit. per particulam, καθάπερ.

(*βββ*) Ἀπόδοσις. οὕτω καὶ ὁ Χριστός. Ubi perpendenda est

* Veritas, quam Revelatio docet. In quâ

AAAA. Subjectum est, ὁ Χριστὸς. *CHRISTUS* consideratus unà cum suâ Ecclesiâ. Confer versum 27.

BBBB. Praedicatum est, οὕτω.

** Quod haec sit id, quod cum simili proposito comparatum velit. οὕτω καὶ.

בבב. Ejusdem elaborationem. Cap. XII. 13. 14. 15. & 16. In quibus commatibus

aaa. Confirmatur facta horum duorum (corporis, nimirùm, humani & CHRISTI) assimilatio. Cap. XII. 13. & 14. Hîc videmus Apostolum

(*aaa*) Per particulas, utrique commati praefixas, καὶ γὰρ, indicare, quod probare satagat, quod comparatio, quam instituerat, apta & justa sit.

(*βββ*) Probatio autem ipsa duabus partibus constat.

* Primâ parte probare intendit id, quod in Apodosi dixerat: Nimirùm, quod CHRISTUS & credentes unum corpus, quamvis diversae sint conditionis, constituant. Cap. XII. 13. Quod

AAAA. Dicitur, bimembri adducto argumento.

אאאא. Ar-

בבבב.*aaa*.(ββββ)*

AAAA.

אאאא. Argumento a Baptiſmo adducto adſeritur. Cap. XII. 13. parte priori.

aaaa. Acervatim adſeritur. Ita ut

(*aaaa*) Subjectum indicetur; & in ſuâ latitudine ſpectandum proponatur. ἡμεῖς πάντες.

✝. Definitur, pronomine primae perſonae. ἡμεῖς. Ego, Vos, aliique credentes.

✝✝. In ſuâ latitudine ſpectandum exhibetur, additâ particulâ, πάντες.

(ββββ) Praedicatum exprimatur verbis: ἐν ἑνὶ Πνεύματι εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν. Quibus verbis docet,

✝. Quale externum ſignum eis adminiſtratum ſit. ἐβαπτίσθημεν.

✝✝. Cauſſas addit:

A. Efficientem. Quam

* Indicat verbis: ἐν Πνεύματι. Quia ille *Spiritus* nos ad id impulit, ut baptiſmum acciperemus in JESUM.

** Simul ob oculos ponens, quod ſit *UNUS* ille *Spiritus*. ἐν ἙΝΙ Πνεύματι.

AA. Quo fine, vel quo effectu. εἰς ἓν σῶμα.

bbbb. Membratim illuſtratur, indicando, quo ſenſu illa vox πάντες intelligenda ſit. Ita, nimirùm, ut excludatur

(*aaaa*) Diſcrimen Gentium. Quas

✝. In duas claſſes diſtinguit. Nominando

A. *Judaeos*. Ἰουδαῖοι. Qui primi in Regno Coelorum.

AA. *Grae-*

בבבב.*aaa*.(ββββ)*

AAAA.אאאא.*bbbb*.(*aaaa*)✝.A.

AA. *Graecos.* Ἕλληνες. Qui his accensiti, & quasi inserti.

✝✝. Hìc eodem loco censeri vult, repetitâ voculâ, εἴτε.

(ββββ) Discrimen statûs vel conditionis, quoad vitam civilem. Ex hac parte spectatos

✝. In duas classes dividit:

A. Primo loco nominans *servos.* δοῦλοι. Ut tantò magis exulare faciat discrimen dignitatis.

AA. Secundo loco addens *liberos.* ἐλεύθεροι.

✝✝. Hìc paria facere, declarat, repetitâ voculâ, εἴτε.

בבבב. Argumento, ab altero Sacramento Novi Testamenti adducto, denuò confirmatur. Cap. XII. 13. parte posteriori. Hoc argumentum

aaaa. Priori conjungit, per particulam, καὶ.

bbbb. Breviter ita proponit, ut

(*aaaa*) Loquatur de eodem subjecto. πάντες.

(ββββ) De eodem praedicet. εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν. Ubi iterùm notandum est,

✝. Quale externum signum & sigillum acceperint. ἐποτίσθημεν. Calicem in Sacrâ Coena,

בבב. *aaa.* (βββ)
*AAAA. בבבב. *bbbb.* (ββββ) ✝.

nâ, aptiſſimum hujus rei ſignum, ſimulque ſigillum.
✝✝. Quo fine. εἰς ἓν Πνεῦμα (a)

BBBB. Argumenta haec conjunguntur, per particulam καὶ. Ut tantò fortiùs adſtringat argumentum a Sacrâ Coenâ deſumptum.

** Alterâ parte confirmat id, quod in Protaſi pro fundamento aſſimilationis poſuerat. Cap. XII. 14. Quoniam, nimirùm, ex eo iteratò porrò ratiocinari conſtituit. Hic

AAAA. Repetitis voculis καὶ γὰρ oſtendit, ſe aliquid adferre velle, ad ulteriùs confirmandam Protaſin.

BBBB. Id quod adfert, exprimit

אאאא. Enunciato negativo. In quo

aaaa. Subjectum eſt, τὸ σῶμα. *Corpus* humanum.

bbbb. Praedicatum negat, hoc ſubjectum uno tantùm membro conſtare. οὐκ ἔϛιν ἓν μέλος.

בבבב. Enunciato poſitivo. Ubi

aaaa. Oppoſitio fit, per particulam, ἀλλὰ.

bbbb. Affirmatur, quod corpus conſtet pluribus membris. πολλά.

Zzz *bbb.* Ma-

(a) Notari meretur, quod non dicatur, εἰς τὸ ἕν. An fortè hic ἓν Πνεῦμα notat arctiſſimam animorum conjunctionem? Uti *Act.* IV. 32. Obſtare quidem videtur, quod Apoſtolus in totâ hac pericopâ per Πνεῦμα intelligat tertiam Sacro Sanctae Triados perſonam: Sed reſponderi poteſt: Quod Apoſtolus tamen. in hac ipſâ Epiſtolâ vocem πνεῦμα nonnunquam ſumat pro *animo* vel *mente.* V. C. 1 *Cor.* VI. 20. &c.

Sed facile quoque, (modo ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ex priori parte hujus commatis repetamus ἐν ἑνὶ Πνεύματι) animadvertemus diſcrimen inter phraſes, ἐν ἑνὶ πνεύματι & εἰς ἓν πνεῦμα. Illâ, cauſſam efficientem, hac, effectum vel cauſſam finalem denotante.

בבב.*aaa.*

bbb. Manendo in eâdem similitudine, ita amplificatur, ut denuò urgeat Apostolus, quod diversitas membrorum nequaquam excludat illam arctissimam conjunctionem, per quam constituant unum & idem corpus; ita ut corpus illud humanum non haberet id, quod secundum naturam, quam DEUS ei tribuit, ut perfectum sit, habere debet. Quod exsequitur, duplici, ex membris humanis desumpto, exemplo. Cap. XII. 15. & 16.

(*aaa*) Primum desumptum est a pede & manu. Cap. XII. 15. Quo docet, quod, quamvis haec duo membra sint diversa, tamen de nullo eorum dici possit, quod non pertineat ad corpus. Hoc ut vividiùs exprimat,

* Pedem, per prosopopoïam, introducit loquentem, eique hypotheticè tribuit dictum aliquod.

AAAA. Prosopopoïae, & hypotheseos fictae introductio, his exprimitur verbis: ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς.

אאאא. Per prosopopoïam sistitur

**pes loquens.* εἴπῃ ὁ πούς.

aaaa. Subjectum est, ὁ πούς.

bbbb. Praedicatum. εἴπῃ.

בבבב. Per eamdem ei tribuitur sententia, quam proferret. In quâ notetur

aaaa. Fundamentum, quod substerneret suae sententiae.

בבב.*bbb*.(*aaa*)*AAAA.בבבב.*aaaa*.

tiae. ὅτι ὐκ εἰμὶ χείρ.

(*aaaa*) Res, quam poneret, quae vera esset, haec esset. ὐκ εἰμὶ χείρ.

(ββββ) Quod in hoc, qui ei tribuitur; per fictionem, sermone, illâ uti vellet, tamquam fundamento. Quò pertinet particula, ὅτι.

bbbb. Conclusio, quam hinc eliceret. ὐκ εἰμὶ ἐκ τῦ σώματος.

BBBB. Hoc hypotheticè hîc proponi, ut casum dijudicandum, indicat particula, ἐάν.

** Interrogativè loquendo fortiter Apostolus noster absurditatem talis consequentiae ob oculos ponit. ὐ παρὰ τῦτο ὐκ ἔςιν ἐκ τῦ σώματος;

(βββ) Alterum (ne quis putet tale quid tamen de aliis ita se non habere) desumptum est ab aure & oculo. Cap. XII. 16.

* Connectitur ratiocinatio ex hoc simili (ob rationem modò dictam) cum praecedenti, per particulam, καί.

** Ratiocinatio ipsa, eodem modo resolvenda, sic se habet: ἐὰν εἴπῃ τὸ ὖς· ὅτι ὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, ὐκ εἰμὶ ἐκ τῦ σώματος· ὐ παρὰ τῦτο ὐκ ἔςιν ἐκ τῦ σώματος;

TABULA LV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS

CAP. XII. 17--21.

IN hac pericopâ Apoſtolus progreditur, ad propoſitionem conſiderationis utilitatis, quam diverſitas membrorum, & diverſitas operationis diverſorum membrorum, toti corpori praeſtat. In quo ſtupenda DEI elucet ſapientia. Cap. XII. 17--21.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)ι.BB אא.*aa*.(ββ)§§.//.⊏ †.BBB.אאא.

In hac pericopâ ita videmus ratiocinari Apoſtolum, ut oſtendat,

aaa. Quam abſurdum foret, ſi unum membrum ſibi omne illud vellet tribui honoris, quod toti corpori competit; tunc enim ſequeretur, quod reliqua membra ſine ullo uſu, adeoque haud ſapienter, iſti corpori ſint data: Nunc verò DEO placuiſſe, planè alio modo ſuam ſapientiam in fabricâ corporis humani demonſtrare. Cap. XII. 17. & 18.

(*aaa*) Abſurditatem, quae in eo deprehenderetur, ſi aliquod membrum ſibi ſoli omnem honorem, qui corpori competit, arrogare praeſumeret, demonſtrat Apoſtolus, duobus membris corporis humani in exemplum adductis. Cap. XII. 17.

* Pri-

aaa. (aaa)

* Primum exemplum praebet oculus, quod organum, certo refpectu, multò excellentius aliis membris exiftimari poffet: Id tamen abfurdè cenferetur, habere, vel contendere poffe fibi tribui debere, omnem gloriam & excellentiam, quae in corpore aeftimari debet. Cap. XII. 17. parte priori. Ubi

AAAA. Cafum, quem fingere quis poffet, ponit, his verbis: εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμός.

BBBB. Abfurdum, quod hinc fequeretur, five defectum, qui hinc nafceretur, in tali corpore, indicat hac interrogatione: πῦ ἡ ἀκοὴ; Nullum locum inveniret, & fic deficeret, egregia quaedam hominis facultas, nimirùm, facultas audiendi.

** Alterum exemplum praebet auditus, (vel inftrumentum auditûs, per Metonymiam effecti pro cauffâ inftrumentali) maximam quoque utilitatem habens in corpore humano; fi tamen cenferet, fibi tribui debere omnem gloriam vel excellentiam, abfurdiffimè judicaret, quoniam nullus fic relinqueretur locus oculo. Cap. XII. 17. parte pofteriori. Ubi rurfùs notari poteft

AAAA. Cafus, quem fibi quis fingere poffet. εἰ ὅλον ἀκοή.

BBBB. Abfurdum, five defectus, qui hinc fequeretur. πῦ ἡ ὄσφρησις;

(βββ) Nunc verò, contrà, DEUM, pro fuâ libertate, planè aliam conftituiffe corporis fabricam. Cap. XII. 18. Ubi

aaa.(ββββ)

* Oppoſitio praeſentis, quae nunc cernitur, corporis fabricae, contra illam, quae, ſi iſte fictitius caſus exiſteret, reperiretur in corpore humano, diſpoſitionem, exprimitur per particulas, Νυνὶ δὲ.

** Res ipſa, quam ob oculos ponere vult, eſt fabrica corporis humani, quam DEUS ei liberrimè tribuere voluit. Hanc igitur fabricam

AAAA. Ita deſcribit, ut DEO, tamquam cauſſae, illam acceptam referendam eſſe doceat. ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι. Notemus hîc

אאאא. Subjectum. ὁ Θεὸς.

בבבב. Praedicatum. ἔθετο τὰ μέλη ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι.

In quibus verbis contemplandum occurrit

aaaa. Objectum, in quo verſatus fuerit DEUS. τῷ σώματι.

bbbb. Quid ei fecerit. Quod

(*aaaa*) Acervatim exprimit, dicens: ἔθετο τὰ μέλη.

(ββββ) Ad ſingula extendendum eſſe docet. ἓν ἕκαστον αὐτῶν.

BBBB. DEUM habere Auctorem, ita ut ſummâ & planè independenti libertate uſus fuerit. καθὼς ἠθέλησεν.

bbb. Quam abſurdum foret, ſi omnia membra forent unum membrum; nunc verò corpus & membra planè aliter eſſe comparata. Cap. XII. 19. & 20. Ubi

(*aaa*) Ab-

bbb.

(αα) Absurditatem illam ob oculos ponit. Cap. XII. 19. Notemus hic

* Fictitium quemdam casum, planè ab eo, quem DEUS constituit, diversum

AAAA. De planè alio & diverso casu se loqui velle, indicat particulâ, δὲ.

BBBB. Casus ille fictitius est. εἰ τὰ πάντα ἦν ἓν μέλος.

** Absurditatem, quae hinc sequeretur. ποῦ τὸ σῶμα;

(βββ) Nunc verò (per illam, scilicet, modò laudatam DEI dispositionem) rem se planè aliter habere. Cap. XII. 20. Hic similiter, uti commate praecedenti 18. observamus

* Oppositionem, per particulas, Νῦν δὲ.

** Descriptionem, quâ declarat, quo modo haec sint comparata. πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα. Observandae hic sunt

AAAA. Duae theses.

אאאא. Priori agnosci vult Apostolus, pluralitatem membrorum. πολλὰ μέλη.

בבבב. Alterâ teneri vult unitatem sive identitatem corporis. ἓν σῶμα.

BBBB. Relatio earum ad se invicem, docens alterum alteri non repugnare. Quae relatio indicatur per particulas, μὲν, δὲ.

TA-

TABULA LVI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XII. 21--28.

IN hac pericopâ Apostolus consectaria & usum, ex proximè praecedenti contemplatione, elicit. Cap. XII. 21--28.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)1.BB.אא.*aa*.(*ββ*)§§.//.⩶ † BBB.בבב.

aaa. Consectaria, ex illâ identitate corporis, quamvis pluribus membris constantis, (quam contemplandam, quatuor commatibus proximè praecedentibus, exhibuerat) fluentia, ostendit. Cap. XII. 21-27.

Hîc observari vult Apostolus,

(*ααα*) Quod alterum membrum altero opus habeat, & opem ferat, sapientissimâ DEI constitutione. Cap. XII. 21-26. Ubi notare oportet

* Rem ipsam, prout experientiâ cognoscitur. Cap. XII. 21. usque ad 24[ti]. partem posteriorem.

Haec ad has duas referri potest partes:

AAAA. Mutuò se invicem indigere membra, ostendit Apostolus. Cap. XII. 21. & 22.

אאאא. Transitio fit per particulam, δὲ. Quasi diceret: Quamvis multa & multùm diversa sint

ſint membra, tamen mutua indigentia illa conſtringit, & mutuò obligat.

בבבב. Indigentiam illam mutuam duobus exemplis oſtendit, cum aliquâ gradatione.

aaaa. Utitur duobus exemplis, ab omnium praecipuis membris deſumptis. Cap. XII. 21.

Nimirùm, utitur exemplis:

(aaaa) Oculi & manûs. Hoc per elegantem proſopopoïam pingit, ut illis ſingulis omnis jactantia, quaſi alterum altero non indigeret, adimatur.

┼. Loquentem quaſi introducit oculum & manum. ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ.

┼┼. Illi denegat licentiam ſe prae hac jactandi, quaſi ille hac non indigeat. οὐ δύναται εἰπεῖν ὀφθαλμὸς τῇ χειρὶ. χρείαν σου οὐκ ἔχω.

(ββββ) Capitis & pedum.

┼. Tranſitio oſtendit, quod idem alio exemplo confirmatum eat. ἢ πάλιν.

┼┼. Exemplum hoc eſt capitis & pedum.

A. Quae adducit verbis: ἡ

Aaaa κεφαλὴ

aaa.(*aaa*)* AAAA.בבבב.

aaaa.(ββββ)‡‡.A.

κεφαλὴ τοῖς ποσί. (supple ὐ δύναται εἰπεῖν.)

AA. Idem, quod de oculo & manu dixerat, his adplicat. [ὐ δύναται εἰπεῖν] χρέιαν ὑμῶν ὐκ ἔχω.

bbbb. Imò per gradationem ulteriùs progreditur, asserens illam indigentiam non tantùm de praecipuis corporis membris veram esse, sed etiam de illis, quae censentur minimis viribus pollere. Cap. XII. 22.

(*aaaa*) Gradationis indicium videmus in particulis, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον.

‡. Particula ἀλλὰ oppositionem facit, ad negativam expressionem superioris commatis, & quâ nunc utetur, adfirmativam.

‡‡. Particula μᾶλλον ostendit, quod altiùs assurgat oratio: Nimirùm, Apostolum docere indigentiam illam non tantùm locum habere in quibusdam praecipuis, quibus alia opus habeant, membris; verum & in aliis, quae ferè negligi posse videntur.

(ββββ) Rem ipsam ita enunciat Apostolus, ut nobis perpendendum sit

‡. Subjectum. Quod

A. In eâdem similitudine adhuc versari volens, generatim vocat, τὰ μέλη τῦ σώματος.

AA. Speciatim distinguit ab aliis, quae pluris aestimari solent. τὰ δοκῦντα ἀσθενέςερα ὑπάρχειν. *Quae existimantur infirmiora esse*,

‡‡. Praedicatum ἀναγκαῖά ἐςι. *Necessaria sunt.* BBBB. Ho-

aaa (*aaa*) * AAAA.

BBBB. Hominem nonnullis suis membris, quae minùs in honore sunt, majorem curam impendere, ut appareant magis aestimanda; quâ curà illa, quae elegantiora apparent, opus non habent. Cap. XII. 23. & 24. parte priori. Hîc notemus,

אאאא. Quid, & quo effectu, homines versentur circa membra minùs honorata. Cap. XII. 23.

aaaa. Particula καὶ hîc quoque videtur gradationem innuere.

bbbb. Res ipsa ita proponitur, ut attendere oporteat, ad

(*aaaa*) Ipsum factum, quod homines qualescumque, quibus se ipsum annumerat, facere consueti sint. Cap. XII. 23. parte priori. Ubi notemus

†. Objectum, circa quod versantes homines hîc spectantur. Quod objectum rursùs

A. Generatim sunt, τὰ τοῦ σώματος. Subaudi, μέλη, de quibus loqui pergit.

AA. Speciatim describuntur, ita ut ab aliis considerentur diversa; minimùm in judicio nostro. ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι.

††. Quid ei objecto facere soleant homines. τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν.

 (*ββββ*) Quis

aaa (*aaa*)

*BBBB.אאאא.*bbbb*.(*aaaa*)

(ββββ) Quis ſit effectus intentioni hujus curae reſpondens. Cap. XII. 23. parte poſteriori.

Hîc notemus

✝. Ipſum enunciatum. Et in eo

Λ. Subjectum. τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν.

ΛΛ. Praedicatum. εὐσχημοσύνην περισσοτέραν ἔχει.

✝✝. Hoc ſpectari ut effectum, illi curae reſpondentem. Quod innuit particula, καὶ.

בבבב. Quod, contrà, honoratiora illâ curâ non indigeant. Cap. XII. 24. parte priori.

Notetur hîc

aaaa. Oppoſitio per particulam, δὲ. Quae indicat illam curam περιθέσεως τιμῆς περισσοτέρας non ſic adhiberi circa reliqua; idque hinc proficiſci, quod additur.

bbbb. Enunciatum ipſum. Cujus

(*aaaa*) Subjectum exprimitur verbis: τὰ εὐσχήμονα ἡμῶν.

(ββββ) Praedicatum. ὀ χρείαν ἔχει.

** DEI, in hoc negotio, diſpoſitionem, ad finem corpori utilem tendentem. Cap. XII. 24. parte poſteriori, & 25. Hîc attendendum eſt, ad

AAAA. Conſtitutionem Divinam, quâ definivit, qualis eſſe debeat compages corporis humani.

Cap.

aaa.(*aaa*)** AAAA.

Cap. XII. 24. parte posteriori. Hic notemus

אאאא. Transitum, per particulam, ἀλλὰ. Quasi diceret: Non tantùm hoc experientia nos docet, ita esse comparata corpora, ita nos erga corpus & membra esse animatos, uti modò dixi: *SED* altiùs adscendendum est, atque agnoscendum hunc instinctum ab ipso DEO esse.

בבבב. Rem ipsam. Ubi occurrit

aaaa. Subjectum, sive Auctor hujus constitutionis, *DEUS.* ὁ Θεὸς.

bbbb. Praedicatum. Indicans, quid *DEUS* faciat.

(*aaaa*) Generatim. συνεκέρασε τὸ σῶμα. In quibus verbis perpendendum est

┼. Objectum, circa quod versatus esse dicatur *DEUS.* τὸ σῶμα.

┼┼. Quid huic objecto fecerit. συνεκέρασε. *Contemperavit.*

(ββββ) Speciatim; quo modo. τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμήν.

Ubi iterùm perpendendum est

┼. Objectum. τῷ ὑστεροῦντι.

┼┼. Quid isti objecto fecerit, vel faciat *DEUS.* δοὺς περισσοτέραν τιμήν.

BBBB. Finem, quem in istiusmodi coagmen-

*aaa.(aaa)***BBBB.

mentatione corporis DEUS intenderit. Cap. XII. 25. Qui

אאאא. Negativè exprimitur. Cap. XII. 25. parte priori. Ubi notetur

aaaa. Malum evitandum. σχίσμα ἦ ἐν τῷ σώματι.

bbbb. Hujus evitationem DEUM intendisse. Quod indicant particulae, ἵνα μὴ.

בבבב. Positivè declaratur, quid, contrà, DEUS intenderit, & intendat. Cap. XII. 25. parte posteriori. Notanda hîc venit

aaaa. Particula, oppositionem faciens. ἀλλὰ. Malo nocenti opponens bonum, quod conducit.

bbbb. Res ipsa. In quâ perpendere oportet

(*aaaa*) Bonum conducibile. Nimirùm, ut membra erga se invicem, eumdem in finem, mutuam curam gerant. τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη.

(ββββ) Hoc in istiusmodi corporis coagmentatione DEUM intendisse, tenendum est, ex subintellectâ, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendâ, particulâ, ἵνα.

(βββ) Quod membra corporis ita erga se invicem sint affecta, ut alterum de alterius conditione par-

aaa.(ββ β)

participet. Quod duobus enunciatis declarat, & suprà dictis connectit. Cap. XII. 26.

. Perpendamus hîc

* Rem ipsam hisce duobus enunciatis comprehensam:

AAAA. Primo enunciato, quomodo membra corporis, in casu adversitatis versentur, circa membrum, dolore affectum (nimirùm, quod illi condoleant) docet Apostolus, his verbis: εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. Cap. XII. 26. parte priori.

Ponit hîc

אאאא. Casum. εἴτε πάσχει ἓν μέλος.

aaaa. Subjectum est

(*aaaa*) Μέλος.

(ββββ) Imò etiamsi tantùm *unum* sit. ἓν μέλος.

bbbb. Praedicatum, casum indicans, & eapropter conditionatè propositum. εἴτε πάσχει.

בבבב. Quid posito illo casu fiat. συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. Hîc notemus

aaaa. Subjectum. Quod

(*aaaa*) Indefinitè dicitur. τὰ μέλη.

(ββββ) Imò ratione universalitatis spectandum proponitur; additâ particulâ, πάντα.

bbbb. Praedicatum. συμπάσχει.

BBBB. Altero enunciato docet, quo pacto omnia membra se gerant; ubi contingit hic

aaa.(ββββ)*BBBB.

hic casus, quod membrum aliud, etiamsi vel unum tantùm sit, honore adficiatur. Cap. XII. 26. parte posteriori. Ubi

אאאא. Casus ponitur. In quo rursùs

aaaa Subjectum est

(αααα) Μέλος.

(ββββ) Etsi tantùm *unum* sit. ἓν μέλος.

bbbb. Praedicatum, conditionatè loquens. εἴτε δοξάζεται.

בבבב. Indicatur, quid tunc, posito illo casu, fiat. συγχαίρει πάντα τὰ μέλη.

** Ejus connexionem. per particulam, καὶ.

bbb. Applicat id, quod de corpore & membris propriè dictis, physicè spectatis, dixit, Ecclesiae & credentibus *Corinthiis.* Cap. XII. 27. Nota hìc

(ααα) Particulam adversativam, per quam transitio fit. δὲ.

Quasi diceret: Nolite credere, quod haec nihil ad rhombum faciant. Nequaquam. *SED* DEUS voluit, ut haec quasi emblemata pingant, quo pacto Ecclesia CHRISTI, & ejus membra se, erga se invicem habere, & gerere debeant.

(βββ) Rem ipsam; quam exspectandam eis exhibere vult. Quae duobus membris constat:

* In primo enunciato agit de credentibus simul sumptis, in ordine ad CHRISTUM. Cap. XII. 27. parte priori.

Ubi notemus

AAAA. Subjectum. Quod exprimitur pronomine,

bbb. (βββ) * AAAA.

nomine, ὑμεῖς. Quo credentes *Corinthios* directè quidem adloquitur, sed sub illis comprehendit omnes eorum similes.

BBBB. Praedicatum de illis testatur, quod arctissimè inter se & cum CHRISTO sint conjuncti. ἐστε σῶμα Χριστοῦ.

Relatio & adfectus & effectus tales inter vos & CHRISTUM sunt, quales naturâ sunt & cernuntur in corpore humano, benè formato, & ab influxu capitis pendente & directo.

** In altero agit de singulis, seorsim spectatis; de quibus testatur, quod sint, unusquisque pro suâ ratâ portione, membra. Cap. XII. 27. parte posteriori. Notetur

AAAA. Res ipsa. Quam proponit

אאאא. Summatim. ἐστε μέλη.

בבבב. Cum quâdam illustratione. ἐκ μέρους.

BBBB. Et connexio ejus, quâ ostendit has veritates non posse divelli. per particulam, καὶ.

TABULA LVII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XII. 28–31.

IN hac pericopâ Apostolus hanc ratiocinationem, de diversitate charismatum, & munerum in Ecclesiâ, simili a corpore humano, ejusque membris, desumpto, illustratam, concludit; confirmans, ex ipsâ experientiâ, ita DEO, Sapientissimo, & cui summa competit libertas, visum esse. Cap. XII. 28-31.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)1.BB.אא.*aa*.(ββ)§§.//.= ††.

In hac pericopâ igitur oportet, ut contemplemur

AAA. Thesin, quam Apostolus ex experientiâ confirmare satagit. Nimirùm, visum esse DEO, ut essent in Ecclesiâ varia munera, & varia, ad illa requisita, dona. Cap. XII. 28.

In expendendâ hac thesi nobis occurrit

אאא. Particula connexionis, quâ transitionem facit. καὶ.

בבב. Res ipsa, quam Apostolus statuit. Ubi considerandum est

aaa. Subjectum. ὁ Θεὸς.

bbb. Praedicatum. In quo

(*aaa*) Ge-

AAA. בבב. *bbb*.

(*ααα*) Generatim declarat, quod DEUS sua constitutione de rebus Ecclesiae disposuerit. ἔθετο.

(*βββ*) Speciatim hanc dispositionem describit; ostendens, quinam sint ejus effectûs, ad quos hîc, convenienter suo scopo, respici velit. In quâ descriptione reperimus

* Trium praecipuorum munerum, a DEO constitutorum, recensionem. Cap. XII. 28. parte priori. In quâ

AAAA. Principem locum tenet munus Apostolicum. De quo Apostolus dicit,

אאאא. Quod hos quidem constituerit DEUS. οὓς μὲν ἔθετο ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ Ἀποστόλους.

בבבב. Quod hi primo loco sint numerandi. πρῶτον.

BBBB. Ad hoc proximè accedunt duo alia munera; directè quoque ad institutionem Ecclesiae a DEO constituta. Propheticum, nempe, & aliorum docentium. Hìc videmus

אאאא. In munere Prophetico constitutos, medio loco, inter primi ordinis Ministros, & ordinarios Ministros positos. Hos

aaaa. A munere suo vocat, Προφήτας.

bbbb. In secundo loco collocat, dicens, δεύτερον.

AAA.בבב.*bbb*.(βββ)*BBBB.אאאא.

בבבב. In munere ordinario constitutos, tertio loco positos. Hos

aaaa. A munere suo vocat, διδασκάλυς.

bbbb. Ad tertiam classem refert, dicens, τρίτον.

** Singularium quorumdam charismatum, a quibus alii quoque celebritatem, & nomen adepti sunt, recensionem. Cap. XII. 28. parte posteriori.

AAAA. Inferiorem hisce locum, quam tribus praecedentibus, assignandum esse, docet Apostolus, per particulam, ἔπειτα.

BBBB. Recensionem ipsam ita adornat, ut videatur

אאאא. Quatuor dona, quae alicui munus aliquod imponere, eique nomen aliquod conciliare possunt, commemorare.

Inter quae hic forsitan ordo observari posset, ut

aaaa. Primum par exhibeat quaedam magis extraordinaria, magis vel minùs latè se extendentia.

(*aaaa*) La-

AAA.בבבב.*bbb*.(ββββ)
**BBBB.אאאא.*aaaa*.

(*aaaa*) Latiùs extenſum videtur illud, quod adpellat δυνάμεις. Quâ voce mihi videtur ſignificari facultas diverſi generis miracula patrandi.

(ββββ) Minùs latè ſe extendens, ſed tamen excellens, & planè miraculoſum, eſt facultas ſanandi aegrotos. Quod

†. Adpellat, χαρίσματα ἰαμάτων.

A. Ratione originis ſpectata, haec dona vocantur, χαρίσματα.

AA. Ratione effectuum, haec dona vocat, χαρίσματα ἰαμάτων.

††. Proximo loco conjungit cum illis, quae generatim vocaverat, δυνάμεις. per voculam, ἔιτα.

bbbb. Alterum par contemplanda ſiſtat magis ordinaria. Quorum

(*aaaa*) Primum vocat, ἀντιλήψεις.

(ββββ) Alterum vocat, κυβερνήσεις.

בבבב. Quintum, quod Apoſtolus ſtudio (ob rationes nobis non certò perſpectas; fortè ad tantò magis *Corinthiorum* nonnullorum, eo inſolentiùs gloriantium, faſtum retundendum) videtur in ultimum locum collocaſſe. γένη γλωσσῶν.

AAA.

BBB. Thesis hujus, per experientiam, probationem. Cap. XII. 29. & 30.

Ad experientiam autem provocat, per interrogativum loquendi modum, (ut ipsos *Corinthios* quasi judices faciat) fortissimam negationem exprimentem. Hîc igitur videmus

אאא. Denuò recensita varia munera & dona; per quae illi, qui ista adepti sunt, celebritatem consecuti, & hinc (uti videtur) denominati sunt.

Hîc eumdem ordinem servat, sed duo omittit, & ultimo aliquid adjicit.

aaa. Incipit a trium munerum praecipuorum recensione. In quibus

(ααα) Primum locum tribuit muneri Apostolico. Memorantur enim Ἀπόστολοι.

(βββ) Huic proximè accedentia facit

* Munus Propheticum, magis extraordinarium. Memorantur hîc Προφῆται.

** Munus docendi, magis ordinarium. Memorantur enim διδάσκαλοι.

bbb. His subjicit quorumdam singularium nonnullorum donorum, a quibus hic vel ille videtur denominatus fuisse, recensionem.

Hîc videmus, quod Apostolus iterùm (omissis tamen illis, quae ἀντιλήψεις & κυβερνήσεις vocaverat) recenseat tantùm extraordinaria dona, a quibus denominabantur. Haec autem dona aptos reddebant illos, quibus dabantur,

(ααα) Ad planè eximia facta praestanda.

* Generatim. Commemorat quippe δυνάμεις.

** Spe-

BBB.ℵℵℵ.*bbb*.(*aaa*)*

** Speciatim nominantur illi, qui ἔχουσι χαρίσματα ἰαμάτων.

(βββ) Ad ſermones habendos, ordinarias humanas vires ſuperantes. Inter hos

* Primo loco ponit illos, qui γλώσσαις λαλοῦσι.

** His ſubjicit (quos verſu 28. videtur ſub illis comprehendiſſe) illos, qui διερμηνεύουσι.

כככ. Per interrogationem fortiſſimè negat, ut experientiâ abundè notum, omnes & ſingulos, ſingulis hiſce muneribus ornatos, vel ſingulos hiſce donis inſtructos eſſe. Huc pertinet ſepties repetita interrogatio. μὴ πάντες; An omnes?



T A-

Tabula LVIII. Specialis,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

Cap. XII. 31.

COntinet hoc comma tranſitionem commodam ab eo, quod in anteceſſum docuerat, (nimirùm, ut ab unâ parte, μεμψιμοιρίαν, ab alterâ parte jactantiam, quâ alter alteri ſe ipſum praeferret, reprimeret) ad id, quod magis propè & directè ad quaeſtionem propoſitam pertinebat: Quae in eo conſiſtebat, quaenam aliis praeferenda ſint, & prae aliis expetenda. Cap. XII. 31.

Signata eſt haec pericopa, in Analyſi Generali, II.B.כ.*b*.(*a*)1.BB.אא.*bb*.(*aa*)

In hac tranſitione videmus, quod Apoſtolus

§. Concedat, tamen licere, & decere praeſtantiora prae caeteris expetere. Cap. XII. 31. parte priori. Notemus hìc

/. Particulam δὲ, adverſativam, per quam tranſitum facit.

Quaſi diceret: Quamvis hactenùs docuerim, quod varietas illa donorum & munerum talis ſit, ut omnes credentes donentur illis, quae neceſſaria ſunt, ad communionem cum CHRISTO, & ipſam in illo ſalutem: Et quod omnes credentes debeant acquieſcere in illâ liberrimâ, & ſapientiſſimâ DEI Triunius diſpen-

§. /.

dispensatione; ita ut nemo eorum jus habeat conquerendi, quod alius equidem hoc illove dono vel munere sit ornatus, ipse verò eo careat; quod μεμψιμοίρων est: Et quod, ab alterâ parte, nemo credentium, qui hoc vel illo dono donatus, vel in hoc vel illo munere constitutus sit, quae alteri non sunt concessa, caussam vel fundamentum habeat, hunc eapropter vilipendendi:

TAMEN liceat, & deceat expetere, sed submisso animo, praestantiora.

//. Ipsam declarationem, quâ hoc ostendit. Ubi reperimus

— Objectum:

†. Generaliori nomine expressum. τὰ χαρίσματα.

††. Speciali simul ab aliis distinctum. τὰ κρείττονα.

= Quid circa hoc objectum facere debeant. ζηλοῦτε.

§§. Declaret, quod paratus sit, & se accingat, ut ipsis excellentissimam, ad hunc finem ducentem, viam monstret. Cap. XII. 31. parte posteriori. Hîc pariter notemus

/. Transitionem. per particulas, καὶ ἔτι.

— Particula καὶ videtur indicare, quod non subterfugiat directè respondere.

= Particula ἔτι videtur indicare, quod tamen, praeter illa, quae dixerat, antequam directè respondeat ad quaesitum (quod versabatur circa dona extraordinaria) monere ADHUC debeat aliquid, quod ante omnia tenendum sit.

//. Declarationem ipsam. In quâ notemus

— Objectum. Quod

§§.//.—

†. Generatim indicat, esse ὁδὸν.

††. Speciatim commendat, verbis, καθ' ὑπερβολὴν.

= Quid & quibus faciat Apostolus.

†. Quorum gratiâ hoc faciat. ὑμῖν.

††. Quid faciat. δείκνυμι.



TA-

TABULA LIX. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XIII. 1--4.

IN hac pericopâ demonſtrat Apoſtolus neceſſitatem caritatis. Cap XIII. 1-4.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב *b*.(*α*)1 BB.אא.*bb*.(*ββ*)§ *l*.

In hac pericopâ

— Primo loco agit Apoſtolus de donis extraordinariis, oſtendens, quod ſine caritate nil proſint. Cap XIII. 1. & 2.

†. Incipit ab illo dono, quod in omnium ultimum locum collocaverat; atque de eo demonſtrat, quod, ſi illud a caritate ſejunctum ſit, vanum ſit: Quod ſuo ipſius quaſi exemplo oſtendit. Cap. XIII. 1. Ubi videmus

AAA. Caſum, quem ponit Apoſtolus. In eo reperimus duas partes:

אאא. Caſûs poſitionis prima pars ponit, Apoſtolum dono variis linguis loquendi gaudere, etiam excellentiſſimo modo. Hic conſideranda eſt

aaa. Res, quae ponitur.

— †. AAA. אאא. *aaa*.

(*aaa*) Generatim dicitur *loquela*. λαλῶ, inquit Apoſtolus.

(βββ) Speciatim ponitur talis *loquela*, cujus ſermo ſit excellentiſſimus:

* Ut qui fiat longè diverſiſſimis idiomatibus, vel dialectis, *hominum*. γλώσσαις ἀνθρώπων.

** Ut qui vel ipſorum *Angelorum* ſermoni aequiparandus ſit. καὶ τῶν Ἀγγέλων. Notetur hîc

AAAA. Particula καὶ, quae hîc κλίμακα facit.

BBBB. Res ipſa. Quae conſiſteret in ſermone, qui proferatur linguâ *Angelorum*. τῶν Ἀγγέλων. Ubi conſiderandum eſt

אאאא. De *Angelis*.

בבבב. De eorum linguâ, quâ uteretur Apoſtolus.

bbb. Modus proponendi. Conditionatè enim, non poſitivè, dicit Apoſtolus, ἐάν.

בבב. Caſûs poſitionis altera pars, priori, tamquam negativa, affirmativae oppoſita. Hîc rurſus perpendi debet

aaa. Res ipſa, negativè expreſſa, poſitioni affirmativae oppoſita.

(*aaa*) Oppoſitio fit per particulam, δὲ. Quâ defectus dono modò memorato opponitur.

(βββ) Defectus, qui modò memorato

rato

— †. AAA. בבבב. aaa. (βββ)

rato dono opponitur, est carentia *caritatis*. ἀγάπην μὴ ἔχω. Ubi

* Virtus, quae hic deesse ponitur, est ἀγάπην ἔχειν. Ubi considerandum est

AAAA. De ἀγάπῃ. (a)

BBBB. Quid sit ἔχειν ἀγάπην.

** Vitium oppositum est ΜΗ ἔχειν ἀγάπην.

bbb. Modus proponendi. Scilicet, conditionatâ expressione, ἐάν. Quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti debet.

BBB. Quid de isto casu statuendum sit. Nimirùm, quod omnia illa ei, qui ista habet, nihil prosint, si caritate vacuus sit. Hoc, sub suo exemplo, docet duplici simili:

אאאא. AEris sonantis. γέγονα χαλκὸς ἠχῶν.

בבבב. Alîus fere idem pingentis. ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Contemplemur hîc

aaa. Particulam, quâ aliud simile, quamquam haud multùm differens a priori, subjicit. ἢ.

bbb. Simile ipsum; quod priori, aliquo pacto, praestantius censeri posset.

(ααα) Cum in priori locutus esset de AERE, χαλκῷ, nunc substituit κύμβαλον. CYMBALUM.

(βββ) Cum

(a) An erga DEUM? An erga homines? An erga utrosque?

— †.BBB.בבב.*bbb*.(*ααα*)

(*βββ*) Cum in priori *aeri* sonum tribuisset, nunc tinnitum *cymbali* considerandum proponit. ἀλαλάζον.

Quasi diceret: Si quis putet, quod statum istiusmodi hominis nimiùm deprimam, quando eum comparo *aeri sonanti*; hoc tamen summum est, quod, nimirùm, de optimae notae homine, ad hanc classem pertinente, dici potest, quod *CYMBALO tinnienti* comparari possit: Cum aliis fortè aliquem usum praestet, sibi ipsi tamen nullum.

††. Assurgit ad illa, quae, ut adhuc praestantiora, dono linguarum anteposuerat, χαρίσματα extraordinaria. Cap. XIII. 2. Et quidem ita, ut sententiam suam dicere non vereatur,

AAA. De tali homine, qui caritate vacuus sit, etiamsi acceperit Donum Prophetandi; & insuper imbutus sit insigni omnigenâ *Scientiâ*; imò, quantumvis donum miracula patrandi simul adeptus sit, ejusque luculenta exhibeat documenta: Cap. XIII. 2.

Talem autem hominem ut vividè ob oculos ponat, loquitur in primâ personâ, ut significet, se eandem sententiam, de tali homine, dicturum, etiamsi ipsemet is esset, in quem haec quadrarent. Hîc igitur

אאא. Duplici excellentissimo dono extraordinario donatum hominem, sub suo exemplo, contemplandum sistit. Nimirùm,

aaa. Do-

— ††.AAA.כככ.

aaa. Dono Prophetiae, eoque in fummo gradu, & cum fublimiori fcientiâ omnigenâ conjuncto. Notemus hîc

(*aaa*) Particulam, tranfitionem facientem. καὶ. Quâ affurgit oratio.

(*βββ*) Rem ipfam. Ubi perpendere oportet

* Donum excellens admodùm, & multifarium, quo fe exornatum introducit.

AAAA. Donum in hunc modum defcribit: Nimirùm, illud,

אאאא. Nomine fuo adpellat, & indicatione effectûs illuftrat.

aaaa. Denominatio fit per nomen, προφητέιαν.

bbbb. Illuftratio per effectum, per verba: καὶ εἰδῶ τὰ μυςήρια πάντα.

(*aaaa*) Particula καὶ connexionem indicat. Nimirùm, DEUS Prophetis fuis revelare folebat arcana confilii fui. Conf. *AMOSI* III. 7.

(*ββββ*) Effectus hic doni Prophetici fic expingitur, ut fimul in fupremo gradu fpectandum exhibeatur. εἰδῶ τὰ μυςήρια πάντα.

— ††. AAA. אאא. *aaa*. (βββ)
* AAAA. אאאא. *bbbb*. (ββββ)

πάντα. In quâ descriptione consideremus

┼. Objectum.

Α. In genere propositum. τὰ μυστήρια.

ΑΑ. Cum amplificatione, expressâ per voculam, πάντα.

┼┼. Quomodo circa hoc objectum se habere ponatur. εἰδῶ.

בבבב. Adjunctum, quo illud exaggerat. καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν.

aaaa. Particula καὶ hîc exaggerationis indicium videtur.

bbbb. Exaggeratio fit per hoc adjunctum; quod donum Prophetiae ita possideat, ut simul *habeat omnigenam scientiam*. Hîc rursùs consideremus

(αααα) Objectum:

┼. Generatim nomine suo significatum. τὴν γνῶσιν.

┼┼. Amplificatum, additâ voce, πᾶσαν.

(ββββ) Quo modo se erga hoc objectum habere ponatur. εἰδῶ.

BBBB. Conditionatè tamen, sive hypotheticè, ita se exornatum ponit. Quod indicatur per particulam, ἐὰν.

** Priori jungitur, per particulam, καὶ.

bbb. Do-

— ††. AAA. אאא. *aaa.*

bbb. Donum fidei miraculorum. Quod

(*aaa*) Eâdem ratione, hypotheticè, ponit sibi concessum esse. Ubi iterùm

* Casûs positionem considerare oportet. In quâ

AAAA. Donum ipsum contemplemur. Quod

אאאא. Nomine suo indicatur, & amplificatur.

aaaa. Vocat illud Apostolus, nomine suo, τὴν πίςιν.

bbbb. Additâ amplificatione, πᾶσαν. (*a*)

בבבב. Ab illustri effectu, omnes in stuporem rapiente, describit. Qui

aaaa. Exprimitur verbis, ὄρη μεθιςάνειν.

bbbb. Consideratur ut effectus modò memoratae fidei. per voculam, ὥςε.

BBBB. Participationem, quam sibi tribuit. ἔχω.

** Conditionatè fieri hanc positionem. Quod indicat particula, ἐὰν.

(*βββ*) Connectit cum praecedenti. per particulam, καὶ.

Dddd בבב. In

(*a*) Non tamen haec particula comprehendit fidem, de qua *Joh.* III. 36. Illa enim non potest esse sejuncta a Caritate. *Gal.* V. 6. *Jac.* II. 20.

— ††.AAA.אאא.

בבב. In utroque casu hunc hominem, sub suo exemplo, contemplandum sistit, ut caritate vacuum. Hunc defectum

aaa. Opponit excellentissimis modò memoratis donis, per particulam, δὲ.

bbb. Describit eodem modo, uti suprà versu primo, his verbis: ἀγάπην μὴ ἔχω.

BBB. Sententiam de homine ita comparato, sub suo exemplo, (hoc est, quamvis ipsemet ille sit, qui hisce donis sit instructus, sed hoc defectu laboret) pronunciat. οὐδέν εἰμι.

= Secundo loco agit Apostolus de operibus quibusdam externis, omnium praestantissimis (quibus, si eo, quo oportet, modo praestentur, remunerationem DEUS addixit) nimirùm, munificentiá erga egenos, & martyrii gravissimi perpessione: De quibus, ut tantò fortiùs adstringat demonstrationem necessitatis caritatis, pariter asserit, quod, si a caritate sejungantur, nihil sint profutura. Quod eodem, uti versibus praecedentibus, modo, sub suo quasi exemplo, proponit. Cap. XIII. 3.

Hìc videmus, quod Apostolus

†. Hominem (sub suo quasi exemplo) introducat, qui excellentissimis externis operibus se summopere laudabilem praestet, sed intùs tamen caritate vacuus sit. Ubi

AAA. Hominem ab illis factis laudabilem, talem, describit. In quâ descriptione notemus

אאא. Particulam καὶ, & quidem geminatam: Quae duplicis gradationis indicium est; in principio, & in medio hujus commatis positam. *aaa*. Priori

†.AAA.אאא.

aaa. Priori loco posita assurgere facit orationem. Quasi diceret: Neque id, quod dixi de donis illis linguarum, prophetiae, scientiae, fidei miraculorum, (nimirùm, quod sine caritate nihil prosint suo possessori) solum est, quod verè dici possit; sed idem quoque verum est de munificentiâ excellentissimâ.

bbb. Altero loco posita altiùs adhuc assurgere facit orationem. Quasi dìceret: Neque id de munificentiâ tantùm dico, sed insuper quoque de martyrio dirissimo.

בבב. Descriptionem ipsam, quâ, sub suo quasi exemplo, hominem a duplici facto externo laudabilem introducit. Bimembris igitur est: Describit, nimirùm, eum

aaa. A munificentiâ plane eximiâ. Ubi nobis occurrit

(*aaa*) Positio, quae tali homini liberalitatem, vel munificentiam tàm egregiam, adscribit.

In quâ positione perpendere oportet

* Objectum, circa quod versari ponitur.

AAAA. Indicatum, verbis: τὰ ὑπάρχοντά μου.

BBBB. Amplificatum, additâ voculâ, πάντα.

 ** Quo

= †.AAA.בבבב.*aaa*.(*aaa*)*

** Quo modo se gerere ponatur circa hoc objectum. ψωμίζω.

(βββ) Modus, quo haec positio contemplanda exhibetur: non theticè, sed hypotheticè, sive conditionatè. Quod docet particula, ἐὰν.

bbb. A spontaneitate ad lubenter subeundos dirissimos cruciatûs. Ubi rursùs occurrit

(*aaa*) Positio, quâ eidem homini tanta spontaneitas adscribitur.

* Generatim. παραδῶ τὸ σῶμά μυ. Ubi considerandum est

AAAA. Objectum. τὸ σῶμά μυ.

BBBB. Quo modo se circa hoc objectum gerere ponatur. παραδῶ.

** Cum amplificatione, vel exaggeratione, desumptâ a fine vel consequenti hujus traditionis sui corporis.

AAAA. Effectus ipse exprimitur verbo, καυθήσωμαι.

BBBB. Relatio hujus effectûs ad illam corporis sui traditionem, indicata per particulam, ἵνα.


(βββ) Modus ponendi; non theticè, sed

= †. AAA. ככככ. *bbb*. (*aaa*)

· ſed hypotheticè, ſive conditionatè. per voculam, ἐάν.

BBB. Eumdemque deſcribit a qualitate non laudabili, ad interiorem animi diſpoſitionem, pertinente. Quam exprimit ut ſuprà. ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω.

††. De tali homine, etiamſi etiam ipſemet is eſſet, ſententiam pronunciet. ὀυδὲν ὠφελοῦμαι.



TABULA LX. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XIII. 4--8.

Continet haec pericopa Demonstrationem praestantiae caritatis, ex nobilissimis attributis, & effectis ejusdem. Cap. XIII. 4-8.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II B. ב *b*.(α)1.BB אא.*bb*.(ββ)§.//.—

Quamvis aliquo pacto difficile sit rationem ordinis & dispositionis enunciatorum, his commatibus comprehensorum, invenire, cum se mutuò quasi permeent; tentabimus tamen (cum hactenùs in nostrâ hac Epistolâ stupendam observaverimus concinnitatem, &, in ipsâ quoque ordinis dispositione, elucentem sapientiam) an eam assequi valeamus.

Perpendi igitur velim in his quindecim enunciatis hunc ordinem:

Perficitur haec praestantiae caritatis, ex attributis & effectis ejusdem, demonstratio, hoc ordine:

†. Synopticâ horum attributorum & effectuum recensione. Cap. XIII. 4. Quae recensio fit:

AAA. Enunciatis affirmativis. Cap. XIII. 4. parte priori. Quibus ei tribuitur

אאא. Longanimitas. ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ. Ubi considerandum est

aaa. De subjecto. ἡ ἀγάπη.

bbb. De praedicato. μακροθυμεῖ.

בבב. Be-

†. AAA. אאא.

בבב. Beneficentia. Ubi

aaa. Subaudiendum iterùm eſt ſubjectum. ἡ ἀγάπη.

bbb. Praedicatum exprimitur. χρηστεύεται.

Quod plus dicit, quam μακροθυμία ſimplex: Non enim tantùm fratrem in ſuo ſtatu relinquit, & ſibi permittit, verùm etiam ei utilis eſſe cupit.

BBB. Enunciatis negativis: Quibus, per oppoſitionem, quâ (contraria enim, juxta ſe poſita, magis eluceſcunt) poſitiva illa illuſtrantur. Cap. XIII. 4. parte poſteriori.

His negativis enunciatis a caritate ſejunguntur:

אאא. Duo vitia, longanimitati & beneficentiae adverſaria.

aaa. Invidia. Ubi videmus

(ααα) Subjectum, iterùm expreſſum. ἡ ἀγάπη.

(βββ) Praedicatum. ὐ ζηλοῖ.

Nihil minùs cum beneficentiâ conſiſtere poteſt, quam invidia. (a)

bbb. Tumultuarius agendi modus. Qui directè adverſatur longanimitati. Ubi iterùm

(ααα) Subjectum expreſſum videmus. ἡ ἀγάπη.

(βββ) Praedicatum. ὐ περπερεύεται.

בבב. Principium pravum, e quo haec duo vitia pullulant. Ubi, ſubaudito rurſùs, modò

(a) Qui invidus eſt, mallet ut proximus ſuus minori gradu felicitatis gauderet; Multo minus, benefaciendo ipſi ejus felicitatem augere ſataget.

†.BBB בבב.

dò bis expresso, subjecto, praedicatum est, ὐ φυσιοῦται. (Conf. *PROVERB.* XIII. 10.)

††. Paulò enucleatiùs elaborata. Cap. XIII. 5. 6. & 7. Hîc videmus

AAA. Terminis negativis sejungi a caritate, & ab adjunctis ejus, quae illis minùs conveniunt. Cap. XIII. 5. & 6. Hîc ostendit Apostolus

אאא. Vitia, studio beneficentiae & longanimitati adversaria, contrariari caritati. Cap. XIII. 5. & 6. parte priori.

Eaque hoc ordine enumerat:

aaa. Illa, quae studio beneficentiae praecipuè sunt opposita. Cap. XIII. 5. parte priori. Ubi

(*ααα*) Negatur, id, quod apertè contrariatur τῷ χρηστεύειν, caritati convenire; quod est τὸ ἀσχημονεῖν. Hinc dicit Apostolus, ὐκ ἀσχημονεῖ.

(*βββ*) Negatur id, quod vel planè studio beneficentiae adversatur, vel ad minimùm summae illius perfectioni repugnat, caritati convenire. ὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς. Hoc fit

Non tantum, si sua ipsius solummodo commoda sectetur, alius verò commoda non curet. Hoc autem fit, maximè, si ea sic sectetur, ut, si quis suae cupiditati obicem ponat, vel ponere praesumatur, illius commodis detrahat.

Verùm etiam, si alterius commoda, quando illa suis ipsius augendis nil prodesse

††. AAA. ℵℵℵ. *aaa*. (ϐϐϐ)

desse valent, nullo modo curae & cordi habeat.

Imò etiam tunc, siquando quis alterius equidem commodis inservit; Si tamen illud unicè faciat propter suum commodum, non verò ad illud moveatur cupidine promovendi commodum & ornamentum Fratris sui.

Haec omnia a caritate removet Apostolus, quando dicit: ὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς.

bbb. Illa, quae longanimitati obsunt, & sic simul etiam studio beneficentiae, cum caritate non conveniunt. Cap. XIII. 5. parte posteriori, & 6. parte priori.

(ααα) Subitanea ad iram commotio. Quae ab Apostolo a caritate sejungitur, verbis: ὐ παροξύνεται.

(ϐϐϐ) Perperam a Fratre factorum ad animum revocatio; quâ malum, in quo peccavit, altâ mente repositum servat, ut sic ad vindictam stimuletur. Hoc vitium a caritate removetur, cum aliquâ explicatione.

* Removetur a caritate, verbis: ὐ λογίζεται τὸ κακόν.

** Exponitur, indicando, ex quo principio illaudabili illud ὐ

 λο-

††.AAA.אאא.*bbb*.(βββ)**

λογίζεσθαι τὸ κακὸν (quod de caritate hîc praedicatur) minimè proficiſcatur. Cap. XIII. 6. parte priori. ὐ χάιρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ. Hîc obſervemus

AAAA. Objectum. Quod exprimitur verbis: ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.

BBBB. Quomodo caritas circa hoc objectum verſetur. ὐ χάιρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.

Quaſi diceret Apoſtolus: Quod de caritate dico, quod ὐ λογίζεται τὸ κακὸν, non inde proficiſcitur, quod caritas adprobet, vel laetetur iniquitate. Contrà, hoc caritati ipſi adverſaretur. Vid. *LEVIT.* XIX. 17.

Neque etiam ex invidiâ, & faſtu, quaſi, ut ſe poſſit ſupra Fratrem efferre, laetetur, ſi Frater in aliquam iniquitatem prolapſus fuerit.

Minimè, ex alio prorſus principio, confeſtim indicando, proficiſcitur iſtud ὐ λογίζεσθαι τὸ κακὸν.

בבבב. Principium verum, ex quo illa averſio a vitiis, modò recenſitis, & ſpecialiſſimè illo, quod ultimo loco commemoratum eſt, oriatur. Quo ipſo tranſitio fit, ad illam ul-

††.AAA.בבב.

ulteriorem attributorum, effectuumve caritatis descriptionem, quae versu 7. fiet, terminis positivis. Cap. XIII. 6. parte posteriori. Hic notetur

aaa. Particula adversativa, quae transitum facit, δὲ.

bbb. Indicatio thetica illius principii veri & boni. συγχαίρει τῇ ἀληθείᾳ. Notetur hic

(*ααα*) Objectum. Quod exprimitur voce, τῇ ἀληθείᾳ.

Videtur mihi haec ἀληθεία denotare sinceritatem cordis Fratris, lapsantis quidem ex infirmitate, non verò deliberato proposito.

(*βββ*) Quo pacto charitas circa hoc objectum se gerat. συγχαίρει.

BBB. Terminis positivis indicari, quinam sint effectûs, & animi affectiones, caritati convenientes. Cap. XIII. 7. Hic notemus

אאא. Effectum caritatis circa defectus Fratrum, in ordine ad alios homines. πάντα στέγει.

Ne aliis innotescant, illos defectus reticet; & si quid ad aliorum aures perveniat, in meliorem partem, quantùm potest, interpretatur, & excusat, ut sic dispareant. Conf. *PROVERB.* X. 12.

בבב. Affectiones animi caritati convenientes.

aaa. In ipso animo. Hic ostendit Apostolus, quo pacto caritas (id est, homo, ex caritate operans) se gerat.

 (*ααα*) Ra-

††.BBB.בבב.*aaa*.

(*ααα*) Ratione illorum, quae audiuntur, ut laudabiliter a Fratre gesta. πάντα πιςεύει.

(*βββ*) Ratione illorum, quae praesagiuntur, in ordine ad futurum tempus. πάντα ἐλπίζει.

bbb. In affectu & effectu; utcumque etiam, fide testimoniis habitâ, aliquoties erraverit, atque spe suâ exciderit, constans tamen in suâ longanimitate perseverat. πάντα ὑπομένει.



TA-

TABULA LXI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XIII. 8--XIV. 1.

IN hac pericopâ Apostolus praestantiam caritatis, prae quibuslibet donis exoptatissimis, demonstrare pergit, ex perpetuâ ejus, & numquam cessaturâ, perennitate. Cap. XIII. 8-XIV. 1.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.BB.אא.*bb*.(ββ)§.//.☰

In hac pericopâ videmus Apostolum demonstrare

†. Generatim caritatem, hac in parte, praestantiorem esse pluribus, caeteroquin exoptatissimis, donis. Cap. XIII. 8-13. Hic videmus

AAA. Caritati perennitatis gloriam deberi, prae tribus, caetera longè praestantissimis, extraordinariis Spiritûs Sancti donis; & illis quidem, de quibus maximè disceptabant, & aemulabantur *Corinthii*. Quod proponitur Cap. XIII. 8.

Haec autem propositio est bimembris. In cujus

אאא. Primo membro testimonium caritati de perennitate perhibetur. Cap. XIII. 8. parte priori.

In hoc enunciato attendere oportet ad

aaa. Subjectum. ἡ ἀγάπη.

 bbb. Prae-

†.AAA.אאא.*aaa.*

bbb. Praedicatum. Quo

(*ααα*) Asserit Apostolus, quod non excidat, sed perenniter maneat. οὐκ ἐκπίπτει. Ubi videndum est,

* Quid de caritate significaretur, quando diceretur, ἐκπίπτειν.

** Quod hoc de caritate negetur.

(*βββ*) Dictum suum exaggerat, adjecto adverbio, οὐδέποτε.

בבב. Altero, contrà, membro, donis illis Spiritûs Sancti extraordinariis, quamvis sint praestantissima, denegat hanc perennitatis gloriam. Cap. XIII. 8. parte posteriori.

aaa. Oppositionis indicium est particula, δὲ.

bbb. Tribus enunciatis declarat, quid de tribus, quae commemorat, donis Spiritûs Sancti, quoad perennitatem, censendum sit. Notemus hîc

(*ααα*) Trinam repetitionem particulae εἴτε. Quâ indicat, quod, hac in parte, etiamsi aliqua inter illa dona sit differitas, tamen paria faciant.

(*βββ*) Dona ipsa, quae recenset, &, ratione perennitatis caritati postponit. Hîc

* Incipit a duobus illis donis, de quibus Capite sequenti disputabit, suamque sententiam, de hujus prae altero praestantiâ, declarabit. Hîc

AAAA. Prophetiam (quam Capite sequenti principem locum tenere ostendet) ex hac parte contem-

†.AAA.בבב.*bbb*.(βββ)*AAAA.

templandam sistit. Ubi perpendere oportet

אאאא. Subjectum, & quidem in plurali expressum. προφητεῖαι.

בבבב. Praedicatum. καταργηθήσεται.

BBBB. Proximè huic jungit linguarum peregrinarum donum. Hîc iterùm perpendamus

אאאא. Subjectum. γλῶσσαι.

בבבב. Praedicatum. παύσονται. Cessabit pluribus linguis loquendi facultas, toto numero electorum collecto, & in coelum translato. Nullum ampliùs usum habiturum erit hoc donum.

** Subjicit tandem, sivè prorsùs miraculosam, sivè (ad minimùm) saltem sublimiorem, rariorem, plurimorumque aliorum eruditionem superantem, scientiam, γνῶσιν, quâ *Corinthii* quidam tantopere superbiebant. (Conf. 1 *COR*. VIII. 1.)

Hîc perpendere oportet

AAAA. Subjectum. Quod dicitur, γνῶσις.

BBBB. Praedicatum, de hoc subjecto idem, quod modò de Prophetiis, affirmans. καταργηθήσεται.

BBB. Pro-

†.AAA.

BBB. Propositionis (quoad alterum membrum) confirmationem & illustrationem. Cap. XIII. 9-13. In quâ Apostolus omittit confirmationem sui de dono linguarum asserti, cum illud satis per se perspicuum manifestumque sit; sed id, quod de Prophetiis & Scientiâ dixerat (nimirùm, quod καταργηθήσονται) confirmat & illustrat.

ℵℵℵ. Confirmationem reperimus, Cap. XIII. 9. & 10. Ubi perpendere oportebit

aaa. Duas theses Apostoli. Quarum

(*aaa*) Prima spectat statum praesentem hujus vitae. Cap. XIII. 9.

Estque & ipsa bimembris: Agens,

* De imperfectione scientiae, ad quemcumque gradum etiam evecta sit. ἐκ μέρους γινώσκομεν.

AAAA. Agnoscit equidem aliis, ut & sibi, concessum esse donum excellentioris sublimiorisque scientiae; (quod Cap. XII. 8. inter dona Spiritûs recensuerat) dicens: γινώσκομεν.

BBBB. Imperfectionem tamen ejusdem simul agnoscit, quando adjicit: ἐκ μέρους.

** De imperfectione pariter Prophetiarum.

AAAA. Generatim indicat, per particulam καὶ, illam sublimiorem scientiam cum Prophetiis hactenùs paria facere.

BBBB. Idque expressis verbis exponit. Ubi iterùm

ℵℵℵℵ. Agno-

†.BBB.אאא.*aaa*.(*aaa*)**.BBBB.

אאאא. Agnoſcit ſibi, cum aliis, hoc quoque donum conceſſum eſſe. Quando dicit: προφητεύομεν.

בבבב. Imperfectionem ſimul fatetur. Quando addit: ἐκ μέρους. (a)

(βββ) Altera ſpectat ſtatum vitae futurae. Cap. XIII. 10. Ubi

* Oppoſitio indicatur, per particulam, δέ.

** Res ipſa ita exprimitur, ut oſtendatur,

AAAA. Quid de utroque, quod imperfectum eſſe dixerat, exſpectandum ſit.

אאאא. Subjectum exprimitur, verbis: τὸ ἐκ μέρους.

בבבב. Praedicatum verbo, καταργηθήσεται.

BBBB. Quando hoc fiet. ὅταν ἔλθῃ

(a) Mirum videri poſſet, quod abolitionem hanc de hiſce duobus ſolis, nimirùm de τῇ ἐκ μέρους προφητείᾳ, & τῇ ἐκ μέρους γνώσει, probet Apoſtolus. Sed reſpondeo, quod de caeteris hoc per ſe pateat, adeo ut Apoſtolus, verborum minime prodigus, ſupervacaneam illam probationem exiſtimaverit. Quorsùm enim donum diverſis linguis utendi, quando omnes, in cœlum evecti, eâdem linguâ utentur, & quando commercium in his terris, cum variis diverſarum partium orbis terrarum incolis, diverſiſſimis linguis utentibus, erit ſublatum, corpore in pulvere quieſcente? Per ſe igitur patet, quod γλῶσσαι παύσονται.

Quorsùm ἰάματα, ubi non ampliùs erunt morbi? Quorsùm miracula, ubi nulla obſtacula reſtant ſuperanda?

†.BBB.ℵℵℵ.*aaa*.(βββ)**BBBB.

ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε &c. In quibus verbis notemus,

אאאא. Supponi adventum perfectioris ſtatûs. ἔλθῃ τὸ τέλειον.

בבבב. Illi, quo hoc fiet, tempori alligari illam, quam dixerat, abolitionem. per particulas. ὅταν‐τότε.

bbb. Quod hae duae theſes adhibeantur in probationem illius, quod Apoſtolus dixerat, parte poſteriori commatis octavi. Huc enim illa tendere, indicat particula γὰρ, in principio commatis noni poſita.

בבב. Illuſtrationem per ſimile, deſumptum a diverſâ conditione hominis, in pueritiâ ſuâ, & in virili aetate degentis. Cap. XIII. 11. & 12. Hoc ſimile autem vividè proponit Apoſtolus, ſe ipſum in exemplum inducens.

In hoc, ad illuſtrationem ſimul & confirmationem comparato, ſimili, attendere oportet

aaa. Ad πρότασιν. Ubi ſuo exemplo docet, qualis fuerit, (ponens, quod talis etiam ſit quilibet alius homo) in puerili ſuo ſtatu; &, contrà, qualis factus ſit, ad virilem aetatem provectus. Cap. XIII. 11. Videmus igitur deſcriptionem (*aaa*) Puerilis ſui ſtatûs. In quâ deſcriptione videamus

* De-

†.BBB.בבב.*aaa*.(*aaa*)

* Designationem, tùm aetatis, tùm modi, quo se gesserit istâ aetate.

AAAA. Designatio aetatis exprimitur verbis: ἤμην νήπιος.

BBBB. Quâ ratione se gesserit, declaratur ab Apostolo,

אאאא. Ratione loquelae. ὡς νήπιος ἐλάλουν.

aaaa. Agnoscit, se omni activitate, in hac parte, non fuisse destitutum. ἐλάλουν.

bbbb. Sed simul commemorat, quam imperfecta haec fuerit activitas. ὡς νήπιος. Hîc expendendum est,

(*aaaa*) Quid sit λαλεῖν νηπίου.

(ββββ) Quod hoc idem in se expertus fuerit. ἐλάλουν ὡς νήπιος.

בבבב. Ratione interioris activitatis animi. De quâ loquitur duplici enunciato.

aaaa. Priori videtur propriè & directè respicere ad studia, desideria, cupiditates, & conatus, ad potiendum suis desideriis. Hîc rursùs

 (*aaaa*) Agnos-

†.BBB.בבב.*aaa*.(*aaa*)

*BBBB.בבבב.*aaaa*.

(*aaaa*) Agnoſcit, ſe, ab omni, hac in parte, activitate animi non fuiſſe destitutum. ἐφρόνουν.

(ββββ) Commemorat defectum, qui iſti φρονήματι adhaeſerit. ὡς νήπιος.

Hîc perpendere oportet,

┼. Quid ſit ὡς νήπιον φρονεῖν.

┼┼. Quod Apoſtolus ſibi hoc tribuat. ἐφρόνουν ὡς νήπιος.

bbbb. Altero magis directè videtur reſpicere ad ratiocinationem. Ubi Apoſtolus

(*aaaa*) Agnoſcit, ſe etiam ab hoc facultatis judicandi exercitio non prorſus fuiſſe deſtitutum. ἐλογιζόμην.

(ββββ) Addit tamen defectum, qui ſibi adhaeſerit. Dicens, ὡς νήπιος.

Ubi, uti ſuprà, perpendendum eſt,

┼. Quid ſit λογίζεσθαι ὡς νήπιον.

┼┼. Quod *Paulus* hoc ſibi tribuat. ἐλογιζόμην ὡς νήπιος.

** Indicationem, quod cum illo tempore, vel iſtâ aetate connexum fuerit, quod ſic ſe geſſerit. per particulam, ὅτε.

(βββ) Vi-

†.BBB.בבבב.*aaa*.(*ααα*)

(*βββ*) Virilis sui statûs, multùm ab illo puerili diversi. Cap. XIII. 11. parte posteriori.

* Oppositio indicatur per particulam, δὲ.

** Res ipsa constat:

AAAA. Designatione temporis, vel aetatis, & modi, quo se gesserit.

אאאא. Designationem temporis, vel aetatis, post prius secuti vel secutae, exprimit verbis: γέγονα ἀνὴρ.

בבבב. Indicat, quo pacto se tunc gesserit. κατήργηκα τὰ τῦ νηπίυ. Hîc notetur

aaaa. Objectum. τὰ τῦ νηπίυ.

bbbb. Quid dicat *Paulus*, quod huic objecto fecerit. κατήργηκα.

BBBB. Indicatione, quod illi tempori, quo Vir factus sit, alligata sit illa instituti sui mutatio. per particulam, ὅτε.

bbb. Ad ἀπόδοσιν. Quâ probat, se hoc simili rectè usum esse, ad docendum, quod, & quo sensu, dixerit, προφητεῖαι καὶ γνῶσις καταργηθήσονται. Cap. XIII. 12.

(*ααα*) Quod huic probationi inserviat id, quod dicet, indicat particula, γάρ.

Ffff 3 (*βββ*) Res

†.BBB.בבב.*bbb*.(αaa)

(βββ) Res ipsa ita proponitur, ut

* Sermone in primâ personâ pluralis numeri utatur, ut sic doceat, id, quod hîc testatur, sibi, & quibuslibet credentibus commune esse. Cap. XIII. 12. parte priori.

In hoc sermone duo tempora sibi invicem opponit, praesens & futurum; & declarat, quid nunc fiat a credentibus, & quid postea fiet ab eisdem.

AAAA. In primâ parte

אאאא. Tempus definit, adverbio, ἄρτι.

בבבב. Declarat, quid ipse & credentes faciant.

aaaa. Concedit, quod non ab omni cognitione sint destituti. βλέπομεν. Non sumus coeci, habemus oculos intellectûs apertos.

bbbb. Agnoscit autem simul, hanc cognitionem, hoc praesenti tempore, nondùm ad summum perfectionis gradum evectam esse. Hoc autem duplici phrasi exprimit:

(*aaaa*) Primâ phrasi Metaphoricâ, desumptâ a visu, qui corporeis oculis peragitur, non conjectis

in

†.BBB.בבב.*bbb*.(ββ*β*)
*AAAA.בבבב.*bbbb*.(*aaaa*)

in rem ipsam, sed in repraesentamen rei, in speculo pictae. δὶ' ἐσόπτρου.

(ββββ) Alterâ phrasi, ad auditum respiciente, quo mens loquentis minùs clarè percipitur, quando is, qui loquitur, aenigmaticè loquitur, quam quando propriè. ἐν αἰνίγματι.

BBBB. In alterâ parte, tempus aliud exspectandum huic praesenti opponit; & quid tunc facient credentes, declarat.

אאאא. Oppositio indicatur, per particulam, δὲ.

בבבב. Res ipsa ita proponitur, ut

aaaa. Tempus, ad quod respiciat indicet, per particulam, τότε.

bbbb. Quid illo tempore facient, (subaudito verbo βλέψομεν) exprimat verbis: πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.

** Sermone in primâ personâ singularis numeri, ostendit, quod idem de se ipso, quantuscumque sit Apostolus, tamen seriò agnoscat. Cap. XIII. 12. parte posteriori.

Ubi pariter duorum temporum, praesentis & futuri, rationem habet, & quid in hoc habeat, & quid in altero exspectet, declarat. Perpendamus igitur,

AAAA. Quid de se ipso in praesenti dicat.

אאאא. Tempus iterùm designat, per voculam ἄρτι·

בבבב. Quid nunc faciat, ita exprimit, ut

aaaa. Agnos-

†.BBB.בבב.*bbb*.(βββ)

**AAAA.בבבב.

aaaa. Agnoſcat, ſe non eſſe ab omni cognitione vacuum. γινώσκω.

bbbb. Simulque fateatur, eam defectu laborare. ἐκ μέρους.

BBBB. Quid de ſe ipſo in futuro dicat. Videmus hîc

אאאא. Tranſitionem, per particulam, δὲ.

בבבב. Rem ipſam. Ad quam pertinet

aaaa. Temporis deſignatio, per adverbium, τότε.

bbbb. Bonum, quod tunc exſpectet.

(*aaaa*) Generatim expreſſum. ἐπιγνώσομαι. (*a*)

(ββββ) Speciatim, ratione perfectionis exſpectandae. καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.

Perpendere hîc oportet,

ǂ. Quid ſibi contigiſſe agnoſcat. ἐπεγνώσθην.

ǂǂ. Quod cum eo comparet id, quod in futuro tempore ſe facturum eſſe ſperet. Haec comparatio emphaticè exprimitur, non tantùm per adverbium καθὼς, ſed & per additam conjunctionem, καὶ.

††. Ca-

(*a*) Attentione digna eſt diſtinctio inter γνῶσιν & ἐπίγνωσιν. De ſcientiâ, quam nunc habet, dicit γινώσκω: De eâ vero, quam exſpectat, dicit ἐπιγνώσομαι.

†.
††. Caritatem, hac in parte, (scilicet, ratione perennitatis) non tantùm praerogativâ valere prae donis planè extraordinariis, quae non omnibus, neque semper, donantur credentibus; verùm etiam prae illis, quae omnibus, qui ut vera membra cum CHRISTO conjuncti sunt, in hac vitâ largitur Spiritus Sanctus.

Cap. XIII. 13.

Notemus hîc iterùm

AAA. Particulam, transitionem facientem. δὲ. Quasi diceret Apostolus: Cogitabit forsitan aliquis: Esto; sit caritas, ratione perennitatis, praestantior donis illis, quae longè paucissimis, & non omni tempore, largitur DEUS; sunt tamen etiam alia, omnibus, quorum CHRISTUS caput est, communia & necessaria. *SED*, inquit Apostolus, etiam prae illis, ratione perennitatis, aliquid praerogativae tribuendum est caritati.

BBB. Rem ipsam, quam hoc commate docet Apostolus. Ubi perpendendum est,

אאא. Tempus, de quo loquitur. Quod exprimitur adverbio, νυνὶ.

בבב. Explicat, quid de hoc tempore tenendum sit. Hîc ostendit,

aaa. Quid tribus illis, quae omnibus, qui in CHRISTO, tamquam capite, sunt, conceduntur, Spiritûs Sancti donis, commune sit. Ubi (*aaa*) Recensentur haec dona:

* Distinctè. Quorum

AAAA. Par primum, quod mox caritati postponet, est *FIDES* & *SPES*. Videlicet,

††.BBBבבב.*aaa*.(*aaa*)*AAAA.

אאאא. Πίςις. Fundamentum sequentis.

בבבב. Ἐλπὶς. Speciatim spectans futura, fundamento fidei superstructa. Conf. *HEBR*. XI. 1.

BBBB. Tertium donum est, ἀγάπη.

** In summam collecta. τὰ τρία ταῦτα.

(ββββ) De eis testatur Apostolus, quod permaneant. μένει.

bbb. Quid tamen ultimo loco memorato dono, ut praerogativa quaedam, tribuendum sit. Hîc notetur

(*aaa*) Particula, transitum faciens. δὲ. Quasi diceret Apostolus: Quamvis id, quod modò dixi, verum sit, id *TAMEN* non excludit id, quod dicam.

(βββ) Quid nunc dicat Apostolus de praerogativâ caritatis. Ubi perpendamus

* Subjectum. ἡ ἀγάπη. Quam vobis tantopere commendatam volo.

** Praedicatum. μείζων τούτων. Ubi

AAAA. Pronomen τούτων respicit ad duo modò memorata dona, inter quae & caritatem

††.BBB.בבבב.*bbb*.(ϐϐϐ)**AAAA.

tem comparationem instituere vult.

BBBB. Comparatio ipsa hoc, ultimo loco memoratum, donum duobus illis anteponit. μείζων.

Ad hoc Caput, & speciatim ad hanc pericopam, quaestiones quaedam investigandae sunt. Videlicet quaeritur:

1. De quâ *caritate*, sive ἀγάπῃ hìc sermo sit? An de amore erga DEUM? An de amore proximi indefinitè? An de caritate erga Fratres?

Resp. De amore vel caritate erga Fratres; sed spectando, ut qui fluat ex amore erga DEUM. Conf. 1 *JOH.* IV. 7. Sic omnia praedicata optimè explicari poterunt.

2. Quâ ratione dici possit, quod *caritas*, ratione perennitatis, prae caeteris donis, non tantùm extraordinariis, sed ipsis quoque ordinariis, *fidei* & *spei*, praevaleat? Imprimis, cum quaedam attributa caritatis, Exempli gratiâ, quod omnia credat, & speret, & toleret, in futuro saeculo non sint habitura locum?

Resp. Haec esse effecta ex caritate, pro datâ occasione, emanantia; cessantia, ubi illa occasio non datur; caritatem tamen ipsam non desituram.

Caritatem autem voco, illam mentis dispositionem, quâ felicitatem Fratris ponit materiam suae laetitiae; cum illis voluntatis motibus ex hac mentis dispositione emanantibus, occasioni quadrantibus vel convenientibus. Haec mentis dispositio perenniter, & perpetuò durat in illis, qui cum CHRISTO, ut membra cum capite, sunt conjuncti.

TABULA LXII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XIV. 1.

Continet hoc comma transitionem ad responsionem, directam ad quaestionem a Corinthiis motam; nec non hujus responsionis brevem propositionem. Cap. XIV. 1.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II B ב.b.(α)1.BB.אא.bb.(ββ)§§./.

Notetur hic

— Transitio ipsa. Quae bimembris est:

†. Primo membro ostendit Apostolus, quod insistat vehementi suae commendationi *caritatis*. Διώκετε τὴν ἀγάπην.

Ubi perpendere oportet

AAA. Objectum. τὴν ἀγάπην.

BBB. Quo pacto circa hoc objectum versari debeant. διώκετε τὴν ἀγάπην.

††. Altero membro ostendit, suam hactenùs ratiocinationem, & adeò gravem caritatis commendationem, minimè eò tendere, quasi ad quaestionem propositam respondere detrectaret, vel quasi eos dehortari velit a desiderio & studio consequendi excellentia illa Spiritûs Sancti extraordinaria dona.

AAA. Trans-

— ††.

AAA. Transitio fit, per particulam adversativam δὲ.

Quâ videtur Apostolus dicere velle, quod ratiocinatio sua, Cap. XII., de Unitate DEI Triunius, munera & dona liberrimo simulque sapientissimo arbitrio distribuentis, nec non de Unitate corporis mystici Domini nostri JESU CHRISTI, quamvis diversis membris constantis, eisque variis donis ornatis: Uti quoque tam gravis & seria caritatis commendatio, Cap. XIII., nequaquam eò trahenda sit, quasi Apostolus vellet effugere responsionem directam ad quaestionem sibi propositam; vel quasi vellet *Corinthios* credentes, caritati praecipuè operam dantes, abstinere a desiderio donorum illorum extraordinariorum, omni aestimatione dignissimorum, & Ecclesiae utilissimorum.

Talibus, a se minimè intentis, consequentiis id, quod dicet, opponit per particulam, δὲ.

BBB. Adhortatur *Corinthios*, ut, decenti modo, haec Spiritûs Sancti dona expetant. Hîc perpendere oportet,

אאא. Objectum. τὰ πνυματικὰ.

בבב. Quid circa hoc objectum facere debebant *Corinthii*. ζηλῦτε.

= Monitum specialius, continens propositionem succinctam responsionis directae, nunc secuturae, ad quaestionem, de quâ scripserant *Corinthii*. Quâ declarabit Apostolus, inter illa dona extraordinaria Spiritûs Sancti, donum Prophetiae aliquid excellentiae habere prae dono loquendi peregrinis linguis.

 †. Par-

TABULA LXIII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XIV. 2-5.

Continet haec pericopa Rationes suasorias, summatim propositas, quibus persuadere vult Apostolus, quod imprimis expetendum sit donum Prophetiarum (quod dixerat versu primo hujus Capitis, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε) prae dono linguarum. Hae summatim propositae rationes continentur Cap. XIV. 2-5.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב *b*.(α)1.BB.אא.*bb*.(ββ)§§.//.—

†. *Corinthiis* nonnullis, dono linguarum donatis, & eo nomine se supra alios efferentibus, haec pericopa opposita connectitur cum illo μᾶλλον, per particulam ratiocinativam, γάρ.

††. Comparatio instituitur inter hominem, cui datur προφητεύειν, etiamsi unico tantùm idiomate vernaculo uti possit, & hominem, cui datur suas cogitationes diversis idiomatibus exprimere, si non sit illo dono instructus, ut sciat προφητεύειν.

AAA. Haec comparatio proponitur. Cap. XIV. 2. & 3. Ubi docet Apostolus, majorem utilitatem Ecclesiae conferre illum, qui prophetat, prae illo, qui variis linguis loquitur.

Ubi notare oportet,

אא. Quid

††.AAA.

ℵℵℵ. Quid tribuat Apostolus illi, qui donatus est dono linguarum, ut diversis idiomatibus loqui possit & loquatur, in Ecclesia *Corinthiorum*. Cap. XIV. 2.

Attendamus hîc ad

aaa. Thesin Apostoli. Cap. XIV. 2. parte priori. Et in eâ ad

(*aaa*) Subjectum. ὁ λαλῶν γλώσσῃ. Scilicet, non ordinariâ, sed peregrinâ.

(βββ) Praedicatum. Quod duplici enunciato constat.

* Negativo. οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ. Non ad institutionem, vel emendationem, vel consolationem aliorum hominum, ista, qua ille loquitur, lingua non utentium, inservit illius sermo.

** Positivo, negativo illi opposito. ἀλλὰ τῷ Θεῷ.

AAAA. Oppositio indicatur, per particulam ἀλλά. Quasi diceret Apostolus: Non equidem nego ad aliquem usum inservire sermonem peregrinâ linguâ; *SED* habet suum quoque usum.

BBBB. Ipsa positio est: λαλεῖ (quod verbum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum est) τῷ Θεῷ. Videlicet, *DEO* soli.

bbb. Probationem ejus. Cap. XIV. 2. parte posteriori.

(*aaa*) Quod dictum suum probare satagat, indicat Apostolus per particulam, γάρ.

(βββ) Ar-

††. AAA. אאא. *bbb*. (*aaa*)

(*βββ*) Argumentum ipſum conſtat iterùm duobus enunciatis.

* Negativo. οὐδεὶς (ſcilicet, cui illa lingua loquentis eſt ignota) ἀκούει.

** Poſitivo, praecedenti negativo oppoſito. πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια.

AAAA. Oppoſitio indicatur, per particulam, δὲ.

BBBB. Poſitio ipſa. Quâ duo concedit:

אאאא. Quantum ad Auctorem hujus doni, a quo acceperit, ut ita loqueretùr. πνεύματι λαλεῖ.

בבבב. Quantum ad res, quas loquitur. λαλεῖ μυστήρια.

בבב. Quid tribuat Apoſtolus illi, qui dono prophetandi (quamvis idiomate tantùm vernaculo loquatur) inſtructus, illo ita utitur, ut ipſo actu prophetet. Cap. XIV. 3. Hìc videmus,

aaa. Opponi, vel contradiſtingui hujusmodi hominem, de quo nunc loquetur, illi, de quo locutus eſt, commate praecedenti. Quod indicat per particulam, δὲ.

bbb. De eo, de quo nunc loquitur, Apoſtolum aliquid affirmare, quod de altero non ſit affirmandum.

In hac aſſertione perpendamus

(*aaa*) Subjectum. Quod eſt ὁ προφητεύων.

Hhhh (*βββ*) Prae-

††.AAA.בבב.*bbb*.(*ααα*)

(*βββ*) Praedicatum. Quod declarat, quid & quibus ille id praestet.

* Quibus aliquid praestet. ἀνθρώποις. Praeter illud, quod cum illo altero commune habet, (quod sermo ejus vergat ad DEI honorem, & Spiritûs donum sit) aliquid praeterea praestat illis hominibus, apud quos suos sermones habet.

** Quid praestet. Quod

AAAA. Generatim exprimit. λαλεῖ οἰκοδομήν.

BBBB. Enucleatiùs. Ubi attendamus ad

אאאא. Duas species sermonum, quibus τὸ λαλεῖν οἰκοδομὴν peragitur:

aaaa. Παράκλησιν.

bbbb. Παραμυθίαν.

בבבב. Duplici καὶ connectit. Quorum prius est exegeticum, alterum copulativum.

BBB. Exceptio vel objectio, quae contra hoc argumentum, ex istâ comparatione desumptum, movetur. Cap. XIV. 4. Quae

אאא. Proponitur. Ubi notetur

aaa. Subjectum. ὁ λαλῶν γλώσσῃ.

bbb. Praedicatum. ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ.

Hîc notetur

(*ααα*) Objectum. ἑαυτὸν.

(*βββ*) Quid ei praestet. οἰκοδομεῖ.

בבב. Sol-

††.BBB.אאא.

בבב. Solvitur, ita ut ostendatur, manere tamen suam ratiocinationem; cum, quicquid sit, alter tamen plus quam ille praestet.

aaa. Oppositio fit, per particulam, δὲ.

bbb. Ipsa thesis ita perpendenda est, ut considerandum sit

(ααα) De subjecto. ὁ προφητεύων.

(βββ) De praedicato. ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ.

Ubi notandum est

* Objectum. ἐκκλησίαν.

** Quid illi praestet. οἰκοδομεῖ.



TABULA LXIV. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XIV. 5-12.

IN hac pericopâ Apoſtolus, oſtenſurus donum linguarum, abſtractè & in ſe ſeorſim ſpectatum, nihil utilitatis Eccleſiae conferre, atque hactenùs nullum uſum habere, ſuam in hanc rem ratiocinationem profert. Cap. XIV. 5-12.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)1.BB.אא.*bb*.(ββ)§§.//.⊐ †.A'AA.

In hac autem ratiocinatione Apoſtolus

אאא. Suas rationes proponit. Cap. XIV. 5. & 6. Idque hoc modo, ut

aaa. Caveat, ne praeter ſuam intentionem hoc trahatur, quaſi vellet, donum linguarum in contemptum vocare, (quod intolerabile fore *Corinthiis* illis, qui iſto dono ſuperbiebant, praeſagiebat Apoſtolus) cum ipſe ſolummodò de majori vel minori praeſtantiâ agat, & illam prophetandi dono, hanc verò dono linguarum tribuat, non ſine ratione, & quidem in ordine ad Eccleſiae aedificationem. Cap. XIV. 5.

In hoc commate

(*aaa*) Re-

אאא. ααα.

(ααα) Removet pravam suspicionem, quasi vellet omne desiderium & aestimationem doni linguarum exstinguere, idque *Corinthiis* invidere. Ubi

* Particulâ δὲ innuit, quod obviam ire cupiat tacitae mussitationi.

** Rem ipsam ita ante oculos ponit, ut

AAAA. Illud, de quo agitur, donum exprimat verbis, λαλεῖν γλώσσαις.

BBBB. Se illud donum illis minimè invidere, sed omnibus adprecari. (scilicet cum submissione sub divino beneplacito) θέλω πάντας ὑμᾶς λαλεῖν γλώσσαις.

(βββ) Veram suam mentem & intentionem declarat, adjectâ ratione, & illustratione quâdam uberiori. Ubi

* Particulam δὲ adhibet, ut significet, suam intentionem planè aliam esse.

** Quaenam sua intentio sit, iteratò, & paullò uberiùs, unà cum ratione, ad id, quod cupiebat, impellente, exponit. Nimirùm,

AAAA. Quid cupiat, indicat verbis: μᾶλλον ἵνα προφητεύητε. Ubi spectanda venit

אאאא. Res ipsa, in se spectata. ἵνα προφητεύητε.

בבבב. Comparatè. μᾶλλον.

BBBB. Rationem, quâ impellatur, ut id hoc modo cupiat. Hîc notemus

אאאא. Particulam, quâ transitum facit, ostendens se, quod dicebat, confirmatum ire. γὰρ.

 בבבב. Quid

אאא *aaa*.(βββ)**BBBB.אאאא.

בבבב. Quid eo fine afferat: Nimirùm, thesin quamdam, sed aliquo pacto restrictam & illustratam.

Hìc consideranda venit

aaaa. Thesis ipsa, generatim expressa. μείζων ὁ προφητεύων, ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις. Hìc videmus

(αααα) Duas classes, vel, si malis, duos homines in comparationem mitti. Quorum

✝. Alter dicitur, ὁ προφητεύων.

✝✝. Alter dicitur, ὁ λαλῶν γλώσσαις.

(ββββ) Primo tribui excellentiam quamdam prae altero. μείζων.

bbbb. Thesis hujus limitatio, & restrictio.

(αααα) Limitatio hujus thesis exprimitur verbis: ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ.

✝. Casus, qui ponitur, exprimitur verbis. εἰ διερμηνεύῃ.

✝✝. Hic ut limitatio thesis positae exhibetur, per voculas, ἐκτὸς εἰ μὴ.

(ββββ) Il-

אאא. *aaa*. (βββ) ** BBBB. בבבב. *bbbb*. (*aaaa*)

(ββββ) Illustratio adjicitur. Cap. XIV. 5. parte postremâ. Ubi ostendit, quo respectu dicat, ΜΕΙ'ΖΩΝ ὁ προφητεύων, ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις.

┴. Indicat, se respicere aedificationem Ecclesiae. Hîc perpendamus

A. Objectum, cui tantopere benè cupiat Apostolus. Quod indicat, dicens, ἡ Ἐκκλησία.

AA. Quid ei cupiat. Nimirùm, ut *aedificationem accipiat*. οἰκοδομὴν λάβῃ.

┴┴. Hunc esse illum finem, cujus ratione prophetantem majorem dicat illo, qui diversis loquitur idiomatibus. Quod indicat per particulam, ἵνα.

bbb. Osten-

NNN.*aaa*.

bbb. Oſtendat, ſe non eo fine, ut alios, qui dono linguarum exornati ſunt, minùs utiles & proinde minori aeſtimatione dignos reddat, quam prophetantes, ita differere, ſed unicè ex conſideratione rei ipſius; Quo fine ſe ipſum in exemplum inducit, ut ſignificet, quod hoc ita ſe reverà habeat, ſive ipſe ſit, ſive quicumque alius, qui, ſine interpretatione, diverſis idiomatibus, vel peregrinâ linguâ loquitur, quod is longè minùs utilitatis Eccleſiae adferat, quam is, qui prophetat, vel quovis modo ſuo ſermone Eccleſiam, exempli cauſſâ *Corinthiacam*, erudiat. Hoc eſt argumentum commatis 6ti. hujus XIVti. Capitis.

In hoc commate

(*aaa*) Tranſitum ad rem facit, cum ſuavi compellatione. Νυνὶ δὲ Ἀδελφοί.

* Tranſitio ipſa eſt in verbis: Νυνὶ δὲ.

Quaſi diceret Apoſtolus: Nemo me ſuſpectum habeat, me, quaſi alios minùs aeſtimatos reddere velim, ſic differere. Nequaquam: *SED NUNC* ita inſtituam meum ſermonem, ut me ipſum, & quidem apud vos ipſos, in exemplum proponam.

** Suavis compellatio. Ἀδελφοί. *Fratres*, quos diligo: Abſit, ut aliquid ullius inter vos aeſtimationi detractum velim.

(*βββ*) Rem ipſam ita tractat:

* Ponit caſum.

AAAA. Indicium, quod hypotheticum caſum ponere velit, eſt particula, ἐάν.

BBBB. Res

אאאא. *bbb*. (βββ) * AAAA.

BBBB. Res ipſa, quae ſic hypotheticè ponitur, duobus membris conſtat, ſibi invicem junctis:

אאאא. Adventu *Pauli* ad *Corinthios*. ἔλθω πρὸς ὑμᾶς.

בבבב. Qualificatione iſtius adventûs. γλώσσαις λαλῶν.

** Sententiam de iſto caſu pronunciat, ſed cum limitatione.

AAAA. Sententia de iſto caſu exprimitur verbis: τί ὑμᾶς ὠφελήσω;

Perpendamus hîc,

אאאא. Quid neget. Nimirùm, *Corinthios* aliquid utilitatis ex iſto caſu percepturos.

בבבב. Quam fortiter id neget, per interrogationem: τί ὑμᾶς ὠφελήσω;

BBBB. Limitatio adjicitur. Quâ oſtenditur, quadruplici caſu, hanc ſententiam, quâ utilitas denegatur, non procedere.

Notemus hîc

אאאא. Illos caſûs, de quibus ſermo habeatur, quadruplices.

aaaa. Omnes ſpectant ad ſermones apud *Corinthios* habendos. ἐὰν μὴ λαλήσω ὑμῖν.

bbbb. Diſtinguuntur autem:

(*aaaa*) Ratione principiorum, unde proficiſcerentur hi ſermones. Hinc

אאא.*bbb*.(ββββ)

**BBBB.אאאא.*bbbb*.(*aaaa*)

┼. Commemorantur sermones:

A. Quorum principium est extraordinaria revelatio. ἐν ἀποκαλύψει.

AA. Quorum principium est egregia, quamvis ordinariis mediis acquisita, mensura cognitionis. ἐν γνώσει.

┼┼. AEquiparantur hactenùs, per particulam, ἢ.

(ββββ) Ratione fructuum, vel argumenti ipsius, & scopi sermonum. Hinc iterùm

┼. Commemorantur sermones:

A. Quorum argumentum est & scopus, prophetare. ἐν προφητείᾳ.

AA. Quorum argumentum est & scopus, quocumque modo docere. ἐν διδαχῇ.

┼┼. AEquiparantur hactenùs, repetitâ particulâ, ἢ.

בבבב. Quod illos casus excipiat ex illâ sententiâ, quam tulerat, de inutilitate, quantùm ad aedificationem Ecclesiae attinet, sermonum idiomatibus variis prolatorum. per particulas, ἐὰν μὴ.

בבב. Pro-

אאא.

בבב. Propositas rationes, similibus a rebus humanis desumptis, illustrat & confirmat. Cap. XIV. 7-12.

In quibus commatibus videmus, quod

aaa. Quaedam specialia proponat, & huic negotio adplicet. Cap. XIV. 7-10.

Notemus hîc

(*aaa*) Πρότασιν. Cap. XIV. 7. & 8. In quâ Apostolus

* Varia Musica instrumenta in medium profert. Cap. XIV. 7.

AAAA. Particula ὅμως indicat, quod non tantùm hoc in spiritualibus obtineat; (nimirùm, quod, nisi accedat intelligentia rerum, de quibus sermo est, nihil proficiat iste sermo) sed etiam idem obtineat in rebus, quarum sonus aliquem usum in hac vitâ, vel praestat, vel non praestat.

BBBB. Res ipsa sic spectanda exhibetur, ut

אאאא. Casum ponat. In quâ casûs positione

aaaa. Subjectum enunciati

(*aaaa*) Indefinitè exprimitur. Loqui, scilicet, vult

┼. De rebus inanimatis. Quas vocat τὰ ἄψυχα.

┼┼. Eisdemque tamen sonum edentibus. φωνὴν διδόντα.

(*ββββ*) Speciatim duae species, ad recreationem comparatae, nominetenùs exprimuntur.

┼. Εἴτε αὐλὸς.

┼┼. Εἴτε κιθάρα.

Iiii 2 *bbbb*. Prae-

בבבב.*aaa*.(*aaa*)

*BBBB.אאאא *aaaa*.

bbbb. Praedicatum, ſed conditionatè propoſitum.

(*aaaa*) Res, quae ponitur in hoc praedicato, eſt, μὴ δοῦναι διαςολὴν τοῖς φθόγγοις.

(*ββββ*) Haec autem conditionatè proponitur, ad caſûs poſitionem conſtituendam. 'EA'N μὴ δῷ.

בבבב. Oſtendat, quid tali in caſu exſpectandum ſit. Nimirùm, fore, ut nemo ſciat id, quod tibiâ canitur, aut citharâ.

aaaa. Hujus exſpectationis objectum ad utramque ſpeciem inſtrumentorum refertur; & has duas paria, hac in parte, facere indicatur.

(*aaaa*) Nominetenùs dicuntur

†. Τὸ αὐλούμενον.

††. Τὸ κιθαριζόμενον.

(*ββββ*) AEquiparanda eſſe, hac in parte, ſignificatur per particulam, ἢ.

bbbb. Exſpectatio, ejuſque vanitas, indicatur.

(*aaaa*) Id, quod, tali in caſu, quando tibia vel cithara ſonum edant, deſideratur, & exſpectatur, eſt, noſſe ad quod canticum moderandum, vel ſuavi concentu exornandum, inſerviat iſte ſonus. Quod eſt τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον γινώσκειν.

(*ββββ*) Hanc exſpectationem vanam eſſe,

בבב.*aaa*.(*aaa*)
*BBBB.בבבב *bbbb*.(ββββ)

esse, fortiter asseritur; negatione, interrogativo loquendi modo expressâ, quod hoc ullo modo fieri possit. πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον;

** Speciatim instrumentum Musicum, ad usum bellicum fabrefactum, *tubam* scilicet, spectandum proponit. Cap. XIV. 8. Ubi

AAAA. Transitio fit per particulas, καὶ γὰρ. Quibus ostendit Apostolus in ulteriorem illustrationem & confirmationem suae sententiae hoc simile, majoris adhuc soni, quam illud tibiae vel citharae, a se adferri.

BBBB. Res ipsa hanc exhibet ratiocinationem. In quâ

אאאא. Casus ponitur. ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ.

Notetur hîc

aaaa. Subjectum. Quod est σάλπιγξ.

bbbb. Praedicatum, conditionatè propositum.

(*aaaa*) Res praedicata est, δοῦναι ἄδηλον φωνήν.

(ββββ) Conditionatè proposita, phrasi, ἐὰν δῷ.

בבבב. Sententia de isto casu dicitur: Frustrà tali in casu exspectari id, quod intenditur, & aliàs, jure merito, exspectare liceret. Ubi videamus

aaaa. Rem, quam aliàs, jure merito, exspectare liceret. Scilicet, ut mili-

 tes

בבב. *aaa*.(*aaa*)**BBBB.בבבב.*aaaa*.

tes se accingant ad bellum. παρασκευάζεσθαι εἰς πόλεμον.

(*aaaa*) Spectat, scilicet, haec res ad *bellum*. πόλεμον.

(ββββ) Et sermo est de παρασκευασμῷ ad praelium. εἰς πόλεμον.

bbbb. Vanitatem hujus exspectationis, posito illo, statim indicato, casu: Quae exprimitur, fortiter negando, tunc istum παρασκευασμὸν secuturum esse. τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον; *Quis se accinget?* Id est, nemo; teste uniuscujusque conscientiâ.

(βββ) Ἀπόδοσις. Cap. XIV. 9. Ubi *Corinthiis* hanc similitudinem adplicat. Quod

* Generatim indicat, verbis: οὕτω καὶ ὑμεῖς.

AAAA. Quibus istam adplicet, indicat cum emphasi. καὶ ὑμεῖς.

אאאא. Indicat hoc, pronomine ὑμεῖς.

בבבב. Et quidem cum emphasi, significatâ per particulam, καὶ.

BBBB. Applicatio ipsa exprimitur, per adverbium, οὕτω.

** Spe-

בבבב.aaa.(βββ)*

** Speciatim ostendit, in quo consistat illa adplicatio. Ubi iterùm

AAAA. Casum ponit. διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε.

Hîc notetur

אאאא. Res, quae ponitur. Quae est μὴ δοῦναι εὔσημον λόγον διὰ τῆς γλώσσης.

aaaa. Res ipsa, in se spectata, est τὸ μὴ δοῦναι εὔσημον λόγον.

Hîc perpendendum est,

(αααα) Quid sit εὔσημος λόγος.

(ββββ) Quidque *dare* & *non dare*, μὴ δοῦναι εὔσημον λόγον.

bbbb. Adjectâ mentione instrumenti, per quod hoc fiat. διὰ τῆς γλώσσης.

Ubi considerandum est,

(αααα) Quid Apostolus hîc intelligat per τὴν γλῶσσαν. Nimirùm, an generatim instrumentum loquelae? An speciatim idioma peregrinum?

(ββββ) Quod illa γλώσσῃ consideretur, ut caussa instrumentalis, per quam non edant εὔσημον λόγον, *benè significantem sermonem*. ΔΙΑ` τῆς γλώσσης.

בבבב. Quod conditionatè ponatur, & quidem de *Corinthiis* ipsis. 'EA'N μὴ δῶτε.

BBBB. Sen-

בבב.*aaa*.(βββ)** AAAA.

BBBB. Sententiam de illo caſu dicit. Quam

אאאא. Exprimit his verbis: πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον; In quibus

aaaa. Subjectum eſt τὸ λαλούμενον.

bbbb. Praedicatum, indicans, quid huic ſubjecto, tali in caſu, fieret. Nimirùm, per interrogativum loquendi modum, fortiſſimè aſſeveratur, fore, ut minimè intelligatur. πῶς γνωσθήσεται;

בבבב. Urget. ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες.

aaaa. Particula γὰρ indicio eſt, quod verbis, quae adjicit, ſuum dictum urgeat.

bbbb. Id, quod adjicit, exprimitur verbis: ἔσεσθε εἰς ἀέρα λαλοῦντες.

Hìc perpendere oportet,

(αααα) Quid proverbialis locutio haec, εἰς ἀέρα λαλεῖν ſignificet.

(ββββ) Quo pacto Apoſtolus id, poſito caſu modò memorato, tribuat *Corinthiis*. "ΕΣΕΣΘΕ εἰς ἀέρα λαλοῦντες.

bbb. Indicat id, quod de hiſce ſimilibus dixerat, ad quaevis alia, de quibus tantùm non idem praedicari poſſit, licere extendere. Cap. XIV. 10. & 11.

Ubi rurſùs videamus

(ααα) Πρό-

בבב. *bbb.*

(ααα) Πρότασιν. Cap. XIV. 10. In quâ προτάσει

* Theticè, quamvis cum aliquâ limitatione, ponit, talia multa exempla similia, rerum sonum edentium, produci posse.

AAAA. Thesis est: Τοσαῦτα γένη φωνῶν ἐςὶν ἐν τῷ κόσμῳ. Quâ

אאאא. Indefinitè dicit: τοσαῦτα γένη φωνῶν ἐςὶν.

aaaa. Subjectum hic sunt, γένη φωνῶν.

bbbb. Praedicatum est, τοσαῦτα ἐςὶν.

בבבב. Exaggerat, addens: ἐν τῷ κόσμῳ. Ubi videndum est,

aaaa. Quid hîc Apostolus denotet per vocem κόσμῳ.

bbbb. Quod hic κόσμος in se comprehendat diversos illos sonos. ἘΝ τῷ κόσμῳ.

BBBB. Limitatio adjicitur per verba: εἰ τύχοι.

** Negativè dictum amplificat. Ubi notetur

AAAA. Particula καὶ. Quae hîc inservit amplificationi.

BBBB. Res ipsa. Ubi attendamus

אאאא. Ad id, quod de rebus, quas in mundo per experientiam cognoscimus, negat Apostolus. Quod est εἶναι ἄφωνον.

בבבב. Ad universalitatem hujus negationis. οὐδὲν αὐτῶν.

(βββ) Ἀπόδοσιν. Cap. XIV. 11. In quâ notari oportet

בבב.*bbb*.(βββ)

* Transitio ad ἀπόδοσιν. per modum conclusionis. οὖν.

** Ἀπόδοσις ipsa. Quâ docet, quod vel ipse Apostolus nihil utilitatis perciperet, sine intelligentiâ vocis, quam audiret. Ubi rursùs notetur

AAAA. Casûs positio. ἐὰν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς.

Ubi perpendamus

אאאא. Objectum, circa quod versaretur. Quod vocat τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς.

בבבב. Quo modo, in hac casûs positione, se ipsum versantem concipiat.

aaaa. Modus, quo versetur circa hoc objectum, exprimitur verbis: μὴ εἰδῆναι.

bbbb. Conditionatè proponitur. ἐὰν μὴ εἰδῶ.

BBBB. Sententia de isto casu. Quae duplicem effectum, inutilem, quin & aliquatenùs noxium, quem iste casus produceret, ob oculos ponit.

אאאא. Hi duo effectus sunt:

aaaa. Ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος.

bbbb. Ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ βάρβαρος,

בבבב. Conjunguntur per particulam, καὶ.

T A-

TABULA LXV. SPECIALIS, CONTINENS ANALYSIN EPISTOLAE I. AD CORINTHIOS.

CAP. XIV. 12-21.

CONtinet haec pericopa Adplicationem ratiocinationis praemissae, de praestantia doni Prophetandi, prae dono loquendi diversis peregrinisque linguis, illoque prae hoc magis exoptando. Cap. XIV. 12-21.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)1.BB.אא.*bb*.(*ββ*)§§.//.☰ †.BBB.

Haec autem adplicatio fit

אאא. Adhortatione, ut ardentiori desiderio expetant ea, quae ad aedificationem Ecclesiae utiliora sunt, quam reliqua, quamvis caeteroquin haec etiam usum suum habentia, & aestimatione digna sint dona; quorum aliquando desiderium ex vanae gloriae studio proficisci potest. Cap. XIV. 12. & 13. Quae adhortatio

aaa. Commodâ transitione quasi superstruitur praecedenti ratiocinationi. *ὕτω καὶ ὑμεῖς*. Quâ declarat emphaticè, docens,

(*ααα*) Id, quod dixerat de se, non de se tantùm,

(*βββ*) Sed & de aliis, quin & de ipsis *Corinthiis* verum fore, nimirùm, ut is, qui vocis vim non intelligit, alteri barbarus sit, alterque huic vicissim.

* Rem exprimit. *ὕτω*.

** Particula *καὶ* emphasin addit. q. d. nobis ETIAM ipsis.

bbb. Ipsa

אאא.*aaa.*

bbb. Ipsa paraenesis

(*aaa*) Generatim proponitur, ut spectans ad quaelibet dona; de quibus monet, quod praecipuè aedificatio Ecclesiae, ejusque incrementum intendi debeat. Cap. XIV. 12.

Ad hanc paraenesin animis *Corinthiorum* insinuandam,

* Ponit in *Corinthiis* studium aliquod haud prorsus illaudabile. Quod

AAAA. Indicat his verbis: *ζηλωταί ἐστε πνευμάτων.*

Ubi perpendendum est,

אאאא. Quid Apostolo sint πνέυματα (*a*)

בבבב. Quid sit, quod *Corinthiis* tribuit Apostolus, quando eos dicit *ζηλωτὰς τῶν πνευμάτων.*

BBBB. Adhibet ad insinuationem. per particulam, ἐπεὶ.

** Paraenesin ita proponit, ut nos perpendere debeamus,

AAAA. In quo desiderium ipsorum quam maximè defixum esse debeat. *πρὸς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας.*

Hic contemplandum est

אאאא. Objectum, circa quod versari deberent. Nimirùm, *Ecclesia.*

בבבב. Quid ei cupere deberent. Quod

aaaa. Dicit οἰκοδομὴν Ejus esse.

bbbb. Et indicat *Corinthiorum* inten-

ten-

(*a*) Dona varia ejusdem Spiritûs, qui, a variis, quos producit, effectibus, numero plurali considerandus, proponitur. Conf. *Apocal.* I. 4. IV. 5. V. 6.

אאאא.*bbb*.(*aaa*)**AAAA.בבבב.*bbbb*.

tentionem eò, tamquam ad ſcopum, directam eſſe debere. Quod indicat per particulam, πρὸς.

BBBB. Quo pacto illud deſiderium comparatum eſſe debeat. Hic conſiderandum eſt,

אאאא. Quid expetere deberent. ἵνα περισσεύητε. Ubi videndum eſt,

aaaa. Quid ſit περισσεύειν ἐν τῇ οἰκοδομῇ.

bbbb. Quod ad hoc adſpirare debeant. "INA περισσεύητε.

בבבב. Quid ad hoc facere deberent. ζητεῖτε.

(*ßßß*) Speciatim adplicatur ad donum linguarum. Cap. XIV. 13. Ubi

* Specialior haec adplicatio, ut conſequens, ex dictis elicitur. Quod indicatur particulâ, διόπερ.

** Quod ad rem ipſam attinet, docet, ſi quis donum, linguâ peregrinâ loquendi, acceperit, eum aliud inſuper donum a DEO expetere debere, ut utilis fiat Eccleſiae ad illius aedificationem. Notemus hîc

AAAA. Subjectum. ὁ. λαλῶν γλώσσῃ. (peregrinâ, ſcilicet, uti ſuprà, verſu 9.)

אאא. *bbb*. (ββββ)** AAAA.

BBBB. Officium, quod huic ſubjecto praeſcribit. προσευχέσθω ἵνα διερμηνεύῃ. In conſideratione hujus officii notemus

אאאא. Bonum, ad quod adſpirare debeat.

aaaa. Quod eſt διερμηνεία.

bbbb. Conſiderandum ut bonum exoptatum, quod appetendum ſit. Quod indicat particula, ἵνα.

בבבב. Quid ipſi eo fine faciendum. προσευχέσθω.

בבב. Ejusdem adhortationis confirmatione. Cap. XIV. 14-21. Ubi notare oportet

aaa. Rationes in confirmationem allatas. Cap. XIV. 14-20. Ubi

(*aaa*) Enervat praetextum ſecùs ſentientium. Cap. XIV. 14-18.

Praetextus erat, quod tamen contingat, (vel ſaltem contingere poſſit) ut preces, gratiarumque actiones, quamvis linguâ peregrina fuſae, DEO nihilominùs gratae ſint: Cui praetextui opponit, quamvis hoc verum ſit, tamen verum quoque manere; quod tales preces, peregrinâ linguâ, ſine interpretatione, pronunciatae, alio quodam uſu, de quo Apoſtolus nunc loquatur, (nimirùm, aedificatione Eccleſiae, reliquorum, ſcilicet, membrorum ejus) deſtitutae ſint.

Hunc

גגג.*aaa*.(*aaa*)

Hunc itaque praetextum, duplici schemate, sic removet, ut

* Se ipsum in exemplum quasi proponat. Cap. XIV. 14. & 15.

AAAA. Quod hoc faciat, ut dicta magis adstringat, significat particulâ, γὰρ.

BBBB. Ratiocinationem ita adornat, ut

אאאא. Suo exemplo declaret, utcumque, aliquo pacto, laude digna censeri possit precatio, linguâ peregrinâ fusa, tamen certo quodam respectu fructu careat. Cap. XIV. 14.

Notemus hîc rursûs

aaaa. Casûs positionem. Ubi perpendenda est

(*aaaa*). Res, quae ponitur. Quae est προσεύχεσθαι γλώσσῃ.

(ββββ) Conditionatae sive hypotheticae positionis indicium est particula, ἐὰν.

bbbb. Quid de tali casu sentiendum sit.

(*aaaa*) Ratione Spiritûs *Pauli*, si concipiatur in istiusmodi statu prodiens. τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται.

Ubi perpendendum est

†. Subjectum. τὸ πνεῦμά μου. Hoc est, animus meus, singulari modo a Spiritu Sancto idoneus redditus, ut possit peregrinâ linguâ uti.

††. Prae-

בבב.*aaa*.(*aaa*)
*BBBB.אאאא.*bbbb*.(*aaaa*)┼.

┼┼. Praedicatum. προσεύχεσθαι.
(ββββ) Ratione *intelligentiae:* Hoc est mentis *Pauli*, quatenùs ipsa quidem sciat, quid a DEO precetur, sed nullam utilitatem ad aedificationem adferat. Hoc videmus
┼. Ita exprimi, his verbis: ὁ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Ubi
A. Subjectum dicitur ab Apostolo. ὁ νοῦς μου.
AA. Praedicatum denegat huic subjecto fructum. ἄκαρπός ἐστι.
┼┼. Opponi proximè praecedenti thesi, per particulam, δὲ.

בבבב. Hinc derivat, quid satagat. Cap. XIV. 15.
aaaa. Quod hoc ex dictis derivet, indicat, hac interrogandi formulâ: τί οὖν ἐστι;
bbbb. Quid satagat, duplici modo exprimit.
(*aaaa*) Ratione precum. Harum respectu testatur,
┼. Se quidem velle precari, ita ut animus suus ad has preces excitetur, easque fundendas peregrinâ linguâ ido-

בבב. *aaa*. (αα)
*BBBB. בבבב. *bbbb*. (αααα) ‡.

idoneus reddatur. προσεύξομαι τῷ πνεύματι.

‡‡. Sed ſimul id ita agere, ut ſatagat id facere, etiam intelligentiâ, quae aliis quoque fructuoſa eſſe poſſit. Id quod

A. Exprimit in hunc modum: προσεύξομαι τῷ νοΐ.

AA. Praecedenti jungit, per particulas δὲ καὶ. Quibus Apoſtolus

: Hoc jungit praecedenti dicto. per particulam, καὶ.

:· Et opponit τῷ ſimpliciter *precari Spiritu*. per particulam, δὲ.

(ββββ) Ratione cantûs in Eccleſiâ. Quem ſub verbo προσεύξομαι antè comprehenderat, nunc verò, ad uberiorem illuſtrationem, explicitè commemorat. Hîc, eodem, uti in proximè praecedenti enunciato fecerat, modo, teſtatur,

‡. Se quidem *pſallere* velle *Spiritu*. ψαλῶ τῷ πνεύματι.

‡‡. Sed ſimul id ita agere velle, ut etiam *intelligentiâ pſallat*. ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ.

LIII ** Oſten-

בבבב.*aaa*.(*aaa*)*

** Oſtendit, hanc rem eodem quoque modo ſe habere ratione *Corinthiorum.* Cap. XIV. 16. & 17. Quod

AAAA. Proponit. Cap. XIV. 16. Ubi rurſus attendere oportet

אאאא. Ad particulam, quâ tranſitum facit. ἐπεὶ. *Quandoquidem.*

בבבב. Ad rem ipſam. In cujus contemplatione obſervamus

aaaa. Caſûs poſitionem, nunc per modum allocutionis in ſecundâ perſonâ enunciatam. ἐὰν τῷ πνεύματι εὐλογήσῃς.

(*aaaa*) Res, quae ponitur, conſiſtit, ἐν τῷ εὐλογεῖν τῷ πνεύματι.

(ββββ) Conditionatè ponitur, ut formet caſûs poſitionem. ἐὰν τῷ πνεύματι εὐλογήσῃς.

bbbb. Quid de iſto caſu ſentiendum ſit. Quem, nimirùm, fructum prolaturae ſint iſtiusmodi preces. Ubi notemus

(*aaaa*) Genus hominum, cui oporteret, quantum pote, utilitatem per preces conferre. Hoc genus hominum exprimit verbis: ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου.

(ββββ) Quod fructu, quem ex precibus, in Eccleſiâ publicè fundendis, haurire deberet iſtius-

כככ.*aaa* (aaa)**AAAA.בבבב.*bbbb*.
(ββββ)

istiusmodi homo, penitùs destituatur.

✝. Fructus iste esse deberet, assensum vel consensum suum, voto vel gratiarum actioni praebendum, solenni formula Ἀμὴν testatum facere. ἐρεῖν τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ [τοῦ εὐλογήσαντος].

Α. Objectum, cui assentiendum foret, dicitur, ἡ εὐχαριστία ἡ σὴ. Id est, *tua*, qui fuisti εὐλογήσας τῷ Πνεύματι.

ΑΑ. Assensûs ipsius testificatio exprimitur verbis: ἐρεῖν τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ.
Ubi considerandum est

• De significatione & usu voculae Ἀμὴν.

•• Speciatim de exclamatione hujus vocis, ad solemnia votorum &c. subjici solitâ.

✝✝. Hunc fructum jure merito exspectari non posse, indicat interrogatione, additâ ratione.

Α. Indicatur interrogatione: πῶς ἐρεῖ; Id est, nullo (quod ipsi uniuscujusque vestrum conscientiae judicandum relinquo) modo, jure merito, dicere poterit *Amen*.

ΑΑ. Rationem manifestam adjicit. ἐπειδὴ τί λέγεις, οὐκ οἶδε. Videamus hîc,

• Quid dicat Apostolus. οὐκ οἶδε τί λέγεις. Hîc nota

AAAAA. Objectum, circa quod versatur, in isto casu posito, is, qui adimplet locum idiotae. τί λέγεις.

BBBBB. Quo pacto ille se habeat ad hoc objectum. οὐκ οἶδε.

•• Quod hoc tamquam rationem sui effati adferat. Quod indicat particula, ἐπειδὴ.

 BBBB. Con-

בבב *aaa.*(*aaa*)*.*AAAA.

BBBB. Confirmat, ſolutione exceptionis, vel qualiscumque objectionis. Cap. XIV. 17. Hîc videamus,

אאאא. Quid dicat Apoſtolus,

aaaa. Proponit exceptionem, vel aliquam objectionem, cujus hypotheſin concedit. Hîc notemus,

(*aaaa*) Quaenam ſit illa hypotheſis, quae quaſi objectionem quamdam in ſe continere videtur. Nimirùm, diceret talis *Corinthius*, qui τῷ πνεύματι εὐλογεῖ, Ego tamen bellè gratias ago.

(ββββ) Hanc, ita abſtractè conſideratam, concedit Apoſtolus. καλῶς μὲν εὐχαριστεῖς.

bbbb. Oſtendit, quod nihilominùs dictum ſuum firmum maneat.

(*aaaa*) Particula ἀλλὰ oſtendit, quod ſe opponat illi conſequentiae, quam quis ex conceſſâ hypotheſi elicere vellet, quaſi cum eâ effatum Apoſtoli conſiſtere non poſſet.

(ββββ) Ut hoc oſtendat, dicit: ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται.

In quibus verbis

┼. Subjectum eſt, ὁ ἕτερος.

┼┼. Praedicatum. οὐκ οἰκοδομεῖται.

בבבב. Quo fine. Quorſùm reſpicit particula, γάρ.

(βββ) Re-

בבב. *aaa*. (*aaa*)

(ßßß) Retundit illam suspicionem, quasi propterea minùs praeclarè sentiret de dono loquendi peregrinâ linguâ, quam de aliis donis; eo quod ipsemet minùs esset exornatus hoc dono linguarum, quam alii: In quo videri posset aliquid invidiae & aemulationis latere. Cap. XIV. 18. & 19.

Hic igitur videamus, quo pacto Apostolus

* DEO laudem tribuat, quod pravam illam suspicionem ita removere queat, ut de se testari possit, se eximium in modum dono linguarum instructum esse. Cap. XIV. 18.

AAAA. Praemittit, ad omnem a se suspicionem jactantiae, quantum posset, amoliendam, debitam DEO suo laudem se lubenter dare. εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου. Ubi

אאאא. Objectum, cui gratias agit,

aaaa. Non tantùm suo nomine, qualis in se spectari potest, appellat. Dicens, τῷ Θεῷ.

bbbb. Verùm etiam contemplatur, ut sibi foederatum, quando dicit, τῷ Θεῷ μου.

בבבב. Huic id, quod habebat, donum acceptum grato animo refert. εὐχαριστῶ.

BBBB. Beneficium, vel donum, quod agnoscit se habere, exprimit.

Exprimit autem illud

בבבב.*aaa*.(ββββ)*BBBB.

אאאא. In se spectatum. γλώσσαις λα-λῶν.

בבבב. Comparatè. Quam comparationem

aaaa. Generatim exprimit. μᾶλλον ὑμῶν.

bbbb. Speciatim cum exaggeratione, adjectâ voculâ, πάντων.

** Simulque perseveret in suâ sententiâ, quâ, aedificationi Ecclesiae potissimùm intentus, mallet, vel paucissima verba, quae aedificationi inservire possent, quam longè plurima, hoc fructu destituta, eloqui. Cap. XIV. 19. Ubi Apostolus

AAAA. Duas res sibi invicem, ad comparationem instituendam, opponit.

אאאא. Altera est sermo, paucissimis verbis, intelligentiâ ad institutionem aliorum accommodatis, prolatus. Ubi notare oportet

aaaa. Paucitatem verborum talis, a se habendi, sermonis, in Ecclesiâ. πέντε λόγυς λαλεῖν ἐν Ἐκκλησίᾳ. Ubi attendendum est, ad

(*aaaa*) Ipsam illam paucitatem. λαλεῖν πέντε λόγυς.

(ββββ) Locum, ubi habere deberet istiusmodi sermonem. ἐν Ἐκκλησίᾳ.

bbbb. Alias qualitates, illum quasi defectum compensantes.

(*aaaa*) Prae-

בבבב.*aaa*.(ββββ)**AAAA.אאאא.*bbbb*.

(αααα) Praerequisitam. Nimirùm, ut iste sermo sit, διὰ τȣ̃ νοός μȣ.

(ββββ) Intentionem, & fructum in aliis exspectandum. Nimirùm, ut alios quoque erudiret, seque ipsum simul. Notari igitur debet

┼. Fructus intentus, & exspectandus, ratione aliorum. ἵνα ἄλλȣς κατηχήσω.

┼┼. Junctus alteri, qui est ulterior quoque sui ipsius profectus. Quod innuitur particulâ, καὶ.

בבבב. Altera est sermo, longè pluribus verbis, simulque tamen peregrinâ linguâ, prolatus. Ubi videmus

aaaa. Paucitati verborum oppositum quasi flumen orationis. μυρίȣς λόγȣς.

bbbb. Fructui & intentioni institutionis aliorum, non sui ipsius solius, contradistinguitur τὸ λαλεῖν γλώσσῃ. peregrinâ, scilicet, aliis non intelligibili.

BBBB. De-

בבבב.*aaa*.(ββββ)**AAAA.

BBBB. Declarat ſuam optionem prioris prae poſteriori. per verba θέλω ἤ.

bbb. Concluſionem, admonitione fraternâ & patheticâ conſtantem. Cap. XIV. 20.

In quâ notari debet

(*aaa*) Blanda compellatio. Ἀδελφοὶ. Quâ porrò amoliri vult a ſe ſuſpicionem, quaſi faſtu ſe *Corinthiis* anteferre vellet,& quod, hanc obrationem,ex aemulatione & invidiâ quadam, minùs praeclarè de dono linguarum, quo ſplendebant quidam *Corinthii*, ſentiat, & locutus ſit.

(ββββ) Ipſum monitum. Quod conſtat

* Dehortatione. μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν. Ubi perpendendum eſt,

AAAA. Quid hic ſit παιδία γίνεσθαι ταῖς φρεσὶν. Id eſt, ſimiles fieri pueris, qui magis delectantur illis, quae ſplendent, (quamvis minùs utilitatis habeant) quam illis, quae, propter majorem utilitatem, magis forent expetenda.

BBBB. Quod ab eo dehortetur *Corinthios*. μὴ γίνεσθε παιδία ταῖς φρεσὶν.

** Adhortatione, dehortationi factae oppoſitâ, & novâ adhortatione. Hîc notanda eſt

AAAA. Adhortatio, dehortationi factae oppoſita. Quae

אאאא. Opponitur. per particulam, ἀλλά.

בבבב. Prae-

בבב.*bbb*.(βββ)**AAAA.אאאא.

בבבב. Praefcribit officium. τῇ κακίᾳ νηπιάζετε. Ubi habemus

aaaa. Objectum. Indicatum, nomine τῇ κακίᾳ.

bbbb. Quo pacto fe circa hoc objectum gerere debeant. Quod exprimit verbo, νηπιάζετε.

BBBB. Nova adhortatio. Quae

אאאא. Per particulam δὲ iterùm malo, a quo dehortatus erat, opponitur.

בבבב. Officium praefcribit. In quo

aaaa. Objectum indicatur, nomine, ταῖς φρεσὶ.

bbbb. Quid circa hoc objectum facere debeant. τέλειοι γίνεσθε.



TABULA LXVI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XIV. 21-26.

Continet haec pericopa novam rationem, quâ probat Apostolus noster, se rectè suasisse, ut magis exoptent, utpote majorem utilitatem ad aedificationem Ecclesiae habens, donum prophetandi, prae dono linguarum. Cap. XIV. 21-26.

Quae nova ratio desumpta est ex eo, quod varii sint fines, ad quos DEUS aliquando largiatur donum linguarum; inter quos etiam hic sit, ut sermone, peregrinâ linguâ habito, praeparationem faciat, & prodromum praemittat exsecutionis severi & tremendi, justi tamen, judicii, quo contumaces Evangelii contemptores, tandem indurationi extremae tradere constituit: cum, ab alterâ parte, donum prophetiae & praeparatio & medium sit ad conversionem, vel ulteriorem confirmationem hominum, ad ipsorum salutem.

Quandoquidem igitur tremendum illud judicium DEI venerandum quidem sit, summâ animi submissione, non tamen exoptandum, sed cum tenerrimâ condolentiâ vel commiseratione erga proximum suspiciendum; (uti CHRISTUS suo exemplo docuit. *LUCAE*

CAE XIX. 41.) inde sequitur magis exoptandum esse donum prophetandi, quam donum loquendi, sine prophetiâ, vel sine sermonis habiti διερμηνείᾳ, peregrinis linguis.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)1.BB.אא.*bb*.(*ββ*)§§.//.⁐ ††.

Videamus in eâ, quod Apostolus

AAA. Summatim, ex praedictione Veteris Testamenti, ostendat, quo pacto prophetia inserviat fidei, donum autem linguarum triste praesagium sit incredulis. Cap. XIV. 21. & 22.

Quod in hunc modum facit, ut

אאא. Vaticinationem, quae apud *JESAIAM* Cap. XXVIII. 11. & 12. legitur, ex Veteri Testamento adferat. Cap. XIV. 21. Ubi nobis occurrunt

aaa. Praefatio, quâ Apostolus praedictionem ex V. T. citat. Cap. XIV. 21. parte priori.

(*ααα*) Testatur, *scriptum* esse. γέγραπται.

(*βββ*) Indicat, quamvis generatim tantùm, ubi id legi possit. ἐν τῷ νόμῳ.

Hîc perpendendum est,

* Quid Apostolus intelligat per τὸν νόμον.

** Quo sensu, vel, quorsùm respiciens, dicat, ἐν τῷ νόμῳ scripta esse verba, quae subjicit.

Non equidem αὐτολεξεὶ, sed sensu, quantum ad scopum Apostoli requiritur, eodem. (*a*)

Mmmm 2 Sic

(*a*) Nota. Longè minùs ab Hebraeo Textu recedunt verba Apostoli, quam a versione Graecâ LXX Interpretum.

AAA.אאא.aaa.(βββ)**

Sic enim hîc in Pauli Epistolâ legimus: Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις, λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου, λέγει Κύριος.

Verba Hebraea *JESAIAE* XXVIII. 11. & 12. sic se habent:

כִּי בְּלַעֲגֵי שָׂפָה וּבְלָשׁוֹן אַחֶרֶת יְדַבֵּר אֶל־הָעָם הַזֶּה׃

אֲשֶׁר אָמַר אֲלֵיהֶם—וְלֹא אָבוּא שְׁמוֹעַ׃

Differentia est, quod *Paulus* DEUM introducat loquentem, & dicentem λαλήσω, subjiciens λέγει Κύριος: Apud *Jesaiam* videmus hoc tribui illi, qui queritur, se isti populo quietem obtulisse, sed spretam.

Is autem, qui populo isti refractario pacem & quietem obtulerat, non est alius, quam ipse Dominus *Schiloh*. Quod Apostolus verbis λέγει Κύριος exprimit.

In Hebraeo Textu habetur בְּלַעֲגֵי שָׂפָה quod *Belgae* nostri verterunt **belagchelyke lippen** / labiis, quae derisione excipientur: Apostolus habet ἑτερογλώσσοις. Quod interpretationis alicujus vicem praestat; imprimis

si

AAA.ℵℵℵ.*aaa*.(βββ)**

ſi conferatur cum illis, quae mox ſubjiciet, verſu 23.

In Hebraeo Textu legimus וְלֹא אָבוֹא שְׁמוּעַ in praeterito; apud Apoſtolum verò οὐδ' οὕτως εἰσακούσονται. Quod duo quodammodo comprehendit: Significatio praeteriti latet in voculis οὐδ' οὕτως. Significatio futuri fundamentum habet in verſu 13. laudati Capitis *Jeſaiae*.

Cum igitur, quoad ſenſum & ſcopum, verba, quae apud *Jeſaiam* leguntur, & verba, quae Apoſtolus exhibet, eodem cadant, tutò hîc ſequemur ipſiſſima verba *Jeſaiae*.

bbb. Res ipſa, quam in Lege ſcriptam eſſe Apoſtolus aſſerit. Cap. XIV. 21. parte poſteriori. In quâ perpendendâ, attendere oportet, ad

(*aaa*) Id, quod, convenienter iſti Prophetiae, populo Judaico evenire debuit, vel debet, cum illius triſti conſequenti. Notemus hîc

* Objectum horum, quae hîc praedicta ſunt, triſtium fatorum. τῷ λαῷ τούτῳ.

** Quid huic objecto, convenienter iſti Prophetiae, evenire debuerit, cum ſuo conſequenti.

Reperimus hîc,

 AAAA. Quid

AAA.אאא.*bbb*.(*aaa*)**

AAAA. Quid ei in anteceſſum eventurum, & quaſi in prodromum immiſſurus fuerit DEUS. Quod duplici enunciato exprimitur:

אאאא. Ἐν ἑτερογλώσσοις λαλήσω [τῷ λαῷ τούτῳ].

בבבב. Καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις.

BBBB. Triſtiſſimum ejus conſequens. καὶ οὐδ᾽ οὕτως εἰσακούσονταί μου. Notemus hîc

אאאא. Rem ipſam, quae praedicitur de illis, qui iſtum populum conſtituunt, vel conſtituent. Nimirùm, quod non ſint DEI vocem audituri. οὐκ εἰσακούσονταί μου.

בבבב. Quod hoc ab Apoſtolo conſideretur, ut conſequens, cum proximè praecedentibus conjunctum. καὶ οὐδ᾽ οὕτως.

aaaa. Connectitur, per particulam καὶ, tamquam aliquid, deinde ſecuturum.

bbbb. Sub ſpeciali quadam ratione, eâque duplici; expreſſâ duobus vocibus. οὐδ᾽ οὕτως.

Quibus innuitur

(*aaaa*) Quod etiam antè non auſcultaverint Domino. Quod in Textu ipſo *Jeſaiae* verbis, hunc populum deſcribentibus, אֲשֶׁר אָמַר אֲלֵיהֶם *quibus dixerat* &c., indicatur. In quâ contumaciâ perſeveraturi erant.

(ββββ) Quod iſta ſumma contumacia non foret emendanda, quando legatos DEI audirent, peregrinis linguis loquentes; ſed potiùs anſam captura ad malignam irriſionem. (*a*)

(βββ) Quod

(*a*) De hoc loco, admodum conciſe expreſſo, ſenſu perquam foecundo, & eapropter ſingularem attentionem poſtulante, videſis illa, quae ad hujus capitis citati illuſtrationem afferre conatus ſum, in *addıtamentis* meis, Belgico idiomate conſcriptis, ad priorem PETRI Epiſtolam, pag. 82. 83.

AAA.אאא.bbb.(aaa)

(βββ) Quod haec ſint verba *Domini*. λέγει Κύριος.

בבב. Concluſionem bimembrem, quam hinc elicit. Cap. XIV. 22.

Ubi notanda venit

aaa Particula, tranſitum faciens. ὥστε.

bbb. Theſis duplex. Quarum

(***aaa***) Altera loquitur de varietate linguarum: De quâ ſtatuit illam *ſignum* eſſe, ***non*** *illis qui credunt, ſed infidelibus*. Cap. XIV. 22. parte priori.

Ubi perpendendum occurrit

* Subjectum. Quod ſunt illae diverſae *linguae*. αἱ γλῶσσαι. Uti mihi videtur, illae, de quibus *Jeſaias*, loco citato, locutus erat.

** Duplex praedicatum.

AAAA. Negativè expreſſum. εἰς σημεῖόν εἰσιν, οὐ τοῖς πιστεύουσιν. Ubi Apoſtolus

אאאא. Agnoſcit, quod ſint εἰς σημεῖον.

בבבב. Declarat, quibus tale ſignum non ſint. οὐ τοῖς πιστεύουσιν.

BBBB. Poſitivè: Quibus, contrà, illae diverſae admodùm linguae omninò ſint in *ſignum*. In *ſignum*, ſcilicet, prodromum, ſecuturae rejectionis, vel indurationis.

אאאא. Oppoſitio fit, per particulam, ἀλλὰ.

בבבב. Ob-

AAA.בבבב.*bbb*.(*aaa*)**BBBB.אאאא.

בבבב. Objectum aliud indicatur, quibus (docente hoc loco ex *Jesaiâ* adducto) omninò sint in signum. τοῖς ἀπίστοις. Qui, nimirùm, noluerunt auscultare Domino, quietem offerenti.

(βββ) Altera loquitur de *Prophetiâ*. Hoc est, de sermone, quo quis, ad institutionem, adhortationem, & consolationem, indicat id, quod sibi a DEO revelatum est. De quâ testatur, quod *signum* sit, sed ad alium planè finem (nimirùm, ut sit *signum* favoris Divini) datum, *non incredulis, sed credentibus*. Cap. XIV. 22. parte posteriori.

* Oppositio fit, per particulam, δὲ.

** Quantum ad rem ipsam, quam ponit Apostolus, attinet, nobis spectandum exhibet

AAAA. Subjectum. Quod est ἡ προφητεία.

BBBB. Duplex praedicatum.

אאאא. Negativè expressum. ὐ τοῖς ἀπίστοις. Hîc

aaaa. Repetendum est, ἀπὸ τῦ κοινῦ, quod sit *in signum* datum. εἰς σημεῖόν ἐστι.

bbbb. Indicatur, quibus non

AAA.בבבב.*bbb*.(βββ)**BBBB אאאא.*bbbb*.

non datum ſit ad iſtum finem. ὐ τοῖς ἀπίςοις.

בבבב. Poſitivè. Ubi rurſùs videmus,

aaaa. Oppoſitionem indicari, per particulam, ἀλλὰ.

bbbb. Objectum indicari, ſive perſonas, quibus omninò *Prophetia*, quam audiunt, ſignum ſit favoris DEI. τοῖς πιςεύυσιν. Qui non ſunt ex numero illorum, de quibus *Jeſaias* dixerat וְלֹא אָבוּא שְׁמוֹעַ

BBB. Summatim ſic ex verbo Prophetico dicta illuſtrat, caſu generali, & ſpeciali duplici poſito, & indicato eventu, utroque caſu exſpectando. Cap. XIV. 23. 24. & 25.

Notemus hîc

אאא. Particulam, tranſitum facientem. ἐὰν. Subindicantem, convenienter ſermoni Prophetico, colligi poſſe, talia hiſce temporibus eventura.

בבב. Rem ipſam. Atque in illâ, quod Apoſtolus

aaa. Praemittat generalem quamdam caſûs poſitionem; quâ indicare vult, quò ten-

 dat

BBB.בבב.*aaa.*

dat ipsa, quae mox sequetur, duplicis casûs positio; & indicatio consequentis, hoc vel illo casu dato, effectûs exspectandi. Cap. XIV. 23. parte priori.

(ααα) Res, quae hic ponitur, est Ecclesiae *Corinthiorum* conventus, ad cultum publicum, ad aedificationem. De quo propriè se loqui velle sic indicat:

* Ponitur conventus *Ecclesiae totius.* Agit enim

AAAA. De subjecto. Quod

אאאא. Exprimit nomine, ἡ Ἐκκλησία.

בבבב. In suâ latitudine considerat. ὅλη, inquit.

BBBB. De praedicato: Quo isti subjecto tribuitur conventus. συνέλθῃ.

Non igitur hìc agere instituit de his vel illis casibus planè particularibus; verum de conventu publico.

** Indicatur, quod hic conventus spectandus sit, ut conventus, non tantùm publicus, sed & religiosus, ad cultum & communem aedificationem destinatus. ἐπὶ τὸ αὐτὸ.

(βββ) Indicatur, quod talis conventus hic proponatur, ut casus dabilis, & qui saepius detur. per particulam, ἐὰν.

bbb. Eique addat speciales duas casûs positiones, & quid, singulis positis, exspectandum foret. Cap. XIV. 23. parte posteriori. 24. & 25.

Hìc videmus (ααα) Pri-

BBB. בבב. *bbb*.

(*ααα*) Primum casum poni, cum eventu, eo casu posito, exspectando. Cap. XIV. 23, parte posteriori.

* Casûs positio haec est bimembris.

AAAA. Primo membro ponitur casus, non equidem exspectandus, sed qui tamen, re in se spectata, considerari potest, ut qui contingere posset. ἐὰν πάντες γλώσσαις λαλῶσιν.

Notetur hîc

אאאא. Res, quae ponitur. πάντες γλώσσαις λαλῶσιν.

בבבב. Conditionata positio. ἐὰν.

BBBB. Altero membro ponitur casus, qui perquam facilè contingere posset, simul priori conjunctus.

אאאא. Casus ipse est ingressus alicujus *idiotae vel increduli*.

aaaa. Duplex hîc reperimus subjectum.

(*αααα*) Indicatum duobus nominibus:

†. Ἰδιῶται.

††. Ἄπιστοι.

(*ββββ*) Alternatim positum. per particulam, ἤ.

bbbb. Praedicatum illi, conditionatè tamen, attributum. Ingressus in Ecclesiam. εἰσέλθωσι.

בבבב. Non priorem tantùm, sed & alterum hîc simul ponendum, docet particula, δὲ.

BBB.בבב.*bbb*.(*ααα*)*

** Quid, isto casu posito, exspectandum foret. Quod

AAAA. Indicatur, duplici enunciato. Quorum

אאאא. Priori docet Apostolus, quod sententiam laturi sint. ἐροῦσιν.

בבבב. Posteriori, qualem sententiam laturi sint. ὅτι μαίνεσθε.

BBBB. Interrogativè loquendo fortiter asseveratur. οὐχὶ ἐροῦσιν, ὅτι μαίνεσθε;

(βββ) Alterum casum poni, pariter cum indicatione eventus, casu illo posito, exspectandi. Cap. XIV. 24. & 25.

* Casûs positio hîc iterùm cernitur bimembris. Cap. XIV. 24. parte priori.

AAAA. In primo membro ponitur iterùm casus, etsi non facilè exspectandus, tamen talis, ut, re in se spectatâ, contingere posset. Hic casus,

אאאא. Planè diversus ab altero, ostenditur, per particulam, δὲ.

בבבב. Ita describitur, ut considerare oporteat

aaaa. Rem, quae ponitur. πάντες προφητεύωσιν.

bbbb. Conditionatè eam poni. per particulam, ἐὰν.

BBBB. In

BBB. בבב. *bbb*. (ββββ)

*AAAA.

BBBB. In altero membro ponitur casus, qui perquam facilè extare posset, qui pariter non minùs, quam id, quod priori membro positum est, simul extaret. Qui

אאאא. In eo consisteret, quod aliquis intraret vel idiota, vel incredulus. τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης. Notemus hîc

aaaa. Subjectum duplex, indicatum & eodem loco considerandum.

(*aaaa*) Duplex subjectum indicatur.

†. Primum subjectum est, ἄπιστος τις. Ubi attendamus ad

A. Qualitatem, a quâ describitur. ἄπιστος.

AA. Universalitatem, expressam per particulam, τις.

††. Alterum subjectum indicatur nomine ἰδιώτης.

(ββββ) Eodem loco habendum. Quod indicatur per particulam, ἢ.

bbbb. Praedicatum. εἰσέλθῃ.

בבבב. Conditionatè proponitur. per particulam, ἐάν.

** Quid, posito isto casu, exspectandum foret. Cap. XIV. 24. parte posteriori, & 25.

Quod ad haec duo capita referri potest

AAAA. Primùm indicantur duo fructus praeparatorii. Cap. XIV. 24. parte posteriori, & 25. parte priori.

אאאא. Primus fructus praeparatorius ita indicatur, ut ostendatur, quid illi, in Ecclesiam ingresso,

incredulo vel idiotae, ab istis Prophetantibus fieret. Quod duobus exprimitur enunciatis.

aaaa. Convincitur ab omnibus. ὑπὸ πάντων ἐλέγχεται. Ubi videmus,

(*aaaa*) Quid ei eveniret. ἐλέγχεται.

(ββββ) Per quos. ὑπὸ πάντων.

bbbb. Dijudicatur ab omnibus. Ubi pariter videmus

(*aaaa*) Quid ei fieret. ἀνακρίνεται.

(ββββ) A quibus. ὑπὸ πάντων.

בבבב. Alter fructus praeparatorius exhibetur, ut qui exspectari posset, proximè a praecedenti fluxurus.

aaaa. Quis ille sit, exprimitur his verbis: τὰ κρύπτα τῆς καρδίας αὐτῦ φανερὰ γίνεται. Ubi

(*aaaa*) Subjectum sunt τὰ κρύπτα τῆς καρδίας αὐτῦ.

(ββββ) Praedicatum. φανερὰ γίνεται.

bbbb. Quam proximè ex modò indicato fluxurus. καὶ ὕτω.

BBBB. Subjiciuntur fructus principaliores. Cap. XIV. 25. parte posteriori. Hi

אאאא. Indicantur. Suntque duo:

aaaa. Primarius: Tendens ad gloriam DEI. Qui in hunc modum exprimitur, ut commemoretur

(*aaaa*) Actus aliquis, ab illo sic convicto idiotâ vel incredulo exspectandus,

BBB.בבב.*bbb* (ββββ)

**BBBB.אאאא.*aaaa*.(αααα)

dus, in testificationem suae submissae reverentiae erga DEUM. πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον.

Ubi notemus

✝. Actum quemdam exspectandum. Qui foret πίπτειν ἐπὶ πρόσωπον.

✝✝. Ejusdem relationem ad primarium religiosum actum. Quae indicatur per participialem locutionem, πεσὼν.

(ββββ) Actus primarius religiosus. προσκυνήσει τῷ Θεῷ. Notetur

✝. Objectum, cui. τῷ Θεῷ.

✝✝. Officium, quod huic objecto praestiturus sit. προσκυνήσει.

bbbb. Secundarius fructus: Tendens in honorem ipsius Ecclesiae. Quandoquidem ille idiota, vel, qui antea fuerat incredulus, fassurus est, quod Ecclesia *Corinthiaca* sit Templum DEI.

Videamus hîc

(αααα) Veritatem, quam agniturus sit ἰδιώτης ille, vel ἄπιστος, εἰσελθὼν in Ecclesiam; in quâ omnes invenerit Prophetantes.

✝. Ex-

BBB.בבב.*bbb*.(βββ)
**BBBB.אאאא.*bbbb*.(αααα)

†. Expreſſum verbis. ὅτι ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν ἐςιν.

††. Additâ quâdam exaggerante aſſeveratione. ὄντως

(ββββ) Confeſſionem hujus veritatis, conjungendam cum adoratione DEI.

†. Confeſſio exprimitur verbo, ἀπαγγέλλειν.

††. Conſociatio, cum adoratione DEI, per participialem locutionem. ἀπαγγέλλων.

בבבב. Et tamquam proximum conſequens, ex praecedenti fluxurum, indicatur, per voculas. καὶ ὅτω.



TA-

TABULA LXVII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XIV. 26-36.

IN hac pericopâ continentur monita salubria, spectantia ad quaestionem, de decenti usu donorum, imprimis doni prophetandi, ad commune Ecclesiae commodum. Cap. XIV. 26-36.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)1.BB.בב.*aa*.

In eâ Apostolus proponit

(*aa*) Generale, totum hoc negotium spectans, monitum. Cap. XIV. 26.

In cujus propositione notemus

§. Elegantem praefatiunculam. In quâ videre est

/. Blandam compellationem. ἀδελφοί.

//. Ipsam, ad hoc monitum, per modum consectarii proponendum, transitionem. τί οὖν ἐστιν;

Quae verba nos docent,

— Quod haec spectanda exhibeat, per modum consectarii; cum ejus hac de re dissertatio ad finem properet. Quò facit particula, οὖν.

= Quod attentionem *Corinthiorum* excitatam velit, ad dicendorum considerationem. Quò facit haec interrogatio. τί ἐστιν;

(aa)§.

§§. Propositionem ipsam generalis hujusce moniti. In quâ

/. Tempus & casum, de quo, quid faciendum sit, exponere vult, indicat.

— Tempus, ad quod, in hoc monito, respicere vult, ita definit: ὅταν συνέρχησθε.

= Casum, cum isto tempore conjunctum, ponit. Ista casûs positio quintuplex est, & ἄνευ προσωποληψίας expressa.

†. In quintuplicis casûs positione, hunc ordinem servat:

AAA. Duos casûs, magis communes vel vulgares, istiusmodi temporibus saepiùs contingentes, ponit.

אאא. Omnium communissimum. ψαλμὸν ἔχει.

בבב. Post hunc, alterum, satis quoque frequenter contingentem. διδαχὴν ἔχει.

BBB. Tres alios subjicit casûs, minùs frequenter, quam modò laudati, contingentes. Horum

אאא. Duo sunt principaliores.

aaa. Frequentior (uti conjicio) praecedit. γλῶσσαν ἔχει.

bbb. Alter, proximè sequens. ἀποκάλυψιν ἔχει.

בבב. Infimo loco (quod suprà quoque observare licuit) ponit donum interpretandi varias istas linguas. ἑρμηνείαν ἔχει.

††. Hos omnes casûs in hoc monito sibi conside-

(αα) §§. /. ⁐ ††.

ſiderandos ſumit, ut ſejungat omnem προσωποληψίαν. ἕκαστος ὑμῶν. Sive aliquis in hoc, ſive in altero caſu reperiretur, hoc monitum obſervari vult Apoſtolus.

//. Quid faciendum ſit, declarat. πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γινέσθω. Ubi

– Subjectum eſt πάντα.

⁐ Praedicatum; quod illa licita ſint, modò ad decentem finem dirigantur.

†. Primum exprimitur verbo, γινέσθω.

††. Oſtenditur, ad quem finem debeant dirigi. πρὸς οἰκοδομὴν.

(ββ) Specialia quaedam, ad hanc, quam perpetuò, ut finem, intendere deberent, οἰκοδομὴν requiſita. Cap. XIV. 27-36.

Haec autem praeſcribunt officia, ſpectantia

§. Ad Viros. Quae legimus Cap. XIV. 27-34.

Haec autem, quae Apoſtolus hîc a Viris obſervari vult, ad duas partes referri poſſunt, ratione habitâ duplicis generis donorum.

Adeoque notanda nobis veniunt, quae exiguntur,

/. Quod ad donum linguarum, & interpretationis ſermonis, ab aliquo, peregrino idiomate, prolati. Cap. XIV. 27. & 28.

Circa haec dona duplicem caſum ponit, & quid in ſingulis tenendum ſit, monſtrat Apoſtolus.

– Prior caſus eſt, qui Cap. XIV. 27. ob oculos ponitur, quando in conventu *Chriſtiano* adſunt dono loquendi peregrinis lin-

(ββ)§.I.— guis instructi, & adsunt quoque, qui donati sunt dono linguas peregrinas interpretandi.

Hic igitur attendere oportet,

†. Quid Apostolus ponat, & postulet, ut fiat ab ipsis loquentibus. Ubi

AAA. Ponit haec duo:

אאא. Dari aliquem linguâ (peregrinâ, scilicet) loquentem. Ubi

aaa. Res, quae ponitur, perpendenda venit. γλώσσῃ τις λαλεῖ.

(*aaa*) In se spectata. γλώσσῃ λαλεῖ.

(βββ) Ratione universalitatis, excluso omni discrimine. Quod indicat particula, τις.

bbb. Conditionatè ponitur, ut casus, qui nonnumquam contingat. εἴτε.

בבב. Adjecto adjuncto quodam duplici. Nimirùm, illum loqui

aaa Primo, *post duos:* vel ita, ut duo essent loquentes. κατὰ δύο.

bbb. Altero, admittendo quidem, sed simul ita spectato, ut omnis ulterior progressio excludatur.

(*aaa*) Admitti posse, ut ille loquatur *post tres*, vel ita, ut sic adsint tres loquentes. ἢ τρεῖς.

(βββ) Limitari tamen ita, ut haec adjuncta non liceat ampliùs multiplicare. τὸ πλεῖστον.

BBB. Quid tunc a loquente illo, ejusque sociis exigatur. καὶ ἀνὰ μέρος.

Ab

(ββ)§./.— †.BBB.

Ab his igitur

אאא. Exigitur λαλεῖν ἀνὰ μέρος. Ut loquantur *per vices*.

בבב. Indicatur, hoc esse alterum, & primarium ab ipsis loquentibus requisitum: Sine quo ne permitti quidem liceret casum positum. per particulam, καὶ.

††. Quid porrò ulteriùs requiratur. Quod

AAA. Praecedentibus jungitur. per iteratam particulam, καὶ.

BBB. Rem ipsam exprimit Apostolus, his verbis: εἷς διερμηνευέτω. Quibus verbis videmus,

אאא. *Unum* sufficere εἷς.

בבב. Quid requiratur, ut ille faciat. διερμηνευέτω.

= Alter casus est, si nullus, dono interpretandi pollens, adsit. Cap. XIV. 28. Hîc notemus

†. Casûs positionem, praecedenti oppositam.

AAA. Oppositio fit, per particulam, δὲ.

BBB. Casus, qui ponitur, exprimitur in hunc modum: ἐὰν μὴ ᾖ διερμηνευτὴς.

אאא. Res, quae ponitur, est: μὴ ᾖ διερμηνευτὴς.

בבב. Modus proponendi: Conditionatè, nimirùm, ut casûs positio. per particulam, ἐὰν.

††. Quid tunc faciendum sit. Quod duplici enunciato indicatur. Quorum

 AAA. Pri-

(ββ) §. /. ☲ ††.

AAA. Primo, publicè loqui peregrinâ linguâ, prohibetur. Ubi notemus

אאא. Impositionem silentii. σιγάτω.

בבב. Restrictionem, ratione illorum, inter quos caeteroquin loqueretur. ἐν Ἐκκλησίᾳ.

BBB. Altero, permittitur sermo, habendus peregrinâ linguâ, sed privatim, sive apud animum suum. Hîc attendamus, ad

אאא. Particulam, quâ transitionem facit. δὲ. Quae videtur respondere ad mussitationem obrepentem: An igitur isti homini DEUS donum linguarum frustrà dedit? Absit; sed inde, quod non frustrà datum sit, non sequitur, ergò convenit, ut *linguâ* illâ, IN ECCLESIA, *loquatur* SINE INTERPRETE: Sed, pro isto quidem tempore, alium usum habet.

בבב. Rem ipsam. Quâ indicat, licere, imò etiam aequum esse, ut *loquatur*

aaa. Apud animum suum. λαλείτω ἑαυτῷ.

bbb. Atque, quod praecipuum est, *loquatur DEO*. λαλείτω καὶ τῷ Θεῷ. Hîc notanda est

(ααα) Res ipsa, quae permittitur, vel, si malis, etiam jubetur. λαλείτω τῷ Θεῷ.

(βββ) Ejusdemque cum praecedenti connexio, per modum κλίμακος. Quae indicatur per particulam, καὶ.

//. Quod

(ββ) §. I.

II. Quod ad donum Prophetandi. Cap. XIV. 29-34. Ubi videmus

—. Enucleatam, distinctèque propositam, declarationem illorum, quae hîc observanda sunt. Cap. XIV. 29-33.

Haec autem, quae observanda sunt, spectant:

†. Ad ordinem, servandum in propositionibus sermonum Propheticorum. Cap. XIV. 29-32.

Ubi notemus

AAA. Transitionem, quae fit per particulam, δὲ. Quae innuit, quamvis nonnulla, *TAMEN* non omnia, eodem modo, se habere, quae in usu doni Prophetandi observanda sunt, ut dictum est de usu doni linguarum.

BBB. Monita, ad hunc ordinem spectantia.

ℵℵℵ. Proposita. Cap. XIV. 29. & 30.

aaa. Generaliora, plures, prophetandi dono simul donatos, respicientia. Cap. XIV. 29.

Hos dispescit, hoc quidem loco, in duas classes:

(*ααα*) Prior classis est illorum, qui ipso facto sermones Propheticos habere gestiunt. Hîc notemus

* Subjectum. Quod dicitur Προφῆται.

** Praedicatum. Quo Apostolus

AAAA. Illis

(ββ)§.11.— †.
BBB.אאא.*aaa*.(*aaa*)**

AAAA. Illis concedit facultatem loquendi. λαλείτωσαν.

BBBB. Numerum tamen (uti videtur) pro uno conventu in Ecclesiam, definit.

אאאא. Duos facilè permittit. δύο.

בבבב. Neque tamen nimis arctè restrictum hunc numerum vult. ἢ τρεῖς.

aaaa. Aliquod augmentum definito numero binario accedere posse, indicat particula, ἢ.

bbbb. Non tamen vel hoc nimiùm debere extendi, docet definitio alterius numeri. τρεῖς.

(βββ) Altera classis est eorum, qui, isto quidem tempore, quamvis caeteroquin ipsi quoque Prophetae sint, non loquantur, neque loqui satagant; quibus pariter ostendit, quid illis conveniat.

Observetur hîc

* Connexio, quae fit per particulam, καὶ.

** Res ipsa. Ubi nobis considerandum est

AAAA. De subjecto. οἱ ἄλλοι.

BBBB. De praedicato, quod indicat, quid huic subjecto conveniat. διακρινέτωσαν.

bbb. Spe-

(ββ) §. //. — †.
BBB. אאא. *aaa*.

bbb. Specialius. Quo indicatur, quid eis conveniat, singulari quodam casu dato. Cap. XIV. 30.

(ααα) Contradistinguitur hic casus generaliori, modò posito. per particulam, δὲ.

(βββ) Res ipsa, quam Apostolus docere vult, ita exprimitur, ut

* Casus ponatur. Ad quem rectè intelligendum attendere oportet, ad

AAAA. Id, quod ponitur. ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ. In quibus verbis notetur

אאאא. Objectum:

aaaa. Indicatum indefinitè, voce ἄλλῳ.

bbbb. Magis definitè, addito participio, καθημένῳ.

בבבב. Quid ei evenerit. ἀποκαλυφθῇ.

BBBB. Modum proponendi. Conditionatè, ut casus dabilis. per vocem, ἐὰν.

** Quid, isto casu posito, fieri deceat. Ubi notetur

AAAA. Subjectum. ὁ πρῶτος.

BBBB. Quid ille facere debeat. σιγάτω.

בבב. Ratione reddità confirmata. Cap. XIV. 31. Hìc notemus

aaa. Particulam, γὰρ. Quà indicat Apostolus, quod dicta sua confirmare satagat.

bbb. Quid Apostolus in probationem adferat. Quod duobus membris constat.

 (ααα) Do-

(ββ)§.//.— †.
BBB.בבב *bbb*.

(ααα) Docet, quod non prohibeat ſingulis ſuas prophetias proferre, ordinemque tantùm poſtulet. Hìc videmus

* Conceſſionem. δύνασθε πάντες προφητεύειν.

** Poſtulationem ordinis. καθ' ἕνα.

(βββ) Indicat finem, ad quem hoc tendat.

* Ad inſtitutionem omnium; ad promovendum cognitionis incrementum. Perpendamus hìc

AAAA. Bonum, quod optat, quod conſiderare vult, ut finem habendorum ſermonum. Hìc illud bonum optandum

אאאא. Indicatur eſſe incrementum cognitionis. μανθάνωσι.

בבבב. Extenditur ad *omnes*. πάντες.

BBBB. Hoc bonum conſiderandum proponi, ut finem, ad quem tendere oporteat hos, ordine habendos, ſermones Prophetarum. Quod indicat particula, ἵνα.

** Ad ulteriores fructûs, inde profecturos. Qui

AAAA. Indicantur:

אאאא. In ſe ſpectati. παρακαλῶνται.

בבבב. Ad *omnes* extenduntur. per voculam, πάντες.

BBBB. Priori, ut eodem modo conſiderandi, junguntur. per particulam, καὶ. Quae poſtulat, ut ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetatur particula, ἵνα. — ††. Ad

(ββ) §. //. — †.

††. Ad submissionem sub judicio Prophetarum. Cap. XIV. 32.

Ubi Apostoli nostri monitum

AAA. Conjungitur cum praecedenti. per particulam, καὶ. Tamquam non minùs necessarium.

BBB. Exprimitur in hunc modum; ut

אאא. Subjectum enunciati indicetur, verbis: πνεύματα Προφητῶν. Ubi

aaa. Sermo est de *Prophetis.* Προφητῶν. Qui se tales profitentur, de quibus nondùm satis constat, an sint veri, an falsi.

bbb. His tribuuntur *Spiritus.* πνεύματα Προφητῶν. Cum testentur se Spiritu agitatos loqui.

בבב. Praedicatum indicet officium, quod eis incumbat. In cujus descriptione

aaa. Objectum indicatur, circa quod versari debeant. Προφήταις.

bbb. Quo pacto se circa hoc objectum gerere debeant. ὑποτάσσεται.

ᛝ Hujus admonitionis totius confirmationem. Cap. XIV. 33.

†. Particula γὰρ ostendit, quod id, quod dicet, ad confirmationem utriusque admonitionis tendat.

††. Ratiocinatio ita est comparata, ut de DEO duo praedicet, quae non in aliis Ecclesiis tantùm, verùm etiam in Ecclesiâ

(ββ)§.//.ℶ ††.

Corinthiacâ, ad animum ſint revocanda, & agnoſci debeant.

Notemus hic,

AAA. Quaenam ſint, quae de DEO teſtatur Apoſtolus. Quae declarat

אאא. Enunciato negativo. In quo

aaa. Subjectum eſt, ὁ Θεὸς.

bbb. Praedicatum. ἐκ ἔςιν ἀκαταςασίας. Ubi perpendamus,

(ααα) Quid ſit ἀκαταςασία in Eccleſiâ.

(βββ) Quod negetur *DEUM* eſſe ἀκαταςασίας Auctorem, laudatorem, adprobatorem, remuneratorem.

בבב. Enunciato affirmativo, praecedenti oppoſito. ἀλλ' εἰρήνης. Hic videre oportet,

aaa. Quid adfirmetur. Videlicet, *DEUM* eſſe *DEUM pacis*. Ubi notandum eſt

(ααα) Objectum, circa quod DEUS hîc concipitur verſari. Quod exprimitur nomine, εἰρήνης.

(βββ) Quomodo DEUS erga hoc objectum ſe habeat. εἰρήνης. ſupple, Θεός ἐςι.

bbb. Quod haec adſertio praecedenti negationi opponatur. per particulam, ἀλλὰ.

BBB. Quo

(ββ) §. 11. = ††. AAA.

BBB. Quo pacto doceat Apostolus, hoc, non minùs in Ecclesiâ *Corinthiacâ*, quam in aliis Ecclesiis deprehensum iri; observandum, agnoscendum, & ad animum revocandum esse.

Hic videmus Apostolum

אאא. Indicare, quasi tacitè, Ecclesiam *Corinthiacam* debere agnoscere, & ad animum revocare; & veritatem duplicis hujus asserti certè experturam esse. Quorsùm tendit particula, ὡς.

בבב. Idque urgere exemplo omnium Ecclesiarum Sanctarum; quae omnes experiuntur, agnoscunt, & ad animum revocant. Ubi

aaa. Exemplum, quo assertiones suas urgere vult,

(ααα) Indicat & describit.

* Indicat, dicens ταῖς Ἐκκλησίαις.

** Describit a qualitate, veras Ecclesias a fallis discernente. τῶν ἁγίων.

(βββ) In omni latitudine spectandum exhibet, adjectâ voculâ, πάσαις.

bbb. Quâ in re illae omnes Ecclesiae exemplo esse possint, & debeant. Quod discimus ex particulâ, ἐν. Quae docet in illis Ec-

(ßß)§ //.⩶ ††.BBB.בבב.*bbb*.

clesiis sanctis omnibus, DEUM se ipsum demonstrare, & agnosci, ut qui *non* sit *DEUS* ἀκαταστασίας, *sed pacis.*

§§. Ad Mulieres. Cap. XIV. 34. & 35. Quibus silentium imponitur, additâ, ad confirmationem, ratiocinatione.

Itaque perpendi debet

/. Ipsum praeceptum. Cap. XIV. 34. parte priori. In quo considerandum est

— Subjectum, ad quod sermo dirigitur. αἱ γυναῖκες ὑμῶν.

†. Sexus exprimitur, nomine, αἱ γυναῖκες.

††. Status videtur innui, per pronomen, ὑμῶν. Quo significetur primariò & directè sermonem esse de Mulieribus, Viro nuptis; & quidem *Christianis*. Confer versum sequentem.

⩶ Praedicatum, quo indicatur, quid illas γυναῖκας deceat. Quod

†. Exprimitur, verbo σιγάτωσαν.

††. Illustratur, indicando, quod loquatur de tali casu, quando sunt in coetu. ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις.

//. Ratiocinatio, quâ hoc praeceptum urgetur. Cap. XIV. 34. parte posteriori, & 35.

In eâ videmus

— Rationem, ad probandum adductam, & ulteriùs adstrictam Cap. XIV. 34. parte posteriori.

†. Proponit eam, his verbis: οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ᾽ ὑποτάσσεσθαι.

Ubi

(ββ)§§.//.— †.

Ubi notandum eſt,

AAA. Quid dicat Apoſtolus:

אאא. Negativo enunciato. ὐκ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν.

Quò pertinet, ut conſideremus

aaa. De objecto, de quo loquitur. Expreſſo per pronomen, αὐταῖς.

bbb. De eo, quod de iſto objecto teſtatur Apoſtolus. ὐκ ἐπιτέτραπται λαλεῖν.

בבב. Poſitivo. Ubi hoc

aaa. Theticè exprimitur, per verbum ὑποτάσσεσθαι.

bbb. Opponitur negativo aſſerto. per voculam, ἀλλὰ.

BBB. Quod hoc in argumentum dicti afferat, indicat particula, γάρ.

††. Ulteriùs adſtringit, adjectis verbis: καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.

AAA. Id, quod ponit, eſt, καὶ ὁ νόμος λέγει. In quo enunciato

אאא. Subjectum

aaa. Indicatur. Eſt ὁ νόμος.

bbb. Et cum emphaſi quâdam, ut conſideratu dignum, ſpectandum exhibetur. per particulam, καὶ. Quaſi diceret: Non tantùm aequitas quaedam, vel mores moratiorum gentium, earumque ſtatus hoc ſuadent, quod dico; ſed *ETIAM Lex* ipſa *dicit*.

בבב. Praedicatum. λέγει. Ubi? *GENES*. III. 16.

BBB. Id

(ββ)SS.//.— ††.AAA.

BBB. Id affert, in ulteriorem adſtrictionem. Quod innuit particula, καθὼς.

⁐ Remotionem tacitae cujusdam exceptionis, vel, ſi malis, objectionis. Cap. XIV. 35.

†. Quod hoc comma eò tendat, indicari videtur, per particulam, δὲ.

††. Ratiocinatio Apoſtoli in hunc modum ſe habet:

AAA. Reſpondetur ad objectam exceptionem, vel objectionem; ſolutione motae difficultatis.

Difficultas mota in eo videtur ſita, quod ſi Mulier aliquid diſcere velit ab illis, qui prophetant, & ab illis, qui Spiritûs dijudicant, an illi praecidere oporteat iſtam occaſionem, quod fieri videtur, ſi debeat ſilere?

אאא. Per modum caſûs poſitionis difficultas proponitur. Hic notetur

aaa. Res, quae ponitur. μαθεῖν τι θέλουσιν.

bbb. Modus proponendi, conditionatâ locutione, caſûs poſitionem indicante. εἰ.

בבב. Solvitur, indicando, quid, iſto caſu poſito, mulierem facere deceat. Quod

aaa. Indicatur, quoad rem ipſam. τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν.

Hic notetur

(*aaa*) Ob-

(ββ)§§.//.⁼ ††.
AAA כככ.aaa.

(ααα) Objectum. τὰς ἰδίας ἄνδρας. Describitur hoc pacto illud objectum:
* Ratione sexûs. τὰς ἄνδρας.
** Ratione illius, quam singulae ad suos, quibus nupserunt, habent, relationis. τὰς ἰδίας.
(βββ) Quo pacto se circa hoc objectum gerere debeant. ἐπερωτάτωσαν.
bbb. Additur locus, ubi hoc faciendum sit. ἐν οἴκῳ.

BBB. Iteratò repetitô, fortiùs quoque propositô, modò memoratô interdictô, responsio data confirmatur. Cap. XIV. 35. parte posteriori.
Ubi videamus,
אאא. Quid ponat Apostolus. In quo enunciato
aaa. Subjectum est, λαλεῖν ἐν Ἐκκλησίᾳ. In his verbis perpendenda est
(ααα) Actio. λαλεῖν.
(βββ) Restricta, definitione loci, vel coetûs. ἐν Ἐκκλησίᾳ.
bbb. Praedicatum. αἰσχρόν ἐστι γυναιξὶν. Hic notemus
(ααα) Objectum, ad quod hoc praedicatum pertinet. γυναιξὶν.
(βββ) Praedicatum ipsum. αἰσχρόν ἐστι.
בבב. Quo pacto hoc adhibeat in confirmationem; ut illa, quae dixerat, urgeat. Quò pertinet particula, γάρ.

TABULA LXVIII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XIV. 36.-XV. 1.

Continet haec pericopa Epilogum, quem ſubjicit Apoſtolus, ut ſua monita, quaſi in ſummam collecta, denuò urgeat, hanc ſuae diſſertationis partem ad finem perducat, & concludat. Cap. XIV. 36. 37. 38. 39. & 40.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*a*)1.BB.בב.*bb*.

In eâ nobis ocurrit

(*aa*) Gravis obteſtatio, quâ illos obteſtando retundit, qui fortè ſuſtinerent, ſe Apoſtolicis ſuis monitis opponere. Cap. XIV. 36. 37. & 38.

Hos demonſtrat, ſi hoc (quod praevidebat, nonnullos facturos eſſe, & in animo jam habere) ſuſtineant facere, oſtenſuros eſſe,

'§. Quod vanâ praeſumptione turgeant. Cap. XIV. 36. Ubi eos ſibi quaſi praeſentes ſiſtit, & redarguit, quod ſe gerant, quaſi ſoli eſſent ſapientiae & prudentiae promi condi.

Id autem facit duobus enunciatis: Quorum

/. Primo, oſtendit, quod admodùm abſurdè ſe hoc pacto

(aa) §. /.

pacto ita gerant, vel gererent, vel gesturi essent, ac si ab illis norma credendorum & faciendorum ita prodierit, ut, secundum illam omnes Ecclesiae, & fideles in eis, tenerentur se componere. ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν;

Hic videndum est,

– Quid illi, suo more agendi, prae se ferre, & de se jactare videantur. Nimirùm, quod *verbum DEI ab* illis *exiverit*. Ubi considerandum est

†. De subjecto. Quod est ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.

††. De praedicato. ἐξῆλθεν ἀφ' ὑμῶν. Quibus verbis

AAA. Adloquium dirigitur ad illos *Corinthios*, qui se opponerent ordini a *Paulo* praescripto. Ad hos respicit pronomen, ὑμῶν.

BBB. His Apostolus exprobrat, quod, suâ oppositione, ipso facto ita se gerant, & quasi jactent, a se *verbum DEI exiisse*. ἐξῆλθεν ἀπ' [αὐτοῖς].

= Absurditatem istiusmodi jactantiae ostendit, interrogativè loquendo, ut sic fortissimè neget, provocando ad illorum ipsorum conscientiam. ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν;

//. Altero ostendit, quod (si non possint eò dementiae pervenire, ut jactare ausint; a se exiisse sermonem DEI, & tamen in eo perseverent, ut nolint dicto *Pauli* esse audientes) ad minimùm sequatur, quod ita se gerant, quasi ad ipsos

 solos

(aa)§.//.

solos *perveniſſe* jactare velint: Hoc autem pariter absurdum esse.

Hic planè eodem modo dispositum deprehendimus Apostoli sermonem, quo, in priori enunciato, modò observavimus.

Notemus igitur,

— Quid illi, sic agendo, de se ipsis jactare videantur: Nimirùm *ad* se *solos perveniſſe verbum DEI.* Ubi iterùm occurrit

†. Subjectum: Non equidem expressum, sed, repetitione ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, supplendum. ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.

††. Praedicatum. In quo

AAA. Adloquium dirigitur ad eosdem, per pronomen, ὑμᾶς.

BBB. Illis exprobrat Apostolus, quod ipso facto ita se gerant, ac si jactare velint, se solos esse, ad quos *pervenerit* verbum DEI. Ubi perpendendum est objectum, cui, & beneficium, quod sibi contigisse, ipso suo facto, jactent. Nimirùm

אאא. Objectum sunt illi ipsimet *SOLI.* εἰς ὑμᾶς μόνους.

בבב. Beneficium est, κατήντησεν.

= Absurditatem istiusmodi jactantiae ostendit, simili interrogatione, fortissimam negationem valente. ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησεν; Supple, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.

§§. Quod, haec monita Apostoli si spernant, ostendant, quod non sint veri Prophetae, nec verè Spirituales; sed potiùs ignorantes, sibi relinquendi. Cap. XIV. 37. & 38. Hîc

(aa)§§.

Hîc igitur *Paulus* declarat,

/. Quod, si pergant spernere haec monita Apostoli, ostensuri sint, quod non sint Prophetae veri, neque verè Spirituales. Cap. XIV. 37. Hoc autem ita ob oculos ponit, ut

— Declaret nexum esse arctissimum, inter τὸ esse in Ecclesiâ *Corinthiacâ* Prophetam, vel Spiritualem, (hoc est, insigni mensurâ scientiae a Spiritu scientiae donatum) & τὸ agnoscere illa, quae Apostolus scribebat. Cap. XIV. 37. parte priori.

Haec declaratio ita est adornata:

†. Casum ponit Apostolus. Quem ita exprimit, ut attendere debeamus, ad

ΛΛΛ. Rem, quae ponitur. *Existimat aliquis se esse Prophetam, vel Spiritualem.*

אאא. Quod hîc universaliter loquatur, excluso omni statûs, conditionis, honoris, originis, vel ex *Judaeis*, vel ex *Gentibus*, discrimine; ostendit, quando subjectum exprimit, per particulam, τις.

בבב. Id quod per praedicatum exprimitur; quod ipsum duo comprehendit; sed quae, quantum ad hoc negotium attinet, paria faciunt.

aaa. Primum hoc est: In Ecclesiâ existit aliquis (quiscumque sit) *existimans se esse Prophetam*, vel qui ab aliis pro tali *habetur.* δοκεῖ Προφήτης εἶναι. (*a*)

 Hîc

(*a*) Utroque enim modo verbum δοκεῖ videtur sumi posse.

(aa)§§./.— †.AAA.בבב.*aaa.*

Hîc perpendere oportet,

(*aaa*) Quid sit *Prophetam* esse, vel quid sit εἶναι Προφήτην.

(βββ) Quid sit δοκεῖν Προφήτην εἶναι.

bbb. Alterum est, sed quod cum primo hactenùs paria facit: δοκεῖν εἶναι Πνευματικόν.

Hîc pariter perpendendum nobis est,

(*aaa*) Quid sit εἶναι, vel δοκεῖν εἶναι Πνευματικόν.

(βββ) Quod id, quantum ad hoc negotium, priori aequiparetur. Quod indicat particula, ἤ.

BBB. Modum proponendi. Conditionatè, ut casûs positionem. per particulam, εἰ.

††. Indicat, quid, posito isto casu (existere talem Virum in Ecclesiâ) ab eo faciendum sit. Επιγινωσκέτω ἃ γράφω ὑμῖν.

Hîc considerandum est,

AAA. Objectum. Quod est id, quod hîc scribit Apostolus ad *Corinthios.* ἃ γράφω ὑμῖν.

BBB. Officium circa hoc objectum. ἐπιγινωσκέτω.

⊏ Id, quod sic declarat, verum esse probet. Cap. XIV. 37. parte posteriori. ὅτι τῦ Κυρίȣ εἰσὶν ἐντολαί. Notemus hîc,

†. Quid

(aa) §§. /. ⊐

†. Quid affirmet: In quo enunciato,

AAA. Subjectum, ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃ repetendum, supplendum est. ἃ γράφω ὑμῖν.

BBB. Praedicatum. ἐντολαὶ τȣ̃ Κυρίȣ εἰσὶν. Hîc videmus Apostolum

אאא. Loqui de *Domino*.

בבב. Eique tribuere, tamquam Auctori, illa, quae scribebat, ut ἐντολάς.

††. Quo pacto hoc in probationem afferat. Quò pertinet particula, ὅτι.

//. Quod illi, qui haec *Paulina* monita spernere pergant, sic ostensuri sint, quod sint ignorantes, sibi relinquendi. Cap. XIV. 38.

Ubi notanda est

— Particula δὲ, transitum faciens. Quâ opponitur talis homo, de quo nunc loquitur, illis, qui sunt agnituri id, quod *Paulus* scribebat.

⊐ Res ipsa. Quae sic exprimitur ab Apostolo, ut

†. Casum ponat. Ubi iterùm perpendenda venit

AAA. Res, quam ponit. Ubi considerandum est

אאא. Subjectum. τις. Vir qualiscumque, nullo discrimine.

בבב. Praedicatum ei tribuit pertinacem ignorantiam, quâ non agnoscat illa, quae *Paulus* ad *Corinthios* scribebat. ἀγνοεῖ.

BBB. Conditionata loquendi ratio. Quae casûs positionem indicat. per particulam, εἰ.

††. Quid,

(αα)§§.//.⁝⁝ †.

††. Quid, isto casu, faciat Apostolus, exprimat. Talem, ut pertinaciter ignorantem, sibi relinquit. ἀγνοείτω.

(ββ) Fraterna admonitio, fidelibus, per modum brevissimi Epilogi, proposita. Cap. XIV. 39. & 40. In quâ notemus

§. Particulam ὥστε, transitum facientem: Indicantem, quod dicenda verss. 39. & 40. sint pro corollariis habenda.

§§. Ipsam admonitionem bimembrem, blandè propositam.

/. Blandè fieri propositionem hanc Epilogi, vel bimembris admonitionis, docet compellatio. ἀδελφοί.

//. Admonitio, fidelibus proposita, vel commendata, bimembris conspicitur.

⁔˙ Primum membrum est consectarium dissertationis de praestantiâ donorum extraordinariorum Spiritûs Sancti, unius prae altero; speciatim doni prophetandi, prae dono loquendi variis linguis. Quod continetur Cap. XIV. 39. Ubi

†. Adhortatur *Corinthios*, ut ambiant Prophetandi donum. ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν. Conf. versum primum.

††. Dehortatur, ne prohibeant loqui variis linguis.

Haec dehortatio

AAA. Connectitur, ut quae separari non possit. per particulam, καί.

BBB. Ex-

(ββ)§§.//.— ††.AAA.

BBB. Exprimitur. Ita, ut attendendum sit, ad

אאא. Objectum. τὸ λαλεῖν γλώσσαις.

בבב. Quo modo se circa hoc objectum gerere debeant. μὴ κωλύετε.

⩶ Alterum membrum est consectarium illius partis dissertationis Apostoli, quam vidimus comprehensam Cap. XIV. 26-36. de decenti usu donorum. Haec denuò inculcat Cap. XIV. 40.

Ubi notemus

†. Subjectum, vel, si malis, objectum. πάντα. Quae vobis praescripsi.

††. Praedicatum, vel, si malis, declarationem, quo pacto circa hoc objectum se gerere debeant. Quod

AAA. Generatim indicatur, partim licere, partim decere. γινέσθω.

BBB. Determinato tamen, speciatim, modo. Duplici expressione:

אאא. Primâ postulatur observatio decori. εὐσχημόνως.

בבב. Alterâ indicatur, quid ad hoc requiratur.

aaa Res ipsa est, ut fiant κατὰ τάξιν.

bbb. Connexio fit per particulam, καὶ.

TABULA LXIX. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 1. & 2.

Continet haec pericopa declarationem, summatim factam, quâ Apostolus declarat hoc dogma (resurrectionis mortuorum, die novissimo) indivulso nexu cum praecipuis Evangelii veritatibus cohaerere. Cap. XV. 1. & 2.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)2.AA.אא.*aa*.(αα)

Notemus in eâ

§. Praefatiunculam:

/. Transitionem facientem. δὲ.

//. Blandè *Corinthios* compellantem. ἀδελφοὶ.

§§. Declarationem ipsam. Quâ

/. Protestatur, se, suamque doctrinam, a se praedicatam, a *Corinthiis* acceptatam, ipsisque salutarem, sibi adeò constare, ejusque partes tam arctè cohaerete, ut ne ipsa quidem haec, de quâ nunc disputaturus esset, Veritas, ab eâ divelli possit. Cap. XV. 1. & 2. parte priori.

Attendamus hîc ad

— Constantiam hujus doctrinae. Cap. XV. 1.

†. Quatenùs ab Apostolo erat praedicata.

AAA. Objectum

אאא. De-

§§ 1. — †. AAA.

אאא. Denominatur, & vel hoc ipso commendatur. τὸ Ἐυαγγέλιον.

בבב. Spectandum proponitur, ut quod ipse *Corinthiis* antè ore suo praedicaverit. Testatur itaque,

aaa. Se nihil novi afferre, sed antè hanc veritatem praedicasse. ὃ ἐυηγγελισάμην.

bbb. Speciatim, se id fecisse apud *Corinthios*. ὑμῖν.

BBB. Quid huic objecto faciat nunc, hac ultimâ ferè suae Epistolae parte.

אאא. Illud dicit, se cognoscendum proponere. γνωρίζω.

בבב. Et quidem speciatim *Corinthiis*. ὑμῖν.

††. Quatenùs ipsis quoque *Corinthiis* fuit agnita. Et quidem

AAA. In principio. ὃ καὶ παρελάβετε. In quibus verbis

אאא. Particula καὶ significat, quod non tantùm provocet ad suam praedicationem, ejusque, quam benè servaverat, memoriam; sed ad ipsam quoque *Corinthiorum*, de hac veritate, convictionem.

בבב. De *Corinthiis* testatur Apostolus, quod illâ praedicatione ita convicti fuerint *Corinthii*, ut assensum ei praebuerint. ὃ παρελάβετε.

aaa. Articulus postpositivus ὃ respicit ad idem objectum, antè denominatum.

bbb. *Corinthiorum* assensus exprimitur verbo, παρελάβετε.

Rrrr 2 BBB. Con-

§§ /.— ††.AAA.

BBB. Continuatè. ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε.

אאא. Particula καὶ facit ad exaggerationem.

בבב. Res ipſa eſt conſtans hujus doctrinae agnitio.

aaa. Objectum iterùm articulo poſtpoſitivo exprimitur. ᾧ.

bbb. Conſtantia agnitionis fidei. ἐν ᾧ ἑστήκατε.

= Utilitatem ejusdem, per modum gradationis additam, conditioni conſtantiae annexam. Cap. XV. 2. parte priori.

†. Indicatam verbis: δι' ὃ καὶ σώζεσθε. Ubi notetur

AAA. Res ipſa.

אאא. Reſpicit ad idem Evangelium per articulum, ὃ.

בבב. Teſtatur, *Corinthios* per illud ſervari. δι' ὃ σώζεσθε.

BBB. Gradatio, obſervanda, in particulâ, καὶ. Non tantum agnita vobis eſt conſtanter, ſed *ETIAM* ſalutaris.

††. Conditioni conſtantiae annexam. τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, εἰ κατέχετε. Notetur hîc

AAA. Conſtantia requiſita.

אאא. Summatim expreſſa. εἰ κατέχετε.

בבב. Requiſitâ quoque exactâ puritate, mutationis, & permixtionis cum heterodoxis opinionibus experte. τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν.

aaa Supponit, ſe apud *Corinthios* Euangelium praedicaſſe, εὐηγγελισάμην ὑμῖν.

bbb. Exi-

§§./.⩵ ††.AAA.כככ.*aaa*.


bbb. Exigit, ut eo modo ſincerè & purè id retineant *Corinthii*. τίνι λόγῳ ἐυηγγελισάμην ὑμῖν.

BBB. Cum eà conſtantiâ ſalutem *Corinthiorum* connectit. σώζεσθε--ἐ.

//. Proteſtatur, quod caeteroquin omnem, quae hactenùs in ipſis fuerat, fidem vanam exiſtimare debeant. Cap. XV. 2. parte poſteriori. ἐκτὸς ἐι μὴ ἐικῆ ἐπιςεύσατε.

– Abſurdum, quod ipſos quoque abhorrere ſciebat, exprimit verbis: ἐικῆ ἐπιςεύσατε.

⩵ Quod hoc, niſi ita purè retineant Evangelium, neceſſariò ſequeretur. ἐκτὸς ἐι μὴ.



TABULA LXX. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 3-12.

Continet haec pericopa brevem repetitionem praecipuorum Capitum doctrinae Evangelii, a se & reliquis Apostolis praedicatorum, & a *Corinthiis*, non temerè, sed meritò, fide acceptatorum.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)2.AA.אא.*aa*.(ββ)§.

Observemus in illâ

/. Particulam connexionis, γάρ. Quâ ostendit Apostolus, quod se accingat, ad enucleatiorem probationem, quod hoc dogma cum principibus Capitibus Euangelii arctissimè conjunctum sit.

//. Rem ipsam. In quâ declarat,

– Quid ipse, & reliqui Apostoli praedicaverint. Cap. XV. 3-11. parte posteriori.

Ubi Apostolus

†. De suâ praedicatione loquitur. Cap. XV. 3-11. Docens

AAA. Generatim, quod illibatum *Corinthiis* tradiderit id, quod acceperat. Cap. XV. 3. parte priori. παρέδωκα ὑμῖν ὃ καὶ παρέλαβον. Ubi

אאא. Nor-

//.—†.AAA.

אאא. Normam agendi & fundamentum obligationis exprimit:

aaa. Tùm verbis: ὃ παρέλαβον.

bbb. Tùm particulâ καὶ. Partim indicante (uti mihi quidem videtur) convenientiam accepti & traditi; partim fundamentum obligationis. *Tradiderat*: quare? *acceperat*, ſcilicet, eo fine. Conf. *MATTH.* X. 8.

בבב. Teſtatur ſe id tradidiſſe *Corinthiis*. παρέδωκα ὑμῖν.

BBB. Speciatim, omnium praecipua Capita praedicationis ſuae, partim Scripturis, partim certiſſimis documentis, eſſe ſtabilita.

אאא. Haec maximè fundamentalia ſuae praedicationis fundamenta eſſe, innuit verbis: ἐν πρώτοις.

בבב. Recenſet illa, cum fundamentis veritatis ipſorum. Cap. XV. 3. parte poſteriori, -11. Ubi videmus illa

aaa. Recenſeri, ut Scripturis nixa. Cap. XV. 3. parte poſteriori, & 4.

Referri autem poſſunt ad

(*aaa*) Statum humiliationis *CHRISTI*. Cap. XV. 3. parte poſteriori, & 4. parte priori

De Eo igitur dicit, ſe praedicaſſe,

* Quod & quare *mortuus* ſit, *convenienter Scripturis*. Cap. XV. 3. parte poſteriori.

Hic conſideranda eſt

AAAA. Res

//.— †.BBB.בבבב.*aaa*.(*aaa*)

*

AAAA. Res praedicata. Nimirùm

אאאא. Res gesta, sive mors *CHRISTI*. Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

aaaa. Subjectum est *CHRISTUS*. Χριστὸς.

bbbb. Praedicatum est, ἀπέθανεν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

Ubi videndum est,

(*aaaa*) Quid ei evenerit. ἀπέθανεν.

(ββββ) Ob quam caussam. ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν.

Hìc Apostolus

⊥. Supponit, se & *Corinthios*, reliquosque electos, peccata commisisse.

Λ. Pronomen ἡμῶν respicit *Paulum* & *Corinthios*; sed hìc spectandos exempli gratiâ.

ΛΛ. Eis tribuit peccata, ἁμαρτίας.

⊥⊥. Testatur, quod *propter* illa *mortuus* sit *CHRISTUS*. Quod indicat praepositio, ὑπὲρ.

בבבב. Spectata, ut materia praedicationis. per particulam, ὅτι. Conf. Cap. II. 2.

BBBB. Convenientia ejus cum *Scripturis*. κατὰ τὰς γραφάς.

Ubi videndum est,

אאאא. Quas *Scripturas* intelligat, quibus ἀξιοπιστίαν suae praedicationis niti docet. τὰς γραφάς.

בבבב. Quod illis id, quod dixerat, superstruat. Quod indicat praepositio, κατὰ.

** Quod, in certum documentum mortis, etiam *sepultus* sit. Cap. XV. 4. parte priori.

Hìc perpendenda venit

AAAA. Res

//.— †.BBB.בבבב.*aaa*.(*aaa*)**

AAAA. Res ipsa, materies praedicationis. ὅτι ἐτάφη.

אאאא. Res gesta exprimitur, verbo ἐτάφη.

בבבב. Spectanda, ut materia praedicationis. Quod indicat particula, ὅτι.

BBBB. Connexio ejus cum proximè praecedenti. per particulam, καὶ.

(βββ) Statum exaltationis. Cap. XV. 4. parte posteriori. Hîc notetur

* Res praedicata. Ad quam intelligendam, videndum est,

AAAA. Quid Apostolus testetur se praedicasse. Quod

אאאא. Narratur. Indicatione ejus, quod contigerit. In quo notetur

aaaa. Res principalis. Quae est ἐγήγερται.

bbbb. Circumstantia comitans. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ.

בבבב. Spectandum proponitur, ut materia praedicationis. per voculam, ὅτι.

BBBB. Quod hoc connectatur cum praecedenti materiâ praedicationis. per particulam, καὶ.

 ** Con-

||.— †.BBB.בבב.*aaa*.(ββββ)*

** Convenientia ejus cum *Scripturis*. κατὰ τὰς γραφὰς.

bbb. Confirmari veritatem illius praedicationis Apoſtoli, quam hoſtes Evangelii negabant, vel in dubium vocabant, teſtibus αὐτόπταις ſufficientiſſimis adductis. Cap. XV. 5-11.

Ubi Apoſtolus

(*aaa*) Ob oculos ponit *Corinthiis*, quod non tantùm rem ipſam, ſed etiam documenta, quibus, in dubium ab hoſtibus vocata pars praedicationis, extra dubium poneretur, fecerit materiam praedicationis ſuae. Id quod indicat per particulas, καὶ ὅτι.

* Particula ὅτι oſtendit, quod productio horum documentorum fecerit partem praedicationis ſuae.

** Particula καὶ indicat, quod in praedicatione ſuâ rem ipſam & haec documenta conjunxerit.

(βββ) Documenta, vel teſtes oculatos ſiſtit.

* Alios, eoſque varios, plures, & plus ſemel CHRISTUM contemplatos. Cap. XV. 5. 6. & 7.

Hîc

//.— †.BBB.בבב.bbb.(βββ)
*

Hîc notemus

AAAA. Pluralitatem testium. Cap. XV. 5. & 6. Et quidem

אאאא. Apostolorum. Cap. XV. 5. Nimirùm,

aaaa. Ὤφθη Κηφᾷ.

(*aaaa*) Testis, ad quem provocat, est *Cephas.* Κηφᾶς.

(ββββ) Eumque spectat, ut oculatum. ὤφθη.

bbbb. Εἶτα τοῖς δώδεκα. Ubi notetur

(*aaaa*) Ordo temporis. Indicatus particulâ, εἶτα.

(ββββ) Res, quae contigit. Nimirùm, *CHRISTUS conspectus est* τοῖς δώδεκα.

בבבב. Aliorum, magno numero, diversi ordinis, partim viventium, partim defunctorum: Quibus simul *visus est CHRISTUS.* Cap. XV. 6.

Ubi notari debet

aaaa. Ordo temporis. ἔπειτα.

bbbb. Res ipsa:

(*aaaa*) Narrata. ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ. Ubi perpendi debent

†. Ipsi testes:

A. Descripti, ut ἀδελφοὶ.

AA. Indicato numero minimo; quem quidem excesserint nonnulli. ἐπάνω πεντακοσίοις.

Notetur hîc, quod Apostolus

* Numerum exprimat. πεντακοσίοις.

** Indicet, majorem aliquantò fuisse numerum. ἐπάνω.

††. Quid illis contigerit.

A. Quoad rem ipsam. ὤφθη [αὐτοῖς Χριστὸς].

 AA. Quoad

//.— †.BBB.בבב.*bbb*.(βββ)
*AAAA.בבבב.*bbbb*.(*aaaa*)‡‡.A.

AA. Quoad notabilem quamdam circumſtantiam. ἐφάπαξ.

(ββββ) Confirmata, cum occupatione cavillationis, quae fortè moveretur, vel alicujus mentem ſubiret.

†. Confirmatio inde petitur, quod plures adhuc in vivis eſſent, hoc, quo Apoſtolus ſcribebat, tempore. ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι. Ubi

A. Subjectum indicatur verbis: ὧν οἱ πλείους.

• Particula ὧν oſtendit, quod loquatur de illis, quos modò indicaverat.

•• Quantitas aliquo modo indicatur verbis: οἱ πλείους.

AA. Praedicatum eſt, μένουσιν ἕως ἄρτι. Quod

• Indefinitè exprimitur; *Superſtites ſunt*. μένουσι.

•• Relatè ad tempus ſcriptionis hujus Epiſtolae. ἕως ἄρτι.

††. Occupatio cavillationis ſubjicitur. τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν.

A. Par-

//.— †.BBB.בבב.*bbb*.(βββ)
*AAAA.בבבב.*bbbb*.(ββββ)‡‡.

A. Particula δὲ videtur ſubinnuere cavillationem fortè moveri poſſe.

AA. Res ipſa ita exprimitur, ut

• Indicetur, quod de paucis tantùm cavillatio moveri poſſit. τινὲς ἐκοιμήθησαν. Ubi

— Subjectum indicatur, particulâ τινὲς.

= Praedicatum. ἐκοιμήθησαν.

:· Quod illi tamen, dum viverent, ad numerum horum teſtium pertinuerint. Quò pertinet particula, καὶ.

BBBB. Pluralitatem apparitionum, deinde quoque factarum. Cap. XV. 7.

Quarum commemorat

אאאא. Quamdam, quae contigerat *Jacobo.* Ubi nota

aaaa. Ordinem temporis. ἔπειτα.

bbbb. Rem ipſam. ὤφθη Ἰακώβῳ. Ubi exprimitur

(*aaaa*) Perſona; ad quam, ut teſtem, provocat. Ἰακώβῳ.

(ββββ) Quid illi contigerit, quod tantò magis idoneum illum

 red-

//.— † BBB.בבב.*bbb* (βββ)

*BBBB.אאאא.*bbbb*.(ββββ)

redderet testem. ὤφθη [αὐτῷ Χριστὸς].

בבבב. Aliam, quae contigit omnibus Apostolis. Hîc iterùm notetur

aaaa. Ordo temporis. ἔιτα.

bbbb. Res ipsa. Quod iterùm sistantur testes oculati. Qui

(*aaaa*) A munere suo vocantur Apostoli. τοῖς Ἀποστόλοις.

(ββββ) In suâ universitate spectandi exhibentur. per vocem πᾶσι.

** Se quoque ipsum. Cap. XV. 8. 9. & 10. Ubi Apostolus

AAAA. Succinctè, simulque humillimè, testatur, sibi quoque tandem *conspectum* esse *CHRISTUM*. Cap. XV. 8.

Notemus hîc

אאאא. Particulam, quâ transitum facit, δὲ.

Quasi diceret Apostolus: Ne cogitet quispiam inter vos: Tantùm de aliis loqueris, si Tu es Apostolus, quare non etiam loqueris de Te ipso. Nemo id suspicetur, quod non etiam mihi hanc gratiam fecerit CHRISTUS; *SED* mihi quoque, tametsi ultimo, hoc contigit.

בבבב. Rem ipsam, quam testatur. Ubi

aaaa. Affirmat, quod sibi quoque *visus* sit CHRISTUS, e mortuis suscitatus. ὤφθη κἀμοὶ. Ubi videmus,

(*aaaa*) Quid

//.— †.BBB.בבבב.bbb.(βββ)
**AAAA.בבבב.aaaa.

(aaaa) Quid fecerit CHRISTUS.
ὤφθη. Se conſpiciendum praebuit.
(ββββ) Cui, non minùs, quam aliis. Sibi quoque *Paulo*. κἀμοὶ.

bbbb. Quo ordine, & quare iſto ordine. Ubi

(aaaa) Ordinem indicat verbis: ἔσχατον πάντων.
†. Generatim ordinem indicat, voculâ ἔσχατον.
††. Relatè ad teſtes antè citatos. πάντων.

(ββββ) Rationem, quare iſto ordine id contigerit: Nimirùm, quod ipſe ſpectari debeat, ut ἔκτρωμα. ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι.
Ubi perpendendum eſt,
†. Quâ ratione *Paulus* ſe ipſum aſſimilet, τῷ ἐκτρώματι.
††. Quem reſpectum hoc habeat ad ordinem adparitionis CHRISTI, quae *Paulo* obtigit. ὡσπερεὶ.

BBBB. Dictum confirmat, & urget. Cap. XV. 9. & 10.

אאאא. Quod dictum confirmare & urgere ſatagat, docet particulâ, γὰρ.

בבבב. Id quod in hunc finem dicit, hoc modo proponit, ut

aaaa. Humillimè, ſubmiſſo animo, ſuam indignitatem fateatur. Cap. XV. 9.

(aaaa) Agno-

II.—†.BBB.בבבב.*bbb*.ββββ)

**BBBB.בבבב.*aaaa*.

(*aaaa*) Agnoſcens, quod ſit ***minimus Apoſtolorum***. Cap. XV. 9. parte priori. Igitur

┼. Loquitur de ***Apoſtolis***, Legatis primariis *CHRISTI*. τῶν Ἀποστόλων.

┼┼. Profitetur ſe eorum eſſe ***minimum***. Ἐγὼ εἰμὶ ὁ ἐλάχιστος [αὐτῶν].

(ββββ) Idque confirmans, & exaggerans. Cap. XV. 9. parte poſteriori.

┼. Confirmatio continetur verbis: ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι Ἀπόστολος. Quibus verbis

Λ. Conſiderat, tamquam dignitatem inſignem, ***vocari Apoſtolum***. καλεῖσθαι Ἀπόστολον.

ΛΛ. Proteſtatur ſuam indignitatem, quà tantâ dignitate indignus ſit. ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς.

┼┼. Exaggeratio additur. Ubi videndum eſt,

Λ. Quid fateatur, ſe feciſſe. ἐδίωξα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

• Objectum indicat, τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

•• Quid ei fecerit. ἐδίωξα.

ΛΛ. Quod hoc in rationem afferat, ob quam iſtâ dignitate tantò minùs dignus ſit. διότι.

bbbb. Oſten-

//.— †.BBB.בבב.*bbb*.(ββββ)
**BBBB.בבבב.*aaaa*.

bbbb. Oſtendat, quod illa ſua indignitas non tamen minuit auctoritatem teſtimonii ſui Apoſtolici, de reſurrectione *CHRISTI*. Cap. XV. 10. Ubi
(αααα) Synopticè *gratiam DEI* ſuae indignitati opponit.
┼. Oppoſitio indicatur, per particulam, δὲ.
┼┼. Res ipſa exprimitur verbis: Χάριτι Θεῦ εἰμι ὅ εἰμι.
Α. Conſiderat ſe ipſum, ut qui aliquid ſit. ὅ εἰμι. Nimirùm, Apoſtolus JESU CHRISTI, teſtis oculatus CHRISTI redivivi.
ΑΑ. Hoc omne *gratiæ DEI* acceptum refert. χάριτι Θεῦ εἰμι.
• Cauſſam principalem agnoſcit, χάριν Θεῦ.
— Subjectum, quod ſpectari vult, eſt *DEUS*. Θεῦ.
= Huic ſubjecto tribuit, χάριν.
•• Huic cauſſae principali acceptum refert omne id, quod boni in ſe habeat; quae efficiat, ut indignitas ſua non obſtet.
(ββββ) Idque ſic elaborat, ut documenta hujus, quam indignitati ſuae oppoſuerat, gratiae afferat. Ubi

II.— †.BBB.בבב.bbb.(βββ)
**BBBB.בבבב.bbbb.(ββββ)

┼. Generatim effecta cum caussâ, ut ejus documenta, conjungit.
A. Conjunctionis indicium facit particulam, καὶ.
AA. Rem ipsam ita proponit, ut
* Subjectum, de quo loquitur,
— Adpellet χάριν.
= Se consideret ut ejus objectum. ἡ εἰς ἐμὲ.
** Praedicatum declarat, praesto esse ejus effecta, vel documenta. οὐ κενὴ ἐγενήθη.
┼┼. Illaque effecta, speciatim, exaggerat, repetitâ tamen suae indignitatis, & impotentiae agnitione. Hîc notetur
A. Exaggeratio ipsa. Quae
* Per modum gradationis connectitur. per particulam, ἀλλά.
** Fit ostensione documentorum. Provocat, nimirùm, ad suos labores, majores laboribus omnium caeterorum.
Ubi testatur,
— Se *laborasse.* ἐκοπίασα.
= Idque *abundantiùs caeteris omnibus.* περισσότερον αὐτῶν πάντων. Ubi iterum κλίμαξ observari poterit: Dicit enim, x. Com-

//.— †.BBB.בבב.*bbb*.(ꞵꞵꞵ)* *BBBB.בבבב.*bbbb*.(ꞵꞵꞵꞵ) ⸸⸸.Δ.⸳⸳☰

x. Comparatè ad alios, περισσότερον αὐτῶν. Hîc ſciendum eſt,

I. Quas perſonas per pronomen αὐτῶν intelligat.

II. Quod, ratione laborum exantlatorum, ſe ipſum eis anteponat. περισσότερον αὐτῶν.

xx. Et quidem comparatè ad *omnes*. πάντων.

ΔΔ. Repetitio agnitionis ſuae nullitatis, ſive indignitatis, & impotentiae; ita ut totum quantum unicè laudatae *gratiae DEI* acceptum referat. Exprimit igitur hanc agnitionem

• Negativè.

— Tranſitum faciens. per particulam, δέ.

☰ Negans, ſibi horum laborum ullam gloriam deberi. οὐκ ἐγώ.

•• Poſitivè. Ubi videre eſt

— Poſitionis oppoſitionem. per particulam, ἀλλά.

☰ Poſitionem ipſam.

In hac poſitione attendendum eſt, ad

x. Subjectum. Quod iterùm

I. Generali phraſi, ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, exprimit. Nota

ɔ. Perſonam exprimi, addito articulo, τοῦ Θεοῦ.

ɔɔ. Eique tribui *gratiam* eamdem, de quâ ſuprà locutus erat. ἡ χάρις.

II. Speciali, in ordine ad ſe ipſum, ſpectandum exhibet. ἡ σὺν ἐμοί. Quod indicat ſe non tantùm factum eſſe, ſed & conſtanter eſſe, objectum hujus *gratiae*.

xx. Praedicatum, non equidem expreſſum, ſed ſubaudiendum. ἐκοπίασε.

II.—†.

††. De cooperariorum suorum praedicatione, cum suâ consentiente. Cap. XV. 11. parte priori. Ubi notetur

AAA. Particula οὖν. Quâ docet se probationem resurrectionis CHRISTI hoc epilogo concludere velle.

BBB. Res ipsa. Ubi notetur

אאא. Subjectum duplex, sed consociatum.

ααα. Subjectum duplex hîc spectandum proponitur.

(aaa) Ἐγὼ.

(βββ) Ἐκεῖνοι.

bbb. Consociatio utriusque exprimitur, per repetitam particulam, εἴτε. εἴτε Ἐγὼ, εἴτε ἐκεῖνοι.

בבב. Praedicatum. Quo

aaa. De utrisque dicitur, quod sint praecones. κηρύσσομεν.

bbb. Simulque consensus indicatur. per voculam, οὕτω.

☰ Quod id, quod praedicaverint utrique, *Paulus* & socii ejus, a *Corinthiis* fide acceptatum sit, sine ullo, hac in parte, dissensu, aut haesitatione. Cap. XV. 11. parte posteriori. Notetur

†. Particula copulativa, καὶ. Quâ fides *Corinthiorum* suae caussae instrumentali annectitur.

††. Res ipsa. Quae

AAA. Generatim fidem *Corinthiorum* laudat. ἐπιστεύσατε.

BBB. Speciatim, consensum, sine haesitatione. per voculam οὕτως.

TA-

TABULA LXXI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 12-20.

IN hac pericopâ *Paulus* Apoſtolus *Corinthios* deterret, ne in errorem peſſimum illorum, qui reſurrectionem mortuorum in CHRISTO, ultimo die exſpectandam, negabant, concederent: Quod facit demonſtratione abſurdi, quod ex illo errore ſequeretur, multiplicis. Cap. XV. 12-20.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)2.AA.אא.*aa*.(ββ)§§./.

Hoc autem Apoſtolus, in hac pericopâ,

— Breviter indicat. Cap. XV. 12. 13. & 14. Ubi

†. Quaſi mirabundus rogat, quo pacto abſurda illa ſententia, quod nulla ſit reſurrectio mortuorum, quibusdam in mentem venire, vel ab illis teneri poſſit. Cap. XV. 12.

Hîc autem notari meretur

AAA. Tranſitio facta, per particulam, δὲ. Quaſi diceret Apoſtolus: Tam evidens eſt nexus, inter reſurrectionem CHRISTI, & illorum, qui CHRISTI ſunt, ut videri queat, neminem, qui Evangelium de illâ praedicatum audit, hanc

— †.AAA.

negare posse; *SED*, quod miror, audio id fieri.

BBB. Res ipsa. In quâ reperimus, quod Apostolus

אאא. Praemittat fundamentum suae admirationis: Nimirùm, praedicationem CHRISTI suscitati. Ubi

aaa. Ex suprà dictis repetit, quod *Christus praedicetur*, & quidem speciatim, *quod ex mortuis suscitatus sit.* Χριςὸς κηρύσσεται, ὅτι ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται.

bbb. Hoc pro fundamento suae admirationis ponit. Quod exprimit per particulam, εἰ.

בבב. Suam admirationem, ob negatam a quibusdam resurrectionem illorum, qui in CHRISTO sunt, declaret.

aaa. Ponit *nonnullos* inter *Corinthios* esse, *dicentes, non esse resurrectionem mortuorum.*

(ααα) Subjectum, de quo loquitur, dicit, τινες ἐξ ὑμῶν.

(βββ) Praedicatum exprimit verbis: λέγουσιν, ὅτι ἀνάςασις νεκρῶν ὐκ ἔςιν.

bbb. Miratur, tales dari homines, cum hic error cum praedicatione, quâ CHRISTUS ab Apostolo & aliis *praedicatus* est, & quidem, *quod ex mortuis suscitatus sit*, minimè consistere queat. Hanc admirationem exprimit, hoc interrogativo loquendi modo: πῶς λέγυσι τινες;

††. Hujus suae admirationis caussas exponit. Cap. XV. 13. & 14.

Asserendo

AAA. Con-

—††.

AAA. Consequentiam utriusque veritatis: Nimirùm, resurrectionis mortuorum & resurrectionis CHRISTI. Cap. XV. 13. Ubi notari meretur

אאא. Particula, transitum faciens. δὲ.

בבב. Indicatio consequentiae, sive nexûs utriusque thesis.

Hic igitur perpendi debet

aaa. Hypothesis Adversariorum; quae ut fundamentum ratiocinationis ponitur.

Notetur hîc iterùm

(*aaa*) Res, quam illi ponebant. Erat, nimirùm, *non dari resurrectionem mortuorum*. ἀνάστασις νεκρῶν ὐκ ἔστιν.

(*βββ*) Atque res ista hîc ponitur conditionatè, ex mente Adversariorum. per particulam, εἰ.

bbb. Quid ex eâ concludendum foret. ὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται.

BBB. Absurditatem illius consequentis. Cap. XV. 14. Ubi

אאא. Illud consequens perpendi debet. Quod

aaa. Per modum progressionis connectitur per particulam, δὲ.

bbb. Proponitur conditionatè. εἰ Χριστὸς ὐκ ἐγήγερται.

בבב. Ejus absurditas duplici ratione ob oculos ponitur. Ostendendo hinc sequi

aaa. Vanitatem praedicationis *Pauli* & reliquorum Apostolorum. Quod

(*aaa*) Ex-

— ‡‡.BBB.בבב.*aaa.*

(*ααα*) Exprimitur verbis: κενὸν τὸ κήρυγμα ἡμῶν. In quo enunciato

* Subjectum est, τὸ κήρυγμα ἡμῶν. Hic videndum est,

AAAA. Quaenam personae indigitentur per pronomen, ἡμῶν.

BBBB. Quod illis tribuatur κήρυγμα. τὸ κήρυγμα ἡμῶν.

** Praedicatum. κενὸν.

(*βββ*) Spectandum exhibetur, ut consectarium, quod flueret ex hypothesi illorum, qui sustinerent negare resuscitationem CHRISTI ex mortuis. Quò facit particula, ἄρα.

bbb. *Vanam* simul esse *fidem Corinthiorum.* Notetur hîc

(*ααα*) Particula, transitum faciens. δὲ. Quasi diceret Apostolus: Non tantùm sequeretur ex sententiâ illorum, qui negare sustinerent resuscitationem CHRISTI, *vanam* esse *praedicationem Pauli* & reliquorum Apostolorum: *SED* insuper hinc sequeretur, quod *Corinthii* in vanum amplexi sint Evangelium. Hoc autem

(*βββ*) Proponitur, & cum proximè praecedenti absurdo consectario conjungitur.

* Pro-

— ††. BBB. בבב. *bbb*. (βββ)

* Propositio ipsa hujus secundi consectarii absurdi continetur verbis: κενὴ ἡ πίστις ὑμῶν. In quibus verbis

AAAA. Subjectum enunciati est, ἡ πίστις ὑμῶν.

אאאא. Alloquitur *Corinthios*, pronomine ὑμῶν.

בבבב. Eisque tribuit fidem. Dicens, ἡ πίστις ὑμῶν.

BBBB. Praedicatum, κενή.

** Connexio indicatur per particulam καί.

⁐ Uberiùs demonstrat. Cap. XV. 15-20. Docens, negationem resuscitationis CHRISTI,

†. Non posse consistere cum agnitione veracitatis testium DEI. Cap. XV. 15. & 16. Quae si agnoscenda sit, pessimè statuitur omne id, quicquid sit; ex quo sequeretur, vanam esse illorum praedicationem.

AAA. Transitio fit per particulam δέ. Quâ Apostolus videtur velle dicere; Non est levis momenti illud absurdum, quo statueretur, vanam esse Apostolorum praedicationem; *SED* hoc omninò esset absurdum, cum hoc simul involveret negationem veracitatis testium DEI.

BBB. Res ipsa, quae hisce duobus commatibus ob oculos ponitur, constat:

אאא. Propositione hujus absurdi, cum praecedenti connexi. Cap. XV. 15. parte priori.

 aaa. Ipsâ

= †.BBB.אאא.

aaa. Ipſa connexio indicatur per particulam, καὶ.

bbb. Propoſitio theſis abſurdae exprimitur his verbis : εὑρισκόμεθα ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ.

Ubi videndum eſt,

(*ααα*) Quid ſint ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ. (*a*)

(*βββ*) Quod tales deprehenderentur Apoſtoli, ſi vana eſſet praedicatio ipſorum; ſeu, quod aequipollens eſt, ſi falsò affirmaſſent, vel affirmarent, CHRISTUM ex mortuis eſſe ſuſcitatum. εὑρισκόμεθα.

בבב. Oſtenſione, quod hoc indivulſo nexu cohaereret cum abſurdà theſi Adverſariorum, qui ſtatuere ſuſtinerent, CHRISTUM ex mortuis non eſſe ſuſcitatum, vel vanam eſſe Apoſtolorum praedicationem: Et, per conſequens, quod eodem indivulſo nexu cohaereret cum aſſerto illorum, qui di-

(*a*) Haec phraſis poteſt ſignificare tales, qui falsò jactant ſe eſſe teſtes DEI: Atque hoc ipſum poteſt habere duplicem ſignificatum; Teſtia DEI enim poteſt denotare aliquem, qui de DEO teſtatur; ſed quae falſa ſunt; vel aliquem, qui teſtatur nomine & juſſu DEI, atque adeo per quem teſtatur DEUS; vel aliquem, qui teſtatur idem cum DEO, qui illud teſtatur, quod DEUS etiam aliis modis teſtatus eſt, & tamen falſa teſtatur.

Hiſce duobus, poſtremo loco indicatis, ſignificatibus mihi videtur phraſis hic ſumenda: Hiſce autem ſignificatibus aliquem dicere ψευδομάρτυρα τοῦ Θεοῦ (vel aliquos dicere ψευδομάρτυρας τοῦ Θεοῦ) eſt abſurdiſſime loqui: Cum ille, qui nomine & juſſu DEI teſtatur; per quem teſtatur DEUS; vel qui idem teſtatur, quod DEUS teſtatur, non poſſit eſſe ψευδομάρτυρ τοῦ Θεοῦ, quia DEUS, fallere neſcius, non poſſit ipſe falſa teſtari, neque etiam jubere, ut quis ipſius nomine & juſſu falſa teſtetur.

= †.BBB.בבב.

dicebant οὐκ ἐστι ἀνάστασις νεκρῶν.

Hunc nexum

aaa. Ostendit Apostolus Cap. XV. 15. parte posteriori, & 16.

Hunc nexum igitur ut ostendat,

(*aaa*) Affirmat, quod κατὰ τοῦ Θεοῦ (*Belgae* vertunt **van God** / *de DEO*; Ego potiùs verterem vel *secundum jussum DEI*, vel *convenienter ipsius DEI testimoniis*) *testati* sint, quod DEUS *CHRISTUM suscitaverit.* Cap. XV. 15. parte posteriori.

Hoc videmus Apostolum

* Affirmare his verbis: ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστόν. Quibus verbis

AAAA. Declarat, quid ipse & alii Apostoli fecerint.

אאאא. Objectum, circa quod versati fuerint, fuit haec thesis: ὅτι ὁ Θεὸς ἤγειρε τὸν Χριστόν.

בבבב Quid huic objecto fecerint. ἐμαρτυρήσαμεν, ὅτι &c.

BBBB. Indicat, quo Auctore, cujusque jussu, hoc fecerint. κατὰ τοῦ Θεοῦ.

** Et in argumentum adducit, quo probat, quod illi, qui praedicationem Apostolorum vanam existimabant, eos facerent fallos DEI te-

 stes,

ſtes, qui Auctore DEO & juſſu DEI falſa teſtati fuerint. per particulam, ὅτι.

(βββ) Adplicat praeſenti negotio; adſerens, quod dicere non eſſe reſurrectionem mortuorum, involvat negationem reſuſcitationis CHRISTI. Cap XV. 15. parte poſteriori. ὃν οὐκ ἤγειρεν [ὁ Θεὸς,] εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται.

bbb. Denuò adſtringit; oſtendendo, quod veritas reſurrectionis mortuorum ita ſit fundata in reſurrectione CHRISTI, ut haec ſtatui non poſſit, ſi illa negetur. Cap. XV. 16. εἰ γὰρ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται.

(*aaa*) Quod illa, quae hujus commatis parte priori dixerat, ulteriùs breviter & ſummatim adſtringere velit, docet particula, γάρ.

(βββ) Rem ipſam ita exprimit, & indivulſum nexum, inter reſurrectionem mortuorum & reſurrectionem CHRISTI, his verbis declarat: εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται.

††. Evertere fidem, quam *Corinthii* amplexi & profeſſi erant; Quod & ipſum abſurdiſſimas ſequelas ſecum

ⵗ ††.

ſecum traheret. Cap. XV. 17. 18. & 19. Ubi

AAA. Hoc denuò oſtendit. Cap. XV. 17. parte priori. εἰ δὲ Χριςὸς ὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίςις ὑμῶν. (a)

BBB. Cum eo connexas eſſe longè abſurdiſſimas ſequelas. Cap. XV. 17. parte poſteriori, 18. & 19.

אאא. Prima abſurdiſſima ſequela, quam ſecum trahit negata reſurrectio CHRISTI, ſpectat directè ad ipſos *Corinthios*. ἔτι ἐςὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. Cap. XV. 17. parte poſteriori.

Ubi videndum eſt,

aaa Quid ſit εἶναι ἐν ἁμαρτίαις. Adeoque conſiderandum

(*ααα*) De ἁμαρτίαις *Corinthiorum*. ἁμαρτίαις ὑμῶν.

(*βββ*) De integrâ phraſi, εἶναι ἐν ἁμαρτίαις.

bbb. Quod hoc *adhucdum* de *Corinthiis* verum ſit, ſi verum ſit CHRISTUM non eſſe ſuſcitatum. ἔτι ἐςὲ ἐν ἁμαρτίαις ὑμῶν.

(*ααα*) Supponitur, quod *Corinthii* fuerint ἐν ἁμαρτίαις [αὐτῶν].

(*βββ*) Indicatur, quod ſi verum ſit, quod CHRISTUS non ſit ſuſcitatus, verum quoque ſit, quod *Corinthii ADHUCDUM* in eodem illo priſtino ſtatu ſint, & per conſequens, quod ματαία ſit ἡ πίςις eorum.

 Hoc

(a) Haec jam vidimus commatis 14. parte poſteriori: Solummodo notanda eſt qualiſcumque differitas vocum κενὴ & ματαία: Omnia reliqua eodem modo ſe habent. Κενὴ foret eorum fides, nullo ſolido fundamento nixa: Ματαία foret, nullam utilitatem, nullum fructum habitura.

= ††.BBB.אאא.*bbb*.(ββ3)

Hoc itaque si pro absurdo habeant, uti habere debebant, *Corinthii*, contrarium experti; pro absurdo etiam habere debebant sententiam illorum, qui negare sustinerent, CHRISTUM ex mortuis suscitatum esse.

בבב. Duae insuper absurdissimae sequelae, quas secum trahere debebat negatio resurrectionis CHRISTI, spectant ad universos credentes, tùm antiqui temporis, tùm praesentis temporis. Cap. XV. 18. & 19.

aaa. Prima harum ad illos, qui antiquis temporibus in CHRISTUM venturum crediderunt, &, in illâ fide, *in CHRISTO obdormiverunt*, pertinet: expressa Cap. XV. 18. Nimirùm, docet Apostolus, ex illorum sententia, qui negant *CHRISTUM e mortuis suscitatum esse*, sequi, actum esse de salute *eorum*, *qui in* CHRISTO *obdormiverunt*.

In hoc commate

(*aaa*) Particula καὶ indicat Apostolum aliam insuper absurdam sequelam ob oculos ponere velle; fluentem ex hypothesi illorum, qui negare sustinerent resuscitationem CHRISTI.

(ββ3) Absurda illa sequela exhibetur

tur verbis: ἄρα οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ ἀπώλοντο.

Ubi videndum eſt,

* Quid ſit illud abſurdum, de quo loquitur Apoſtolus.

Quod ut intelligamus, perpendere oportet

AAAA. Subjectum, de quo loquitur Apoſtolus. οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ.

BBBB. Praedicatum; teſtans de illorum ſtatu hoc abſurdum. ἀπώλοντο. *perierunt.*

** Quod hoc ſequeretur, poſito quod CHRISTUS non reſurrexerit. Quò pertinet particula, ἄρα.

bbb. Altera abſurdiſſima ſequela, quae ex negatâ reſuſcitatione CHRISTI flueret, ſpectat ad credentes quoſvis in terrâ adhuc peregrinantes, & *in CHRISTO SOLO ſpem ſuam collocantes*; qui, ſi CHRISTUS non reſurrexerit, *miſerrimi omnium hominum eſſent.* Cap. XV. 19.

Hic perpendi debet

(*aaa*) Deſcriptio ſubjecti, quae fundamentum eſt hujus ratiocinationis.

Hic perpendatur

* De-

= ††.BBB.בבב.*bbb*.(*aaa*)

* Deſcriptio ipſa: Quâ credentes, dum *in hac vitâ* adhuc ſunt, pinguntur ut qui omnem ſuam *ſpem in SOLO CHRISTO* poſuerunt.

AAAA. Subjectum igitur hujus ſententiae ſunt *Paulus*, *Corinthii*, eorumque ſimiles, qui Euangelium CHRISTI amplexi ſunt. Quos verbo primae perſonae exprimit. ἐσμὲν.

BBBB. Spectandi exhibentur:

אאאא. Ratione ſtatûs externi, ut qui ſint adhucdum *in hac vitâ*, membra Eccleſiae militantis. ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ. *In hac vitâ:* In quâ tam multa, tam dira, tam dura pati debemus:

בבבב. Ratione ſtatûs ſpiritualis, ut qui *ſpem poſuerint in SOLO CHRISTO*. ἐσμὲν ἠλπικότες ἐν Χριστῷ μόνον. Hic conſiderandum eſt

aaaa. De objecto, quod exprimitur verbis: ἐν Χριστῷ.

bbbb. De actuoſitate credentium circa hoc objectum, excluſis omnibus aliis, quae ſolamen afferre poſſe viderentur.

(*aaaa*) Actuoſitas ipſa circa hoc objectum exprimitur verbis: ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν [αὐτῷ].

(ββββ) Excluſio omnis alius actuoſitatis, per quam aliquid ſolaminis ſibi pollicerentur, praeter hanc unicam, fiduciae in *Chriſto* collocatae. Quae excluſio indicatur voce, μόνον.

** Quod hanc deſcriptionem ponat, ut fundamentum ſuae ratiocinationis. Quod indicat particula εἰ. Si ita verſati ſumus circa CHRISTUM, & etiamnunc, quamdiu in hac vitâ ſumus, verſamur, ut omnis noſtra ſpes unicè ſit collocata in CHRISTO; uti revera res ſe habet. (βββ) De-

= ††.BBB.בבב.*bbb*.(*ααα*)
(*βββ*) Deſcriptio deplorabilis ſtatûs hujus ſubjecti; in quo eſſet, ſi vera eſſet adverſariorum ſententia; ſtatuentium, CHRISTUM non eſſe reſuſcitatum. ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμὲν.

Hoc igitur cum abſurdum ſit, agnoſcendum eſt, CHRISTUM ex mortuis eſſe ſuſcitatum.

Ratiocinatio ita mihi videtur concipienda:

Si CHRISTUS non reſurrexit, (quae eſt hypotheſis, quam abſurditatis arguere annitor) *& nos in CHRISTO ſpem noſtram UNICE* (nullum aliud ſolatium optantes vel exſpectantes) *poſuimus*, *miſerrimi ſumus omnium hominum.* Quid enim miſerius eſſe poteſt, quam ſpem ſuam in hac vitâ, tot aerumnis plenâ, UNICE ponere in illo, qui manifeſtò Impoſtor deprehenſus eſt? Talis profectò foret, ſi non reſurrexiſſet: Quandoquidem promiſerat, ſe TERTIO die proditurum eſſe ex ſepulcro.

Communiter tamen paulò aliter verſus 19nus. exponitur ab Interpretibus; ſtatuentibus trajectionem vocis μόνον, eamque connectentibus cum vocibus ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ. Sic *Paulus* dicere vellet: Sumus miſerrimi omnium hominum, ſi omnis noſtra ſpes, in CHRISTO poſita, tantùm res, commoda, proſperitates hujus vitae reſpiceret, & non ſimul, & quidem potiſſimum, felicitatem futuri ſaeculi; & per conſequens reſurrectionem mortuorum.

Verùm assensum meum non impetrant; idque ob has rationes:

Primùm, quod durissima mihi videatur illa, particulae μόνον, transpositio.

Verba; Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριςῷ μόνον, simpliciter sonant: *Si in vitâ hac sperantes sumus in CHRISTO Solùm.*

Haec si vertantur, quod facit *Beza: Si in hac solum vitâ speramus in CHRISTUM;* transponitur particula μόνον, quasi diceretur ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ μόνον. Hoc profectò durum est.

Praeterea, quod, secundum hanc explicationem, phrasis, *Speramus in hac vitâ*, deberet exponi: *Speramus illa quae ad hanc vitam* pertinent: Id est, ejusdem longaevitatem, in re lautâ. Quae explicatio probari deberet, cum Graecâ phrasi convenire: Quod si liquidò etiam probaretur, negari tamen non posset, meam expositionem longè simpliciorem esse.

Denique, quod non admitterent Adversarii hanc ratiocinationem pro resurrectione mortuorum. Felicitatem speramus, dicerent, post hanc vitam, sine resurrectione corporum, quae tantùm ergastula fuerunt; felicitatem igitur, quae sita erit in consummatione animorum liberatorum ex illo ergastulo. Confer illud dictum, quod, ex *Maimonide*, attulit Clarissimus L'EMPEREUR, quod legere est in prolegomenis meis ad hanc ipsam Epistolam, pag. 37. lin. 10. 11. 12. 13. 14.

TA-

TABULA LXXII. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 20–29.

COmprehendit haec pericopa Demonſtrationem, quod, tenentes reſurrectionem CHRISTI, etiam tenere debeant, & exſpectare reſurrectionem mortuorum, qui CHRISTI ſunt; deſumptam ex qualitate perſonae & muneris Mediatorii CHRISTI. Cap. XV. 20-29.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)2.AA.אא.*aa*.(ββ)§§.//.—

In hac igitur pericopâ Apoſtolus noſter

†. Oſtendit, quomodo *CHRISTUS*, *ex mortuis ſuſcitatus*, conſiderari debeat, tamquam *primitiae;* atque hoc pacto ſpem faciat reſurrectionis illorum, qui per Ipſum ſanctificati ſunt; quod exemplo *Adami*, a quo mors in omnes pervenit, confirmat. Cap. XV. 20-24.

Hoc autem

AAA. Proponit. Cap. XV. 20.

אאא. Tranſitum faciendo, per particulas, νυνὶ δὲ. Quaſi diceret: Oſtendi abſurdas ſequelas, ex negatione reſuſcitationis CHRISTI fluentes; abſit igitur hic error: *SED NUNC* pro fun-

†. AAA. אאא.

damento teneamus *CHRISTUM ex mortuis suscitatum* esse; & hinc eliciamus, quid mortui, qui in Ipso sunt, exspectandum habeant.

בבב. Rem ipsam ita ante oculos ponendo, ut

aaa. Fundamentum jaciat demonstratam hactenùs veritatem: *CHRISTUS ex mortuis est suscitatus.* Χριςὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν.

bbb. Indicat, quo pacto haec resuscitatio CHRISTI spectanda sit: Nimirùm, instar *primitiarum.* ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο.

Ubi perpendendum est,

(*ααα*) Quinam illi sint, qui hic veniunt nomine, τῶν κεκοιμημένων.

(*βββ*) Quo sensu & scopo *CHRISTUS, resuscitatus ex mortuis*, dicatur *factus primitiae* ipsorum. ἐγένετο ἀπαρχὴ [αὐτῶν]. (a)

BBB. Confirmat & illustrat. Cap. XV. 21. 22. & 23.

אאא. Confirmationem reperire est Cap. XV. 21. & 22.

aaa. Generatim magis expressam. Cap. XV. 21. Ubi urget, quod sicuti *homo* fuit, *per quem mors*, ita quoque *homo* sit, *per quem*

(a) Vide Celeberr. *VOGET* in Exercitatione ad hunc locum, subjectâ Operibus Plur. Vener. *Davidis Flud van Giffen*, a Viro Clarissimo linguâ *Belgicâ* editis.

†.BBB.אאא.*aaa.*

quem resurrectio mortuorum locum habeat.

Notetur hîc

(*aaa*) Particula, quâ transitum facit, γὰρ. Quae indicat, quod illis, quae dicturus est, confirmare velit id, quod dixerat de CHRISTO: Nimirùm, quod ἐγένετο ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων.

(*βββ*) Id, quod in probationem adfert. Ubi perpendere oportet duas propositiones, quarum posterior ex priori deducitur.

* Duae propositiones hae sunt:

AAAA. Prior ponit, *per hominem* esse *mortem.* δι᾽ ἀνθρώπου ὁ θάνατος.

In hac propositione

אאאא. Subjectum enunciati est ὁ θάνατος.

בבבב. Praedicatum. δι᾽ ἀνθρώπου.

BBBB. Altera ponit, *per hominem* esse *resurrectionem mortuorum.*

In quâ propositione,

אאאא. Subjectum enunciati est ἀνάστασις νεκρῶν.

בבבב. Praedicatum. δι᾽ ἀνθρώπου.

** Earum ad se invicem relatio, sive mutuus respectus, exprimitur, per particulas, ἐπειδὴ & καὶ. Harum

AAAA. Prima, ἐπειδὴ, significat, quod prior propositio contineat hypo-

 thesin

thesin certam; ex quâ altera deduci queat.

BBBB. Altera particula, καὶ, indicat, quod secunda propositio cum priori, ut consequens cum antecedenti, connexa sit.

bbb. Speciatim magis elucidatam, atque sic confirmatam. Cap. XV. 22.

(*aaa*) Quod ad specialiorem elucidationem confirmatoriam illa, quae hoc commate 22°. dicturus est, faciant, indicat Apostolus, particulâ γὰρ.

(βββ) Quod ad rem ipsam attinet, iterùm reperimus duas propositiones, ita connexas, ut altera ex priori deducatur.

* Duae propositiones hae sunt:

AAAA. In primâ ponitur, quod *omnes in Adamo moriantur*.

In hac propositione

אאאא. Subjectum enunciati sunt *omnes*. πάντες.

בבבב. Praedicatum affirmat, quod *in Adamo moriantur*. ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκουσιν.

aaaa. Ponit igitur hoc praedicatum id, quod experientiâ

†.BBB.אאאא.bbb.(ββββ)
*AAAA.בבבב.aaaa.

rientiâ conſtat. ἀποθνήσκουσιν.

bbbb. Aſſerit hoc oriri ex communione, quam cum *Adamo* habent.

Nimirùm, conſiderandi ſunt,

(αααα) Ut qui ſint *in Adamo*, ut Capite foederali, & ſtirpe generis humani.

Conſiderandum igitur hîc eſt

┼. De perſonâ, de quâ hîc loquitur Apoſtolus. Quae inſignitur nomine, τῷ Ἀδὰμ.

┼┼. De communione omnium hominum cum ipſo. Quae indicatur praepoſitione, ἐν.

(ββββ) Ut qui hinc morti obnoxii ſint. ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκουσιν.

BBBB. In alterâ adſeritur, quod *in CHRISTO omnes vivificabuntur.* ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται.

Hîc rurſùs, in hac propoſitione,

אאאא. Subjectum enunciati dicuntur *omnes.* πάντες.

בבבב. Praedicatum adfirmat eos *in CHRISTO vivificatum iri.*

Ponit igitur hoc praedicatum,

aaaa. Quod *omnes vivificandi* ſint. ζωοποιηθήσονται.

bbbb. Aſſerit hoc futurum eſſe, vi communionis eorum cum *CHRISTO.* ἐν τῷ Χριστῷ.

Con-

†.BBB.אאאא.*bbb* (βββ)
*BBBB.בבבב.*bbbb*.

Confiderandi igitur funt hi πάντες, de quibus loquitur Apoftolus,

(*aaaa*) Ut qui fint *in CHRISTO*, ut Capite illorum, qui Ipfi a Patre dati funt, ut perveniant ad falutem. Quare confiderandum eft

┼. De perfonâ, quae hîc nomine τῦ Χριςῦ venit.

┼┼. De communione illorum πάντων, de quibus hîc loquitur, cum Ipfo, ut Capite illorum, qui Ipfi a Patre dati funt. Indicatâ per praepofitionem, ἐν. Ἐν τῷ Χριςῷ.

(ββββ) Ut qui per Ipfum, & vi communionis cum Ipfo, *vivificandi* fint. ζωοποιηθήσονται ἐν τῷ Χριςῷ.

** Earum ad fe invicem relatio, five mutuus refpectus, exprimitur, per particulas, ὥσπερ & ὅτω καὶ.

AAAA. Prior particula, ὥσπερ, indicat, in priori propofitione id poni, ex quo altera deduci queat.

BBBB. Duae pofteriores particulae indicant, quod pofterior propofitio ex priori, ut res praefigurata ex typo, & ut confequens ex antecedenti, deduci queat & debeat.

אאאא. Typicae relationis indicium videtur cerni poffe in particulâ, ὅτω.

בבבב. Confequentis ex antecedenti propofitione deductio innui videtur, particulâ, καὶ.

בבבב. Il-

†.BBB. אאא.

בבב. Illustrationem reperire est Cap. XV. 23.

aaa. Generatim propositam. Cap. XV. 23. parte priori.

Ubi notetur

(*aaa*) Transitio, quam facit particula, δὲ. Quasi diceret Apostolus: Hoc quidem verum est, quod omnes illi in CHRISTO mortui nondùm in vitam redierint; *SED* hoc tamen nihil obstat asserto meo, quod ἐν τῷ Χριστῷ ζωοποιηθήσονται.

(*βββ*) Res ipsa: Quae est, quod illa vivificatio *unicuique* evenire debeat, (& ratione ipsius Capitis evenerit) *suo ordine.* ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι.

bbb. Speciatim expositam. Cap. XV. 23. parte posteriori.

Nimirùm, hoc evenire debuit, & eveniet.

(*aaa*) *CHRISTO*, ut *primitiis*, evenit. Quod testatur Apostolus verbis: ἀπαρχὴ Χριστός. supple ἐζωοποιήθη.

(*βββ*) Illis, quorum *CHRISTUS* Caput est, & qui nondùm vel mortui, vel resuscitati sunt, eveniet ultimo die, quando CHRISTUS e coelo redibit. Notemus hic

* Objectum, circa quod sermo Apostoli hic versatur. Quod sunt οἱ τοῦ Χριστοῦ.

** Quid huic objecto eventurum praedicat Apostolus, quove ordine & tempore.

†.BBB.בבב *bbb*.(βββ)**

AAAA. Res quidem ipsa non exprimitur verbis; sed ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti debet verbum ζωοποιηθήσονται.

BBBB. Adjuncta: ordinis, & temporis, & caussae. Huc pertinet

אאאא. Adverbium temporis, ἔπειτα. Quod generalius est.

בבבב. Descriptio temporis, quae simul caussam efficientem illius vivificationis indicat, expressa verbis: ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ.

Hîc considerandum est

aaaa. De adventu CHRISTI. τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. Ubi

(αααα) Persona indicatur pronomine, αὐτοῦ.

(ββββ) Eique tribuitur posthac futura παρουσία.

bbbb. De nexu hujus adventûs CHRISTI & vivificationis illorum, qui CHRISTI sunt; indicato praepositione ἐν. ἘΝ τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ.

††. Ob oculos ponit, quid pactum inter Patrem & Filium, convenienter oraculis *PSALMI* CX. &

††.
& VIII. exigat; ex quo certò exſpectandum ſit, fore, ut ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ vivificentur illi, qui CHRISTI ſunt. Cap. XV. 24-29.

In quâ demonſtratione hunc ordinem ſervat Apoſtolus, ut

AAA. Pro fundamento ponat, tunc demùm adfore finem hujus ſaeculi, & adminiſtrationis Regni gratiae, in Eccleſiâ, in his terris militante. Cap. XV. 24. Quod

אאא Brevibus verbis proponit. ἔιτα τὸ τέλος.

Hîc perpendendum eſt,

aaa. De quo fine loquatur Apoſtolus, quando dicit. τὸ τέλος.

bbb. Quo pacto eum, tùm cum proximè praecedentibus, tùm cum ſequentibus, connectat. per voculam, ἔιτα.

בבב. Uberiùs exponit: Indicando, quid proximè τὸ τέλος praeceſſurum, & cum eo immediatum nexum habiturum ſit. Quod duobus enunciatis declarat:

aaa. Priori oſtendit, quod proximè praeceſſura ſit traditio regni, tradendi DEO & Patri, ut judicet, an illud nunc ad iſtam conſummationem perductum ſit, ad quam illud perducendum eſſe voluit Pater.

Ubi Apoſtolus

(*aaa*) Statuit CHRISTUM *DEO & Patri traditurum* eſſe *Regnum*.

Ad cujus ſententiae intelligentiam, ſciendum eſt,

 * Quod-

††.AAA.בבב.*aaa*.(*αα*)

* Quodnam objectum Apostolus designet, per nomen τὴν βασιλείαν. (*a*)

** Quid huic objecto facturus sit CHRISTUS. *Tradet illud DEO & Patri.*

Ubi accuratè considerandum est

AAAA. De Personâ, circa quam versabitur CHRISTUS. Quae indicatur verbis: τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.

אאאא. Primum nomen, quod Apostolus huic Personae tribuit, est, τῷ Θεῷ.

בבבב. Alterum nomen, quod priori jungitur, cernitur in verbis: καὶ Πατρί.

aaaa. Ipsum nomen, quod eidem Personae tribuitur, exprimitur, nomine Πατρί.

bbbb. Et per particulam καὶ priori jungitur; non ad indicandum hoc posteriori nomine aliam Personam significari, quam quae significata fuit priori; sed ad eamdem Personam a speciali quâdam relatione describendam.

BBBB. Quo pacto CHRISTUS circa istam Personam versabitur. Nimirùm, *tradet Ei*, hoc est, sistet Coram Eo, *Regnum*, jam ad consummationem perductum. παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Conf. 1 *THESSAL.* III. 13.

(βββ) Quod

(*a*) Uti mihi videtur, Ecclesiam. Saltem non repugnat significatio vocabuli βασιλεία. Βασιλεία denotat, multitudinem hominum, associatorum, uni principi subjectorum. *Matth.* XXIV. 7. Sic ἡ βασιλεία erit: Haec multitudo, sive haec universitas hominum, quam Pater Filio suo regendam dedit, hominum, qui huic principi obsequium fidei praestant.

††. AAA. בבב. *aaa* (*αaa*)

(*βββ*) Quod hoc proximè praecessurum sit, & immediatè cum τῷ τέλει, de quo locutus fuerat, connexum, declarat. per particulam, ὅταν.

bbb. Posteriori declarat, quid hanc traditionem Regni praecedere necessariò debeat, & cum quo, ad umbilicum perducto, ista traditio Regni conjuncta sit. ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν.

Quibus verbis videmus, Apostolum (*αaa*) Praedicere, quid CHRISTUS facturus sit. Perpendendum hîc venit

* Objectum, circa quod versabitur CHRISTUS. Quod

AAAA. Summatim comprehendit phrasi, πᾶσαν ἀρχήν. Ubi sciendum est,

אאאא. Quid nomine ἀρχῆς intelligendum sit.

בבבב. Quò respiciat illud, universalitatem denotans, adjectivum, πᾶσαν.

BBBB. Enucleatiùs exponit; cum indicatione eorum, quibus illae ἀρχαὶ abutuntur, ad impugnandum Regnum CHRISTI. Haec autem

 אאאא. In-

††.AAA.ככב.*bbb*.(*aaa*)*AAAA.

אאאא. Indicat duobus nominibus, quae consociat.

aaaa. Haec nomina exprimit, dicendo:

(*aaaa*) Ἐξουσίαν. Quod vocabulum qualecumque jus vel poteſtatem denotat.

(ββββ) Δύναμιν. Quod vocabulum vires, vel potentiam, quâ exercetur jus, vel exſecutioni datur poteſtas, ſignificat.

bbbb. Conſociat per particulam, καὶ. Quia ἐξουσία ſine viribus, χωρὶς δυνάμεως, nihil efficere valet.

ככבב. Univerſa comprehendit. per adjectivum, πᾶσαν.

** Quid huic objecto facturus ſit CHRISTUS. Quod exprimit verbo, καταργήσῃ.

(βββ) Hoc conjungere, tamquam requiſitum, quod, quando abſolutum erit, proximè ſequeretur illa, de quâ locutus eſt, commate praecedenti, *traditio Regni*. Quod iterùm ſignificatur, per adverbium temporis, ὅταν.

Huic fundamento ſuperſtruit Apo-

††.AAA.בבבב.*bbb*.(ββρ)

Apoſtolus, quod *in adventu CHRISTI vivificabuntur illi, qui CHRISTI ſunt.*

BBB. Confirmat hoc, quod ponit, fundamentum, ex duobus oraculis Divinis, in *PSALMO* CX. & VIII. reperiundis, ad quae digitum intendit, &, ad ſcopum ſuum; ex illis porrò ratiocinatur. Cap. XV. 25. 26. 27. & 28.

In quibus commatibus

אאא. Confirmat dictum ſuum (de abolitione omnis principatûs, omniſque poteſtatis & potentiae, ut nullo pacto Regno ſuo damnum aliquod, imò nullam prorſùs noxam, vel vexationem inferre, vel ullo modo ejus perfectiſſimae conſummationi obſtare poſſint) verbis, aliquo pacto illuſtratis, ex *PSALMO* CX. 1. deſumptis; quae implementum ſuum conſequi debent. Cap. XV. 25.

aaa. Particula γὰρ oſtendit Apoſtolum illa, quae dicet, adferre in confirmationem eorum, quae commate praecedenti dixerat.

bbb. Quae in confirmationem adfert deſumpta ſunt ex *PSALMO* CX. 1. aliquo pacto illuſtrata, quae impleri debent, utpote a DEO praedicta.

Hîc igitur videre oportet,

(*aaa*) Quid praedictum ſit de *MESSIA*, qui *CHRISTUS* eſt. Quod duobus membris comprehenſum eſt: * Priori,

††.BBB.ℵℵℵ.*bbb*.(*ααα*)

(*βββ*) Hoc impleri debere, urget Apoſtolus, dicendo de CHRISTO: Δεῖ αὐτὸν βασιλεύειν, &c.

בבב. Ex eo porrò ad ſcopum ſuum ratiocinatur, ſuamque ratiocinationem, aliâ quoque adductâ Prophetiâ, confirmat. Cap. XV. 26. 27. & 28.

In quibus commatibus

aaa. Modò laudatam Prophetiam ſuo ſcopo adplicat. Cap. XV. 26.

In quo commate

(*ααα*) Subjectum enunciati eſt, ὁ θάνατος.

(*βββ*) Praedicatum indicat:

* Quo pacto conſiderandus ſit ὁ θάνατος: Nimirùm, ut ἐχθρὸς. Qui infeſtat, vexatque illos, qui ad regnum CHRISTI pertinent, & ſic quoque ut *hoſtis* ipſius Regis, cui, quantum poteſt, conatur gloriam eripere; & ut ἐχθρὸς ἔσχατος, *ultimus*, poſt quem omnes reliqui hoſtes nullum dolorem ampliùs eis inferre poſſunt, neque ullo modo gloriam Regis hujus Regni, inſignis Victoris, obfuſcare. Niſi malis vocem ἔσχατος proximè connectere cum verbo καταργεῖται. Quod, quantum ad ratiocinationem attinet, eodem cadit.

 ** Quid

†† BBB.בבבב *aaa.*(βββ)*

** Quid huic hosti eventurum sit, & quo ordine.

AAAA. Quid ei eventurum sit, exprimit Apostolus verbo, καταργεῖται. *Aboletur*, ita ut hostis ille nullâ ratione possit in suâ potestate retinere, neque plenissimam consummationem impedire illorum, qui ad Regnum CHRISTI pertinent.

BBBB. Quo ordine, indicat, quando dicit, ἔσχατος. (*a*)

bbb. Hanc adplicationem, totamque ratiocinationem ulteriùs confirmat. Cap. XV. 27. & 28.

(*aaa*) Quod illa, quae dicet Apostolus, in ulteriorem confirmationem adferre velit, docet particula, γάρ.

(βββ) Verba, quae ex *PSALMO* VIII. 7. profert, & ratiocinationem ejus porrò, ad scopum suum hinc deductam, accuratè perpendere juvat. Cap. XV. 27. & 28.

* Con-

(*a*) Ita mihi videtur ratiocinatio concipienda:
Si omnes hostes abolendi sunt, ita ut nullus Eum a throno Suo deturbaturus sit, sed Ipse tandem de omnibus illis triumphaturus sit; ergò tandem etiam ipsa *MORS* abolebitur, ita ut summae felicitati & consummationi illorum, qui Regnum CHRISTI constituunt, non possit obsistere; tunc utique illi, qui CHRISTI sunt, debent vivificari.
Atqui omnes hostes abolendi sunt, ita ut nullus Eum a throno Suo deturbaturus sit, &c. Ergò.

†† BBB. בבבב. *bbb.* (ββββ)

* Confirmatio ex *PSALMO* VIII. 7. legitur Cap. XV. 27. parte priori. Πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. In quibus verbis notetur

AAAA. Subjectum. πάντα.

BBBB. Praedicatum. Quod indicat, quid JEHOVAH, ad quem sermo in *PSALMO* VIII. dirigitur, isti subjecto, vel objecto, fecerit, in ordine ad *MESSIAM*.

אאאא. Quid fecerit, generatim & indefinitè exprimit, dicendo, ὑπέταξεν.

בבבב. Quod hoc fecerit in ordine ad *MESSIAM*; significat verbis: ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

aaaa. Persona hîc contemplanda venit, cujus *pedibus omnia subjecit*. Quae indicatur pronomine αὐτοῦ.

bbbb. Quid *JEHOVAH* huic personae fecerit, exprimitur verbis, ex *PSALMO* VIII. 7. desumptis. In *Psalmo*, alloquio ad *JEHOVAM* directo, dicitur: כֹּל שַׁתָּה תַחַת רַגְלָיו. *Paulus*, loquens de *DEO* & Patre, cui *CHRISTUS* regnum traditurus est, dicit: ὑπέταξεν πάντα ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

** Ratiocinatio, ex his verbis ulteriùs deducta, ad scopum Apostoli, cernitur Cap. XV. 27. parte posteriori, & 28.

Ubi attendendum videtur, ad

AAAA. Particulam adversativam, δὲ, quâ transitum facit. Quâ particulâ videtur docere Apostolus, quod illa, quae dicet, opposita sint tacitae exceptioni, quae mentem subire posset: Nimirùm, si

††.BBB.בבב.*bbb*.(ββββ)
**AAAA.

omnia pedibus CHRISTI sunt subjecta, quid opus est, ut Regnum DEO & Patri tradat? Ad quod faciendum dixerat Apostolus, praerequiri, ut etiam mortem aboleverit.

BBBB. Ipsam refutationem hujus exceptionis. Quae

אאאא. Constat duobus porismatibus, ad verba citata spectantibus. Cap. XV. 27. parte posteriori, & 28. parte priori.

aaaa. Primum est, quod verba citata nequaquam tollant illam relationem OEconomicam inter DEUM Patrem, quâ Judicem, & CHRISTUM, quâ Mediatorem; cum Ille non comprehendatur sub istis *OMNIBUS*, quae huic subjecta dicuntur. Cap. XV. 27. parte posteriori. Ὅταν εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα.

In quibus verbis

(*αααα*) Breviter repetit verba, quatenùs dubium ex illis moveri posse praesagiebat Apostolus. ὅταν εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται.

(*ββββ*) Ut manifestum ponit, quod sub illis *OMNIBUS* non comprehendatur *JEHOVAH*, DEUS Pater, qui CHRISTO *omnia subjecit*.

⅃. Hoc ponit, his verbis: ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα.

Α. DEUM Patrem indigitat istâ circum-

††.BBB.בבב.*bbb*.(ßßß)
**BBBB.אאאא.*aaaa*.(ßßßß)‡.A.

cumſcriptione: τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα.

AA. Eum excipit ex numero illorum omnium, quae ὑποτέτακται. Quando dicit, ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα.

‡‡. Contendit id ex ipſâ re, prout in *Pſalmis* praedicta eſt, conſtare. δῆλον ὅτι.

bbbb. Alterum eſt, inſuper, quando omnia huic Mediatori ſubjecta erunt, ipſum quoque Filium ſubjectum iri DEO & Patri ſuo, qui ipſi omnia ſubjecerat. Cap. XV. 28. parte priori.

Hic iterùm conſideranda venit

(*aaaa*) Particula δὲ, quâ tranſitum facit. Quaſi diceret Apoſtolus: Neque hoc ſolum eſt, quod dixi; ex numero illorum OMNIUM, quae ſub pedibus MESSIAE ſunt ponenda, eximendum eſſe: *SED* praeterea etiam hoc, quod dicam, tenendum eſt.

(ßßßß) Res ipſa. Declaratio, nimirùm, quid tandem futurum ſit.

Ubi videmus Apoſtolum in-

††.BBB.בבב.*bbb*.(βββ)
**BBBB.אאאא.*bbbb*.(ββββ)

indicare, quid, & quo ordine, eventurum ſit.

┼. Quid futurum ſit, duobus enunciatis declarat.

A. Primo comprehendit id, quod praecedere debet. ὑποταγῆ αὐτῷ τὰ πάντα.

AA. Altero docet, quid ſecuturum ſit. καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα.

Hîc accuratè conſiderandum eſt

• De ſubjecto. Quod

x. Indicatur, quando dicitur, ὁ υἱός.

xx. Indicatur, hoc nomen, heic loci, non ſine ſingulari emphaſi, CHRISTO tribui. Quod indicatur vocibus: καὶ αὐτός.

I. Particula καὶ docet, quod non tantùm *OMNIA* illa, quae non niſi merae creaturae ſunt, Patris judicio ſubmittenda ſint, ſed & ipſe Mediator, qui non alius niſi verus, DEI *Filius* proprius, eſſe poteſt.

II. Et

††. BBB. בבב. *bbb*. (βββ)
**BBBB. אאאא. *bbbb*. (ββββ) ┼. AA. 'XX. I.

II. Et quidem talis, qui non eſt merus homo, ſed dicitur emphaticè, hanc ob cauſſam, αὐτὸς ὁ υἱός.

** De praedicato. ὑποταγήσεται. Se ſubmittet, quà *Mediator*, PATRI, quà *Judici*.

┼┼. Quo ordine. Quod Apoſtolus indicat particulis relativis, ὅταν & ὅτε.

בבבב. Ad ultimum finem omne hoc negotium tandem refertur. Cap. XV. 28. parte poſteriori. ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς πάντα ἐν πᾶσιν.

Ubi notare oportet

aaaa. Id, quod ultimum conſequens, ſive ultimus finis eſſe debet. ᾖ ὁ Θεὸς πάντα ἐν πᾶσιν.

Perpendatur hîc

(*aaaa*) Subjectum. ὁ Θεός. Vel *DEUS* Triunus, vel *DEUS* Pater.

(ββββ) Praedicatum. ᾖ πάντα ἐν πᾶσιν.

Ubi perpendamus

┼. Objectum. Quod indicatur voce, πᾶσιν.

┼┼. Quo modo *DEUS* huic ſubjecto ſe demonſtrabit. ᾖ πάντα ἐν [αὐτοῖς].

bbbb. Quod

††.BBB בבב.*bbb*.(βββ)
**BBBB.נבבב.*aaaa*.

bbbb. Quod huc tendat omnis hujus OEconomiae ratio. Quod docet particula ἵνα. ''ΙΝΑ ᾖ ὁ Θεὸς πάντα ἐν πᾶσιν.

Facit tota haec ratiocinatio ad confirmationem illius asserti, quod dixerat, *CHRISTUM traditurum* esse *Regnum DEO & Patri*: Ut judicet, an non illud Regnum nunc ita consummatum reddiderit, prout constituerat Pater, ut Filius, quâ Mediator, illud ad consummationem perduceret. Quando, ut Mediator, in terrâ absolverat illa, quae ad impetrationem salutis requirebantur, dixit ad PATREM, *JOH.* XVII. 4. Τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω. Sic eodem modo se submittet, postquam omnia peracta fuerint, quae ad applicationem impetratae salutis pertinent.

Quo posito, illud Regnum, ut consummatum, Patris judicio non submittet, nisi postquam *ultimum hostem*, *Mortem*, *aboleverit*, adeoque suos ejus potestati eripuerit: Nam haec est voluntas Patris, ad quam exsequendam Filius ex coelo descendit. Conf. *JOH.* VI. 38. 39.

Hinc sequitur, quod *illi*, *qui CHRISTI sunt*, *vivificabuntur*: Adeoque quod *CHRISTUS* resurrexerit, ut *primitiae*, spem faciens, eamque certam, fore, ut qui ad Ipsum pertinent, in Ipso sint resurrecturi.

Nec est, quod quis excipiat, contra meam de ὑποταγῇ Filii sententiam, quod verbum ὑποτάσσειν, vel ὑποτάσσεσθαι, sumam alio sensu, quando de *omnibus* dicitur, quod *CHRISTO subjecta* sint, quam quando


do de ipſo *Filio* quoque, quod *Patri ſubjiciendus* ſit, dicitur: In eo enim Ego nihil video abſurdi.

Dantur talis *παρανομασίας* exempla plura. Vid. inter alia loca *MATTH.* VIII. 22.

Praeterea non eſt, ex omni parte, ſenſus alius: Ὑπόταξις enim illa plura comprehendit, ratione objectorum ſingulorum non planè eodem modo ſumenda.

Cum igitur, pro naturâ ſubjectorum, hoc verbum ὑποτάσσεσθαι eis adplicari debeat; Cumque etiam hunc ſignificatum, quo denotet ſubmiſſionem judicio alicujus, comprehendat; quod ipſum quoque comprehenditur in ὑποτάξει τῶν πάντων, ratione nonnullorum, inter τὰ πάντα, ſubjectorum; nihil obſtat, quo minus illud, ὑποταγήσεται αὐτὸς ὁ υἱὸς, exponamus de ſubmiſſione Filii judicio Patris.

Conf., quoad ſignificatum verbi ὑποτάσσεσθαι, 1 *COR.* XIV. 32.



TABULA LXXIII. SPECIALIS, CONTINENS ANALYSIN EPISTOLAE I. AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 29.

Continet haec pericopa novum, quod superioribus accedit, quasi ut ἐπίμετρον, argumentum, quo confirmatur dogma de resurrectione mortuorum, qui in CHRISTO sunt, qui ipse resuscitatus est: argumento desumpto ex ritu ablutionis propter mortuos, qui vanus censeri deberet, si ex morte & resurrectione CHRISTI, quâ redempti & justificati sunt fideles, non exspectanda illis esset resurrectio ex mortuis. Cap. XV. 29.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.b.(α)2.AA.ℵℵ.aa.(ββ)§§.//.⸬

Notemus hîc

†. Particulam, quâ transitio fit. ἐπεὶ.

††. Rem ipsam. Ubi videmus

AAA. Sententiam Adversariorum, contra quos disputat Apostolus, conditionatè, per modum casûs positionis, propositam, ut eam ad absurdum ducat. εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται.

In quibus verbis perpendamus

ℵℵℵ. Sententiam Adversariorum, quam impugnatum it Apostolus. ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται.

In

††. AAA. ℵℵℵ.

In quo enunciato, confiderandum eft de

aaa. Subjecto. Quod

(*ααα*) Exprimitur nomine, νεκροὶ. *Mortui*, quorum anima a corpore feparata eft: Quod Philofophi quidam confiderabant, tamquam fummam animi ex ergaftulo liberationem.

(*βββ*) Ratione univerfalitatis fpectandum proponitur. per adverbium, ὅλως. Quafi diceret Apoftolus: Omnes & finguli, ne uno quidem excepto.

bbb. Praedicato. Quod de hoc fubjecto negat refufcitationem. οὐκ ἐγείρονται.

בבב. Ejusdem propofitionem, conditionatè factam; & quidem eo fine, ut abfurdam confequentiam, indè fluentem, eliciat; atque hoc pacto illam Adverfariorum fententiam rejiciendam effe oftendat. Quò facit particula εἰ. ΕΙ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. (*a*)

Aaaaa 2 BBB. Ab-

(*a*) Vel fortè in hunc modum:

Perpendamus hic

ℵℵℵ. Sententiam Adverfariorum, contra quos difputat Apoftolus, propofitam. ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. Ubi

aaa. Subjectum

(*ααα*) Generatim exprimitur. nomine, νεκροὶ.

(*βββ*) Ulteriùs defcribitur. addito adverbio, ὅλως. *Mortui* toti quanti, quoad animam, & quoad corpus. Ita fentiebant *Sadducaei*; omnem prorfus, poft finitum hujus vitae in his terris decurfum, remunerationem negantes.

bbb. Praedicatum exprimitur vocibus, οὐκ ἐγείρονται.

בבב. Conditionatè factam fententiae illius propofitionem, ut cafus pofitionem; non tantùm ut cafum, quem confiderari velit ut cafum dabilem; fed omnino ut cafum, quem Adverfarii ponebant verum effe: Ex quo Apoftolus

††.AAA.

BBB. Abſurdum conſequens, quod ex ſententiâ Adverſariorum, modò propoſitâ, flueret; ad ejus refutationem, oſtenſum, quin & emphatice repetitum.

Hîc videamus

אאא. Oſtenſionem abſurdi, quod ex ſententiâ Adverſariorum flueret. Nimirùm, vanos eſſe, & non niſi nugas agere illos, qui ὑπὲρ τῶν νεκρῶν βαπτίζονται. Abſurdè autem ſtatui, quod illi, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν βαπτιζόμενοι, vani ſint, & nugas agant.

Ubi igitur notemus,

aaa. Quid ex illâ ſententiâ flueret: Vanos, nimirùm, eſſe, qui *baptizantur* ὑπὲρ τῶν νεκρῶν.

Hîc perpendere oportet,

(*aaa*) Sub-

ſtolus deducere vult abſurdum, ut ſic, per illam abſurditatem, ipſam poſitionem refutet.

Vel fortè in hunc modum:

Perpendamus hic

ℵℵℵ. Sententiam Adverſariorum, contra quos diſputat Apoſtolus, propoſitam.

In quâ propoſitione notari debet

aaa. Subjectum. νεκροὶ.

bbb. Praedicatum. ὅλως ὐκ ἐγείρονται.

In quo praedicato diſtincte notetur,

(*ααα*) Quid concedant Adverſarii. ἐγείρονται. *Excitantur* quidem.

(*βββ*) Quid verò negent. ὐχ' ὅλως. *Excitantur*, ſed ex parte tantùm, quoad animam, ſcilicet, non quoad corpus. Quae erat ſententia Philoſophaſtrorum.

בבב. Conditionatè expreſſam, ut caſûs poſitionem; non caſûs dabilis, ex *Pauli* ſententiâ; ſed ut caſûs ex ſententiâ Adverſariorum poſiti. Quem (per oſtenſionem abſurdi conſequentis, quod hinc flueret) refutare vult Apoſtolus. Ἐι ὅλως νεκροὶ ὐκ ἐγείρονται.

††.BBB.אאא.*aaa*.

(*aaa*) Subjectum. Quod sunt οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν.

In hac subjecti descriptione, hi homines occurrunt,

* Ut βαπτιζόμενοι. Qui hoc signum baptismi in se admittunt.

** Ut βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. (*a*)

(βββ) Praedicatum est, quod vani sint, cum nihil agant, quod ullam habeat utilitatem. τί ποιήσουσι; *Quid facient?* Id est, nihil, quod utile sit.

bbb. Hoc autem absurdè statui, quod omnes illi vani sint & nihil agant, declarat eapse interrogatione: indicante, an hoc statuemus? Nequaquam hoc statuendum est.

בבב. Repetitionem hujus ostensionis, cum aliquâ emphasi.

aaa. Repetitio est: τί βαπτίζονται; *Ad quid baptizantur?*

bbb. Emphasis est in particulâ καὶ. τί καὶ βαπτίζονται;

(*a*) Ubi considerationem accuratissimam exigit; ut intelligamus:

* Quinam sint Νεκροὶ de quibus, ut objecto, hoc commate loquitur Apostolus.

** Quid, circa hoc objectum, faciant quidam homines.

∫. Horum actum exprimit, quando dicit, βαπτιζόμενοι.

∫∫. Relationem hujus actûs ad hoc objectum. Quam significat per particulam ὑπὲρ.

TABULA LXXIV. SPECIALIS, CONTINENS ANALYSIN EPISTOLAE I. AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 30-35.

Continetur hoc commate Declaratio, quâ Apostolus seriò & graviter *Corinthiis* ob oculos ponit, quanta sit hujus veritatis utilitas, vis, & necessitas, ad excitandum studium pietatis; &, contrà, quam perniciosus fomes omnis generis scelerum sit ejusdem veritatis abnegatio; & quo fine hoc ad Ecclesiam *Corinthiacam*, tàm severo sermone, scribat. Cap. XV. 30-35.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)2.AA.אא.*bb*.

In hac pericopâ videmus Apostolum declarare,

(αα) Fideles Evangelii Ministros generatim, & se speciatim, contemplatione hujus veritatis alacres reddi, ad subeunda multifaria pericula, & quotidianas omnis generis tribulationes: Quâ agendi ratione, εἰ ὅλως οὐκ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, vani forent, & nihil agerent. In quam igitur sententiam si ullo modo pedibus irent, se ipsos privarent egregio illo fulcro constantiae in persecutionibus, quo tamen nunc immoti stabant. Et hoc non tantùm, verùm etiam sic sibi & aliis fomitem suppeditarent perniciosissimum, saltem periculosissimum,

quo

(aa)

quo pessimae cupiditates in illis accenderentur. Cap. XV. 30. usque ad commatis 34. partem posteriorem.

Hanc ratiocinationem igitur Apostolus

§. Generatim proponit, ratione praeconum Evangelii, *Pauli*, reliquorum Apostolorum, & *Pauli* συνέργων. Cap. XV. 30.

In quo commate notanda venit

/. Particula, quâ connectitur sermo cum praecedentibus. καὶ.

Quasi diceret Apostolus: Illi, qui propter mortuos baptizantur, non tantùm vani forent, si mortui omninò non resuscitantur; *ETIAM NOS* in cassum, ut vani homines & stulti, faceremus, perferendo tanta mala.

//. Res ipsa. In quâ contemplandâ invenimus

— Subjectum:

†. Expressum, pronomine ἡμεῖς.

††. Cum emphasi propositum, per particulam connexionis, καὶ.

= Praedicatum. In quo cernimus,

†. Quid eis perpetuò eveniat.

AAA. Adversitas ipsa, omnibus communis, exprimitur verbo, κινδυνεύομεν.

BBB. Perpetuitas additur, verbis: πᾶσαν ὥραν.

אאא. Tempus exprimit, non per vocem ἡμέραν, sed per vocem ὥραν.

בבב. Exclusâ interruptione; adjectâ voce, πᾶσαν.

††. Inquiri vult in id, quod eos in hac molestiâ perferendâ corroboret. Quorsùm tendit ipsa in-

(aa) §. //. ☰ ††.
interrogatio. τί κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν; Quae haec duo comprehendit:

Exſpectationem reſuſcitationis ſolam ipſorum animos refocillare ad hanc patientiam: Et proinde, ſi haec eſſet fundamento deſtituta, Apoſtoli eſſent perquam ſtolidi.

Abſurdum tamen eſſe, quod ſtatuerent omnes illos tàm miſerè ſtolidos eſſe: Certè, ſi hi debeant cenſeri ſtolidi, ſtolidum foret morem CHRISTO gerere, ejusque promiſſis fidem habere. Conf. *LUC.* XVIII. 29.

§§. Speciatim, ſe ipſum ſpectandum proponit; indicans, quid conſtanter patiatur, & quid jam perpeſſus ſit *Epheſi*: Quae omnia in vanum feciſſet, faciatque, ſi non ſuſcitentur mortui: Cujus ſpe & exſpectatione ſolâ corroboratus fuerit ad haec perferenda. Cap. XV. 31. 32. 33. & 34. parte priori.

Attendere hìc oportet, ad

/. Mala, quibuſcum luctari debeat, & luctatus nuper fuerit Apoſtolus. Cap. XV. 31. & 32. parte priori.

Ubi notandum eſt

— Malum, quaſi perpetuum, & ſic quoque praeſens. Cap. XV. 31. Quod

†. Proponit, cum exaggeratione.

AAA. Indicatur, verbo ἀποθνήσκω.

BBB. Exaggeratur, additis vocibus, καθ' ἡμέραν.

††. Ob-

(aa) §§. /. — †.

††. Obteſtatione confirmat. Νὴ τὴν ἡμετέραν (alii legunt ὑμετέραν) καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

Hic videamus

AAA. Praeclarum quid, quod tùm aliis, tùm etiam ſibi ipſi, tribuit. Hoc

אאא. In quo conſiſtat, indicat verbis, τὴν ἡμετέραν καύχησιν.

Ubi perpendendum eſt,

aaa. Quid rei ſit, quod vocat καύχησιν.

bbb. Cui ſubjecto eam tribuat, quando dicit, τὴν ἡμετέραν (vel, ut alii legendum cenſent, ὑμετέραν) καύχησιν.

בבב. Fundamentum addit hujus gloriationis, quam ſibi tribuit. Ubi

aaa. Indicat, quo fundamento nitatur haec καύχησις. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ubi attendendum eſt, ad

(*aaa*) Excellentiſſimam perſonam, de quâ loquitur Apoſtolus.

Haec perſona

* Conſuetis, ſed nihilominus, etiam in hoc commate, ſenſu & emphaſi pleniſſimis, nominibus, contemplanda ſiſtitur. Χριστῷ Ἰησοῦ.

AAAA. Χριστῷ. Magno, illo nomine promiſſo, & exſpectato Liberatore, ad

 hoc

(aa)§§./.— ††.
AAA.בבבב.aaa.(aaa)*AAAA.

hoc ab aeterno designato, in tempore donis necessariis instructo, commendato, & inaugurato, ut esset summus Ecclesiae Propheta, Pontifex, & Rex.

BBBB. Ἰησῦ. Qui hoc nomen inter homines gessit, non casu fortuito, sed jubente DEO; sic attestante, quod illi competat id, quod plenissimâ emphasi, in significatione hujus vocis continetur; nimirùm, quod sit *JEHOVAH SALUS*. Conf. *MATTH.* I.

** Describitur a jure & auctoritate, quod ipsi in Ecclesiam, *Paulum*, ejusdem συνέργυς, & omnes singulosque credentes, competit. τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

(βββ) Relationem hujus *gloriationis* ad hanc personam, expressam per particulam, ἐν.

bbb. Singulatim sibi quoque adplicat, verbis, ἣν ἔχω.

BBB. Quod illo utatur, ad confirmationem sui asserti, per modum obtestationis. NH᾽ τὴν καύχησιν ἡμετέραν (ὑμετέραν), ἣν ἔχω ἐν Χριςῷ Ἰησῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

Quasi diceret: Quàm verum est, quod ausim gloriari cum aliis, quod me fidelem Domino meo ser-

(aa)§§./.— ††.BBB.

servum praestem: quàm verum est, quod vos quoque de me, ut fideli Apostolo, gloriemini; (ita tamen ut omnis illa gloriatio fundata sit in Domino nostro JESU CHRISTO) Tàm certum est, quod Ego quotidie morior, atque singularem in modum κινδυνεύω.

⩵ Malum, cum quo, haud ita pridem, luctatus fuerit, non alio fulcro sustentatus, quam exspectatione resurrectionis mortuorum; adeoque sine ullâ utilitate, si mortui non resurgant. Cap. XV. 32. parte priori.

†. Ponit casum, non incertum, sed qui verè contigit; quem hîc, ut fundamentum suae ratiocinationis, spectandum exhibet. εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ. Notemus hîc,

AAA. Quid fecerit Apostolus, & quaenam fuerint περιστάσεις. Attendamus itaque ad

אאא. Factum ipsum:

aaa. Expressum, verbo ἐθηριομάχησα.

bbb. Additâ illustratione quadam. κατὰ ἄνθρωπον.

בבב. Circumstantiam loci. ἐν Ἐφέσῳ. (a)

BBB. Quo pacto hoc quasi conditionatè proponat. per particulam, εἰ. Non quasi incertum hoc esset, sed aequiva-

 let

(a) In illo, scilicet, triennio, cujus mentionem facit *ACT.* XX. 31. coll. cum Cap. XIX. 1. 8. 9. 10.

(aa)§§./.⌶ †.BBB.

let τῷ *cùm*. Si hoc feci, (uti certè noſtis, quod fecerim) quod *luctatus* fuerim cum beſtiis.

††. Declarat, quid de ſe ſuoque facto, in iſto caſu, judicandum ſit, admiſſa Adverſariorum ſententiâ.

AAA. Declarat judicandum eſſe, ſe in vanum laboráſſe. Quod exprimit interrogativo loquendi modo, fortiſſimam negationem valente. τί μοι τὸ ὄφελος;

BBB. Reſtringitque ad hypotheſin Adverſariorum, ejusque admiſſionem. εἰ νεκροὶ ὀυκ ἐγείρονται.

Hoc autem, εἰ νεκροὶ ὀυκ ἐγείρονται, pariter ad ſequentia verba referri poteſt & debet.

//. Perniciofum fomitem omnis generis vitiorum eſſe ſententiam Adverſariorum; reſurrectionem mortuorum negantium. Quod non tantùm declarat Apoſtolus, ſed ſimul altè menti *Corinthiorum* infixum vult, per graviſſimam admonitionem, non ſine reprehenſione quadam adjectâ, quâ *Corinthios* obteſtatur. Cap. XV. 32. parte poſteriori, 33. & 34. parte priori.

Notemus hîc

— Declarationem ipſam. Cap. XV. 32. parte poſteriori.

Quae declaratio in hunc modum adornatur:

†. Praemittitur (vel, ſi verba ad praecedentem referas ratiocinationis partem, ἀπὸ

τοῦ

(αα) §§. //. — †.

τȣ̃ κοινȣ̃ subaudienda est) hypothesis Adversariorum. εἰ νεκροὶ ȣ̓κ ἐγείρονται.

††. Consequens hinc fluxurum, verbis & factis, sive praxi illorum, vividè pingitur: Ubi introducuntur homines, ad gregem *Epicuri* pertinentes. Qui

AAA. Sese mutuò excitant ad fruitionem voluptatum carnalium, instar brutorum. φάγωμεν καὶ πίωμεν. Videmus hic

אאא. Objectum, circa quod versantur voluptates carnales; sub duabus, ad eas satiandas necessariis, rebus comprehensum.

aaa. Primum est cibus, sive τὸ φάγειν.

bbb. Alterum, cum priori conjunctum,

(ααα) Indicatur, verbo πίνειν.

(βββ) Cum primo conjungitur, per copulam καὶ. (*a*)

בבב. Excitationem; indicatam per modum subjunctivum, quo haec verba exprimuntur. φάγωμεν, πίωμεν.

BBB. Addunt rationem, quà se mutuò stimulant.

אאא Quod verba sequentia in rationem afferantur, indicat particula, γὰρ.

בבב. Ratio ipsa desumpta est,

Bbbbb 3 *aaa.* Ge-

(*a*) Ipsimet voluptuosi homines ita, experientià teste, fatentur: *Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

(aa)§§.//.— ††.BBB בבב.

aaa. Generatim, a morte corporis exſpectandâ. ἀποθνήσκομεν. *Poſt mortem*, inquiunt illi homines, *nulla voluptas;* atque proinde *ede*, *bibe*; *lude*.

bbb. Speciatim, ad robur illi rationi addendum, (ut tantò fortiùs ſtimulentur, ut ſuis voluptatibus utantur, fruantur, nullamque ad id occaſionem praeterire ſinant) addunt, mortem tam brevi inſtare. αὔριον. *cras*.

⩫ Adjuncta ejus: Nimirùm ſeria admonitio, unà cum aliquâ reprehenſione. Cap. XV. 33. & 34. parte priori.

†. Admonitio illa ſeria reperitur. Cap. XV. 33. Ubi Apoſtolus

AAA. Hortatur, ut ſibi caveant, ne ſe decipi ſinant iſtiusmodi ratiocinationibus. μὴ πλανᾶσθε. (a)

BBB. Indicat, tale reverà periculum adeſſe; idque agnoſcendum eſſe, cum per experientiam dudum compertum ſit, quod ipſi quoque veteres ſapientes agnoverunt, pernicioſa vel periculoſa

(a) Supponit ab hujusmodi impietate *Corinthios*, certè pleros que, alienos eſſe; Sed tamen, in Urbe, adeò opibus & luxu diffluente, periculo non vacare, conſortio & colloquiis hominum iſtius generis familiariter uti, quibus facilè quis ſeduci poſſet.

(aa) §§ //. ⊐ †. BBB.

culosa esse colloquia prava. Quorsum adfert locum ex *Menandro.* (a)

In quo dicto

אאא. Subjectum sunt ὁμιλίαι κακαὶ.

בבב. Praedicatum. φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ᾽.

In quo notetur

aaa. Objectum. ἤθη χρῆσθ᾽ (χρηστὰ.)

bbb. Quid huic objecto faciat modò memoratum subjectum, sive ὁμιλίαι κακαὶ. φθείρουσιν. Eò tendunt, eò etiam aliquando perveniunt, ut hunc effectum sortiantur, ut *corrumpant:* Hanc ob caussam dixi perniciosum vel certè periculosum.

††. Admonitionis ampliatio, cum reprehensione conjuncta. Cap. XV. 34. parte priori.

Videntur fuisse in externâ Ecclesiâ *Corinthiacâ* pravae illi sententiae addicti nonnulli, qui saltem pronas, ad seductoribus aures praebendas, propensiones habebant: Quos ad meliorem revocare mentem, & reliquos praeservare studebat Apostolus.

Notemus hîc

AAA. Monita. Quorum

אאא. Primum, imperativè propositum, aliquam involvit reprehensionem. Scilicet, propter socordiam quandam & torporem, in quem inciderat pars etiam optimorum caeteroquin credentium, &

(a) De quo videantur Interpretes.

(αα)§§ // ⊐ ††.

AAA.ℵℵℵ.

& quo serpens hoc malum colloquiorum pravorum, & hanc sententiam, de non exspectandâ resurrectione, conniventibus oculis, in dies magis proserpere sinebant. Quos reprehendit per hoc monitum ad justam vigilantiam; ut, nimirùm, omni contentione virium, huic serpenti & grassanti malò se opponant.

Hìc videmus

aaa. Propositionem excitationis ex illo sopore. ἐκνήψατε. *Evigilate.*

bbb. Hujus propositionis illustrationem, vel commendationi, vel accuratiori intelligentiae, inservientem. δικαίως.

Quasi diceret: Justum & aequum est, justitia & aequitas hoc postulant. Vel quasi diceret: ***Evigilate***, ita tamen ut fervor non excedat limites justitiae.

בבב. Alterum, prohibitivè expressum. μὴ ἁμαρτάνετε. Ne latum quidem unguem a scopo, exspectatione credentium, recedite.

BBB. Rationem, quâ hoc monitum, quà monitorium, quà reprehensorium, justificat.

Hìc attendendum est, ad

אאא. Particulam, quâ transitum facit. γὰρ. Quâ docet, se rationes reddere velle, propter quas tam graviter & seriò, non sine reprehensione, has admonitiones inculcat.

בבב. Rationem ipsam: Ubi explicat malum serpens, propter quod adeò necessarium existimet, exhortari credentes, ne se patiantur seduci; cum

(αα) §§. //. = ††. BBB. בבב.

cum jam irrepserint, in *Corinthiorum* Ecclesiam externam homines, DEUM non agnoscentes. ἀγνωσίαν Θεῦ τινες ἔχυσι.

Hîc perpendendum est

aaa. Subjectum. τινες.

bbb. Praedicatum; vitiosam admodùm animi dispositionem eis tribuens. Θεῦ ἀγνωσίαν ἔχυσι.

(ββ) Quo fine haec ita severè scribat ad Ecclesiam quasi totam *Corinthiacam*; cum tamen tantùm τινες sint, qui gravem illam accusationem mereantur; ut vel ipse Apostolus agnoscere se ostendit voculâ τινες.

Hujus rei ratio in eo consistere videtur, quod non satis fortiter & diligenter se illis seductoribus optimi quoque inter *Corinthios* opposuerint; & quod illa Ecclesia tamen adeò praeclarè de se senserit, uti ex Capite quarto colligere est. Vide ibidem versum 8. & sequentes.

§. Repetit quasi dicta sua, ut pateat se illa minimè non dicta velle, etiam ratione totius tantùm non Ecclesiae *Corinthiacae*. λέγω ὑμῖν.

§§. Quo fine hoc faciat, addit: πρὸς ἐντροπὴν.

TABULA LXXV. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 35.

Continetur hoc commate Propositio objectionum, quibus veritas haec, doctrina de resurrectione mortuorum, impugnabatur. Cap. XV. 35.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B ב *b*.(α) 2. AA.בב.*aa*.(αα)§.

Notare hîc oportet modum, quo Apostolus indicat, se nunc

/. Proponere velle dubia, quae movere solent Adversarii contra hanc veritatem, quibus eam, vel falsitatis, vel incredibilitatis, arguere allaborabant. Praefatiuncula hoc declarat. In quâ

— Transitum facit, per particulam ἀλλά. Quasi diceret: Hactenùs plures Ego rationes attuli, ad stabiliendam veritatem tanti momenti: At hoc nondùm mihi sufficit: *SED* audiamus & alteram partem.

= Adversarium igitur sibi sistit, cujus verba, ut objici solita, sibi repraesentabit: ἐρεῖ τις.

//. Dubia haecce mota duabus interrogationibus comprehendit.

— Pri-

II.

— Prima, quae generalior eſt, interrogatio docet, modum, quo fieret reſuſcitatio, explicari non poſſe, & proinde eam non eſſe credendam; potiùs negandam & ut figmentum rejiciendam. πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροὶ.

†. Sententia *Pauli* repetitur. οἱ νεκροὶ ἐγείρονται. Si non nunc, tamen ſuo tempore.

AAA. Subjectum ſunt οἱ νεκροὶ. (a)

BBB. Praedicatum, ἐγείρονται.

††. Opponens interrogat, πῶς; Quaſi diceret: Indicare non potes, o *Paule*, modum, quo hoc fiet, vel fieri poſſit; atque eam ob cauſſam tuum aſſertum nullâ fide dignum eſt. πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροὶ;

= Altera, quae ſpecialior eſt, interrogatio in eo ponit omnem ſuam vim: Poſito, quod ſuſcitentur mortui, ergò venient, prodibunt: Sed tunc igitur habituri ſunt aliquod corpus, ſuis qualitatibus praeditum; non talibus, quales nunc habent; quare enim tunc *DEUS* omnes mori ſineret? Ergò aliis qualitatibus erunt praedita iſta corpora. Hoc ſi ſtatuas, indica illas: Si hoc facere non poſſis, tota tua aſſertio nullam fidem meretur.

Notemus

†. Particulam δὲ. Quâ indicat Adverſariis; etiamſi miſſum faciat dubium ab ignoratione modi, quo reſuſcitatio mortuorum fieret, deſumptum, tamen res nondùm confecta foret.

††. Pro-

(a) Nota articulum οἱ. Qui. His videtur denotare *Mortuos, qui in Chriſto ſunt.*

//.⁒ †.

††. Propositionem objectionis ipsam.

Ubi notemus,

AAA. Quid ex *Pauli* sententiâ sit statuendum. σώματι ἔρχονται. *Prodibunt corpore.*

BBB. Dubium Adversarii, sive, quaestio, quam movet Adversarius, qui hic introducitur. ποίῳ σώματι ἔρχονται; Ποίῳ, QUALI? An tali, uti fuit antequam mortuum fuit? Sin, quali igitur alio?



TA-

TABULA LXXVI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I. AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 36. 37. & 38.

IN hac pericopâ habemus primam partem refutationis objectionum modò indicatarum: Quâ refutatur id, quod objectum erat, ad probandam incredibilitatem resuscitationis mortuorum, quandoquidem explicari non potest, quo modo ista fieret.

Hanc objectionem (utpote ex stultâ ἀγνωσίᾳ Θεῦ profluentem) refutat Apostolus cum indignatione; argumento desumpto ex admirandâ DEI providentiâ & operatione in productione frugum ex seminibus; speciatim frumenti & tritici. Cap. XV. 36. 37. & 38.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*a*)2.AA בב.*aa*.(*aa*)§§./.

In hac refutatione notamus

I. Indignationis indicium, compellationem cum contemptu conjunctam. ἄφρον.

II. Ratiocinationem ipsam.

In quâ oportet, ut attendamus ad id, quod Apostolus dicit:

†. De iis, quae, ad proventûs terrae consequendos, faciunt homines; quos, sub illius opponentis personâ, emphaticè repraesentat. Cap. XV. 36. 37.

 Em-

ℶ†.

Emphasis in eo latet, quod is saltem, qui talem objectionem movet, scire debeat, quo pacto res, quas ipsemet facit, curat, dirigit, & exspectat, effectum suum sortiantur: In quibus non videantur a priori ullae apparentiae majores, quam quae videntur in cadavere, quando illud putrefactioni traditur.

Haec autem, quae homines faciunt, sub duabus relationibus spectanda, exhibet:

AAA. Ex eâ parte, quod, quando quis serit, id, quod seritur, priùs spolietur ab omni specie apparentiae, e quâ sator spem formare posset, fore ut revivisceat, cum planè videatur mortuum: Annon is (qui experientiâ nondùm edoctus est) non pari ratione dicere posset, quo modo ex grano, quod ita mori videmus, resurget novum? Explica mihi modum; caeteroquin non credam: An tamen istiusmodi homo, qui hoc credere recusaret, propterea quod modum ignoret, non censeretur amens? Sic quoque Tu haberi mereris, qui istam ignorationem modi, pro fundamento rejiciendi rem ipsam, reputas. Cap. XV. 36.

Ubi notemus

אאא. Subjectum. σὺ ὃ σπείρεις. Hic

aaa. Indicatur subjectum. ὃ σπείρεις. *Id, quod seris.*

bbb. Emphaseos caussâ additur pronomen, σὺ. *TU*, *Tu* ipse, sciole, qui, modulo tuae, vel scientiae, vel inscitiae, metiris veritatem rei.

בבב. Praedicatum. Quo

aaa. Con-

☲ †. AAA. ככב.

aaa. Conceditur quidem, quotidianâ experientiâ cognita, ζωοποίησις, *vivificatio* isti sementi. ζωοποιεῖται.

bbb. Sed negatur, nisi interveniat mors quaedam.

(*ααα*) Negatio exprimitur verbis: οὐ ζωοποιεῖται.

(*βββ*) Sed restringitur haec negatio, ad certam conditionem; nimirùm, intervenientem mortem hujus sementis.

Perpendamus igitur

* Id, quod intervenire debet. ἀποθάνῃ.

** Idque ut caussam, sine qua non, τῆς ζωοποιήσεως poni. Quod exprimitur voculis: οὐ, & ἐὰν μὴ.

BBB. Ex eâ parte, quod id, quod feritur, non eodem redit, vel denuò prodit, modo, quo satum est, sed longè excellentiori. Cap. XV. 37.

Hoc jungitur praecedenti, ut secunda quoque pars objectionis, versu 35. motae, diluatur.

In illâ opponens interrogabat: *Quali corpore venient mortui?* Quasi diceret: An tali corpore, quod in morte amiserunt? Misera foret haec consolatio! aliquamdiu ex ergastulo liberari, & deinde in simile ergastulum, vel idem iteratò erectum, denuò detrudi! Si verò non tali corpore, quale amiserunt, qui mortui sunt, post resurrectionem prodituri sunt, dicas igitur mihi, *Paule*, ποίῳ σώματι ἔρχονται; QUALI *corpore* prodibunt? Quod si

mihi

⁐ †.BBB.

mihi non possis indicare, totam tuam thesin pro commento cerebri habeo.

In hac parte igitur notemus

אאא. Conjunctionem, per quam, a praecedenti ad hanc alteram partem, transitio fit. καὶ.

בבב. Rem ipsam. In quâ invenimus:

aaa. Assertum bimembre. Quo docetur, non esse eisdem qualitatibus praeditum id, quod provenit ex terrâ, quibus praeditum est illud ipsum, quod seritur. Cap. XV. 37. parte priori.

Assertum hoc bimembre dico:

(*aaa*) Primo membro, negativè exprimitur. Negatur eisdem qualitatibus praeditum esse id, quod ex sementi provenit, quibus ipsa sementis praedita erat, quando terrae mandabatur.

In hoc membro notemus

* Subjectum. ὃ σπείρεις. *Id quod TU* (id est, quilibet homo) *seris:* etiamsi Tu, qui objectionem movisti, ipse sator sis.

** Praedicatum; quo negatur illud, ratione qualitatum, idem corpus esse, quod proveniet, & quod seritur. οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις.

Ubi videamus

AAAA. Objectum, de quo loquitur Apostolus. Quod

אאאא. Quoad genus, vocat τὸ σῶμα.

בבבב. Quoad differentiam specificam,

⸗ †.BBB.בבבב.*aaa*.(*aaa*)**AAAA.בבבב.

cam, τὸ γενησόμενον.
Quod facta semente proveniet.

BBBB. De eo praedicari, quod *NON* sit idem, quod quis seminavit. ὃ σπείρεις. *Non seris id, quod proventurum est.*

(*βββ*) Altero membro, positivè affirmatur, quid sit, quod seritur; oppositè ad id, quod modo negaverat. Ubi

* Per particulam adversativam, ἀλλά, opponitur haec positiva declaratio negationi proximè praecedenti.

** Quod ad rem ipsam attinet, indicatur; quid sit, quod in terram projicitur.

AAAA. In genere, id dicitur κόκκον.

BBBB. In specie, illustrationis, vel emphasios caussâ, adjectivum additur. γυμνὸν.

bbb. Universalitatem hujus asserti. Cap. XV. 37. parte posteriori.

Ubi docet Apostolus

(*aaa*) Generatim, sine ullâ casûs definitione, sed quavis datâ occasione, hoc observari posse. εἰ τύχοι.

Ddddd (*βββ*) Hoc

ב ✝.BBB.בבב.*bbb*.(*ααα*)

(*βββ*) Hoc generatim dictum illustrat:

* Uno, eoque praestantissimo quodam, exemplo adducto. σίτȣ.

** Ita tamen ut idem censendum sit de quibusvis aliis. ἤ τινὸς τῶν λοιπῶν.

✝✝. De DEO, a cujus arbitrio omnes illi proventus pendent, omnisque eorum diversitas. Cap. XV. 38. Nota

AAA. Particulam, transitum facientem, δὲ. Quâ docet, planè aliud, infinitè excellentius, de DEO hîc cogitandum esse.

BBB. Rem ipsam.

Ad quam intelligendam, attendere oportet ad

אאא. Subjectum. ὁ Θεὸς.

בבב. Praedicatum, quod Ei, Ejusque liberrimo beneplacito, acceptum fert, tùm ipsum corpus proventurum, tùm omnem eorumdem varietatem.

Hic perpendamus,

aaa. Quid faciat DEUS.

(*ααα*) Quoad ipsum corpus, quod ex terrâ nascitur, ut proventus seminis in illam conjecti. δίδωσι σῶμα αὐτῷ.

Consideremus igitur

* Objectum. σῶμα.

** Quo pacto DEUS se habeat ad hoc objectum. δίδωσι αὐτῷ.

(*βββ*) Quoad varietatem corporum, eamque singulis seminibus adpropriatam. * Jun-

ב ††.BBB בבבב.*aaa.*(ββββ)

* Jungitur hoc praecedenti, quasi per modum gradationis, per particulam, καὶ.

** Res ipsa in eo consistit, quod illa varietas proventuum, seminibus singulis appropriatorum, DEO datori accepta ferenda sit.

Notemus rursus

AAAA. Objectum, idque quasi duplex.

אאאא. Objectum, cui DEUS faciat id, quod dicetur. Quod

aaaa. Generatim exprimitur. Sunt σπέρματα. *semina.*

bbbb. Singulatim, *unumquodque* eorum. ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων. *unicuique seminum.*

בבבב. Objectum, circa quod operetur DEUS. τὸ ἴδιον σῶμα.

aaaa. Generatim dicitur σῶμα.

bbbb. Speciatim singulis seminibus adpropriatum. τὸ ἴδιον σῶμα.

BBBB. Quo pacto DEUS circa haec objecta versetur. δίδωσι.

bbb. Quam plenissimâ libertate. καθὼς ἠθέλησε. (*a*)

(*a*) Notetur Aoristus: *Sicuti voluit;* prout in decreto suo aeterno constituit: *Sicuti vult & volet:* Sicuti in tempore, etiam nunc, eadem voluntate decretum suum exsequitur & porrò exsequetur.

TABULA LXXVII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 39-50.

Continet hoc comma magis elaboratam solutionem objectionis posterioris, contra doctrinam resurrectionis, versu 35. parte posteriori, motae; desumptae potissimùm ex illâ difficultate, quam interrogatio, ποίῳ σώματι ἔρχονται; indicaverat.

Nimirùm, ex Philosophorum quorumdam sententiâ, corporis cum mente consociatio imminuebat felicitatem mentis summam: Sic igitur illa resurrectio non foret beneficium. Experientiâ quoque teste, quod saepissimè animi nostri felicitas pravâ dispositione corporis nostri minuatur. Hinc nata illa, quae mota erat, quaestio: ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; (a)

Aliquid responsionis jam dederat Apostolus, versu 37. & 38. Generatim indicans, alia, quoad qualitates, futura esse haec corpora, quod utique hoc ab illo DEO omnipotenti exspectari possit, qui ex diversis seminibus diversa corpora, neque, quoad qualitates, talia, qualia erant semina, provenire jubet. Nunc autem Apostolus illam dictam responsionem uberiùs & copiosiùs elaborat, illustrat, & confirmat. Cap. XV. 39-50.

Signa-

(a) Quid senserint nonnulli celebratissimi istius temporis *Philosophi* de conjunctione animae cum corpore, & vicissim de animae a corpore separatione, indicavi in prolegg. ad hanc Epist. p. 35. 36. 37.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(*α*)2.AA.בב.*aa*.(*aa*)§§.//.

In eâ ita videmus procedere Apostolum, ut

— Refutationem proponat, argumento desumpto a multifariis diversitatibus, quas vel ipsa experientia docet, in qualitatibus diversorum non tantùm animalium, verùm etiam diversorum aliorum corporum, reperiri. Cap. XV. 39-45.

Hîc attendamus ad

†. Commemorationem istarum diversitatum. Cap. XV. 39. 40. & 41.

Experientiâ teste, illas diversitates observari vult Apostolus

AAA. In corporibus vitâ animali praeditis. Cap. XV. 39. Quae hoc habent commune, quod *carnem* habeant, quae conspicitur; quam sic considerare licet ut principem illorum corporum, hoc respectu, partem; a quâ igitur illa denominare licet.

Haec, quantumvis in eo, in genere, conveniant, quod sint CARO, tamen, ratione specificarum qualitatum, multum differant. Quod

אאא. Acervatim docet, hoc negativo enunciato: ὀ πᾶσα σάρξ ἡ αὐτὴ σάρξ.

aaa. Subjectum est πᾶσα σάρξ. *Omnis Caro:* Sive omne corpus, quod ad hoc genus, quod *caro* dici solet, pertinet.

bbb. Praedicatum negat, quod, ratione specificarum qualitatum, omnia talia corpora, quae sub nomine *Carnis* veniunt, eadem sint. ὀυκ [ἐστι] ἡ αὐτὴ σάρξ. *Non est eadem Caro.*

בבב. Singulatim, enunciatis quibusdam positivis, ob oculos ponit diversitatem nonnullorum. Ubi

— †. AAA. בבב.

aaa. Particula ἀλλὰ transitum facit.

bbb. Res ipsa, quam hîc, ut satis notam, ponit Apostolus, consistit in recensione quatuor specierum carnium; quas experientiâ constat, a se invicem multùm differre.

(*ααα*) Prima species, quae praestantissima est, est carnis hominum, quam diversam esse a carne brutorum docet, quamvis etiam haec suis differitatibus obnoxia sit. Ubi

* Thesis ipsa perpendenda est. In quâ

AAAA. Subjectum est, σάρξ ἀνθρώπων. *Caro hominum.*

BBBB. Praedicatum ἄλλη [ἐστιν]. Diversa ab aliis carnibus.

** Relatio ad sequentia. per particulam μὲν. Quasi diceret: Hoc verum, sed aliquid praeterea observandum est.

(*βββ*) Subjiciuntur tres aliae. Quarum

* Prima est, quae proximè accedit ad carnem hominum. Nimirùm, caro animalium in terrâ viventium. De quâ notemus

AAAA. Thesin. In quâ

אאאא. Subjectum est, σάρξ κτηνῶν. *Caro pecudum.*

בבבב. Praedicatum. ἄλλη [ἐστιν].

BBBB. Relationem ad praecedens enunciatum. Indicatam per particulam, δὲ.

** Duae

— †. AAA. בבב. *bbb*. (βββ)

*

** Duae reliquae, aliquatenùs a carne non tantùm hominum, verùm etiam a carne jumentorum, diversae. Quarum

AAAA. Prima est caro illorum brutorum, quae in aquis vivunt. De quâ carne notemus

אאאא. Thesin. Cujus

aaaa. Subjectum est, [σάρξ] ἰχθύων. *Caro piscium*.

bbbb. Praedicatum. ἄλλη [ἐστιν]. *Alia est*.

בבבב. Relationem ad praecedentia. Expressam per particulam, δὲ.

BBBB. Ultima est caro illorum, quae per aërem volitant. Notetur iterum

אאאא. Thesis ipsa. Cujus

aaaa. Subjectum est, [σάρξ] πτηνῶν. *Caro volucrium*.

bbbb. Praedicatum. ἄλλη [ἐστιν]. *Alia est*.

בבבב. Relatio ad praecedentia. Expressa per particulam, δὲ. (*a*)

BBB. In

(*a*) Particula μὲν, & ter repetita particula δὲ, videtur significare, non tantùm primam illam, SED & secundam & tertiam differitatem carnis considerandam esse; ut sic ex his diversis speciebus, tamquam speciminibus, discamus, quam multiplex, vel in ipsis illis corporibus, quae carnem habent, sit differitas.

Ratiocinatio autem huc redit: Si DEUS, pro liberrimâ suâ potestate, sapientiâque, tam multiplicem jussit esse diversitatem, ratione qualitatum, etiam in illis corporibus, quae hoc commune habent, quod sint caro; quàm inepte judicabis fieri non posse, ut DEUS corpora illorum, qui in CHRISTO mortui sunt, resuscitans, illa aliis qualitatibus, diversis ab illis, quas in hac vitâ habent, ob quas mentes illorum nunc gemunt, exornet? Aliis, inquam, nullas gemendi rationes praebituris.

Quàm inepta igitur est interrogatio, quando illa fit, ad dubiam faciendam veritatem resurrectionis mortuorum, ποίῳ σώματι ἔρχονται;

Quàm perversum, dubiam reddere velle resurrectionem mortuorum in CHRI-

— †. AAA.

BBB. In corporum terreſtrium & coeleſtium, quin & horum ipſorum, inter ſe differitate. Cap. XV. 40. & 41.

His commatibus in conſiderationem mittit Apoſtolus:

אאא. Differitatem inter corpora coeleſtia & corpora terreſtria. Cap. XV. 40.

In hoc commate

aaa. Praemittit Apoſtolus, quam, quaſi pro hypotheſi, ſubſternit, duplicem theſin: Scilicet, dari *corpora coeleſtia*, dari quoque *corpora terreſtria*. Cap. XV. 40. parte priori.

In hac duplici ſubſtratâ hypotheſi,

(*ααα*) Ponuntur illae duae theſes.

* Σώματα ἐπουράνια, *Coeleſtia corpora*, dari. Quae, uti videtur, ſaltem quaedam recenſentur, hoc ipſo Capite, verſu 41.

** Σώματα ἐπίγεια, *Corpora terreſtria*, dari. Qualia ſuprà, verſu 39. commemorata vidimus, & plura alia dantur.

(*βββ*) Atque conjunguntur, per repetitam copulam, καὶ.

bbb. Hinc tamen non eamdem utriuſque generis conditionem eſſe, concludi poſſe, utcumque, in genere, in eo conveniant, quod

---

CHRISTO, ex eo, quod non foret beneficium, iterùm ſociare mentem illorum corpori, in quo iterùm gemere deberent?

Cum utique DEUS, qui tantam diverſitatem poſuit in corporibus, hoc, quod *Caro* ſint, commune habentibus, etiam in corpore, quamvis ſit, maneatque corpus humanum, id efficere poſſit, ut admodùm diverſis ab illis, quas nunc habet, qualitatibus exornatum prodeat.

— †.BBB.אאא.*bbb.*

quod ſint corpora. Cap. XV. 40. parte poſteriori.

(*aaa*) Particula, tranſitum faciens, adverſativa, ἀλλὰ, videtur indicare, quod Apoſtolus ſe velit opponere conſequentiae, quam fortaſſis aliquis elicere vellet ex eo, quod ſint corpora, etiam ratione qualitatum in omnibus ſimilia eſſe debere.

(*βββ*) Res ipſa duobus enunciatis, ſibi contradiſtinctis, ſive juxta ſe poſitis, continetur.

Ubi notemus

* Ipſa haec duo enunciata.

AAAA. Primum ſpectat corpora coeleſtia, eiſque privam quamdam gloriam tribuit. Cap. XV. 40. parte poſteriori. Ubi

אאאא. Subjectum indicatur verbis: ἡ τῶν ἐπυρανίων δόξα.

Conſiderandum hic eſt,

aaaa. Quid ſint τὰ [σώματα] ἐπυράνια.

bbbb. Quid ſit eorum δόξα.

בבבב. Praedicatum ei privum quid tribuit. ἑτέρα [ἐςὶν]. (*a*).

Eeeee BBBB. Al-

(*a*) Vel in hunc modum:

אאאא. Subjectum, ſive objectum, exprimitur verbis, τῶν [σωμάτων] ἐπυρανίων.

בבבב. Praedicatum huic ſubjecto, vel objecto, tribuit:

aaaa. Δόξαν.

bbbb. Eamque privam. ἑτέραν.

— †.BBB.אאא.*bbb*.(βββ)*AAAA.

BBBB. Alterum ſpectat corpora terreſtria, eisque privam quamdam gloriam tribuit. Ubi

אאאא. Subjectum indicatur verbis: ἡ τῶν ἐπιγείων [δόξα].

Ubi conſiderandum eſt,

aaaa. Quid ſint τὰ [σώματα] ἐπίγεια.

bbbb. Quid ſit eorum δόξα.

בבבב. Praedicatum ei privum quid tribuit. ἑτέρα [ἐστιν]. (*a*)

** Quo pacto haec juxta ſe ponantur. per particulas, μὲν & δὲ.

בבב. Differitatem inter ipſa quoque corpora ſpectabilia coeleſtia. Quam ob oculos ponit Cap. XV. 41. Hanc

aaa. Aſſerit triplici enunciato. Cap. XV. 41. parte priori.

Notemus hîc

(*aaa*) Tria

(*a*) Vel iterùm in hunc modum:

אאאא. Subjectum, ſive objectum, exprimitur verbis: τῶν ἐπιγείων [σωμάτων].

בבבב. Praedicatum huic ſubjecto, vel objecto, tribuit:

aaaa. *Gloriam*. δόξαν.

bbbb. Eamque privam. ἑτέραν.

— †.BBB.בבבב.*aaa*.

(*aaa*) Tria ſubjecta ſibi invicem ſociata. Attendamus igitur, ad

* Primum, corporum coeleſtium ſpectabilium praecipuum, indicatum nomine ἡλίυ.

** Secundum & tertium, primo ſociata. Et quidem

AAAA. Proximum a praecedenti locum tenens, & praecipuum uſum incolis terrae praebens. Quod

אאאא. Indicatur nomine σελήνης.

בבבב. Praecedenti, ut aliquatenùs paria faciens, ſociatur particulà, καὶ. Conf. *GENES.* I.

BBBB. Reliqua corpora coeleſtia, ſpectabilia. Quae

אאאא. Indicantur, nomine ἀςέρων

בבבב. Duobus modò memoratis ſociantur, per particulam, καὶ.

(*βββ*) Praedicata ſimilia, ſingulis adſcripta: triplici repetitione.

* Singulis tribuitur δόξα, *gloria*.

** Sed & ſingulis *alia* & *alia*. ἄλλη, ἄλλη, ἄλλη.

bbb. Illuſtrando confirmat. Cap. XV. 41. parte poſteriori.

Ubi attendere oportet

 (*aaa*) Ad

— †.BBB.בבבב.*bbb*.

(*aaa*) Ad thesin Apostoli. In quâ perpendendum est

* Subjectum. Quod est una *stella* & altera. ἀστὴρ. Quae consideratur ut unum individuum, diversum ab altero, quod exprimitur nomine, ἀστέρος.

* Praedicatum. Quod

AAAA. Afferit generatim differitatem. διαφέρει.

BBBB. Speciatim declarat, qualem differitatem intelligat. ἐν δόξῃ.

Quasi diceret: Non tantùm differunt, quod numero haec stella sit alia, quam ista; sed differunt quoque ratione hujus vel illius qualitatis, quae pertinet ad singulae gloriam. Verbi causâ: luminis magis albi, vel magis ignei, &c.

(*βββ*) Quo fine hanc thesin afferat, cum connectatur per particulam, γὰρ.

Videtur Apostolus velle dicere: Cum etiam in ipsis stellis cernere liceat aliquam differitatem, certè tantò magis licet mihi adfirmare, quod non tantùm differant *terrestria*, ἐπίγεια, corpora, a *coelestibus*, ἐπουρανίοις, corporibus; verum etiam

— †.BBB.בבב.bbb (βββ)

etiam quod inter ipsa ἐπουράνια (Verbi caussâ: Solem, Lunam, & Stellas) sit differitas quaedam, quoad ipsorum gloriam.

††. Adplicationem hujus commemoratae differitatis (carnium diversarum, & corporum terrestrium & coelestium, nec non coelestium inter se comparatorum) ad materiam subjectam; nimirùm corporum illorum, qui in CHRISTO sunt mortui, diversitatem, quoad qualitates, post resurrectionem exspectandam Cap. XV. 42. 43. & 44.

In quibus commatibus reperimus,

AAA. In genere factam, istam adplicationem. Cap. XV. 42. parte priori. οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν.

In hoc enunciato perpendendum occurrit

אאא. Subjectum. Quod est ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν.

בבב. Praedicatum. Quo testatur Apostolus, quod illa, quae dixerat, de differitatibus carnium & corporum variorum, quas experientia quotidiana docet, quod analogiam sive similitudinem quamdam habeant, cum illis, quae teneri debent, de corporibus credentium, etiam post eorumdem resurrectionem.

aaa. Exprimitur ista assimilatio. per adverbium, οὕτω.

bbb. Amplificatur, quasi, haec assimilatio. per conjunctionem copulativam, καὶ.

— † ‡.AAA.בבב.*bbb.*

Quaſi diceret Apoſtolus: Non tantùm poteſt quaedam ſimilitudo obſervari inter differitatem, quam experimur, in corporibus credentium diverſis qualitatibus praeditis, qualem cernere datur ipſâ quotidianâ experientiâ, & illam differitatem, qualem eadem experientia nos docet, in diverſis carnibus animantium, & diverſis corporibus, terreſtribus coeleſtibuſque: Verùm *ETIAM* haec aſſimilatio extendi debet ad ſtatum corporum credentium, qualis erit poſt reſurrectionem.

BBB. In ſpecie expoſitam iſtam aſſimilationem. Nimirùm, (id quod praecipuè ad ſolutionem objectionis motae requirebatur) differitas inter corpora, quae credentes ante mortem in his terris circumgeſtant, & illa, quae poſt reſurrectionem accipient, enucleatiùs exponitur. Cap. XV. 42. parte poſteriori. 43. & 44.

Ad hanc ſpecialiorem expoſitionem adhibet Apoſtolus quatuor antitheſes, quibus ſtatum, vel qualitates illius corporis credentium, quod morti traditur, & ſeminis inſtar perdunt, & ſtatum, vel qualitates illius corporis, quod per reſuſcitationem ex morte recipient, ſibi invicem opponit.

In hiſce antitheſibus videtur, quod

אאא. Status & qualitates corporis, quod cre-

— ‖.BBB.ℵℵℵ.

credentes hic circumgestant, (considerati, prout inde a lapsu *Adami* factum est) statui & qualitatibus corporis, quod per resuscitationem recipient, opponantur tribus prioribus antithesibus. Cap. XV. 42. parte posteriori, & 43.

Huc pertinet

aaa. Status & qualitas corporis, spectati, quatenùs peccaminosâ vitiositate corruptum est, atque eapropter nullâ aestimatione dignum: quae opponuntur statui & qualitatibus corporis, quod sine vitiosâ corruptione erit, atque sic omninò honore dignum. Cap. XV. 42. parte posteriori, & 43. parte priori.

Hic igitur notemus

(*aaa*) Antithesin inter corpus, quod perdent credentes, quatenùs corruptum est, & corpus quod per resuscitationem recipient, quatenùs hoc nulli corruptioni obnoxium est. Cap. XV. 42. parte posteriori.

* Ob oculos ponitur illud, quod, instar seminis, in terram projecti, amittitur, ut corruptum spectandum esse. σπείρεται ἐν φθορᾷ. Ubi

AAAA. Perditio corporis, per mortem & reditum in pulvisculos, eleganter exprimitur, per verbum σπείρεται.

BBBB. Qualitas illius corporis, quod ita

— ††.BBB.אאא.ααα.(αα)*BBBB.

ita in terram projicitur, quae & ipsa in causâ est istius projectionis, indicatur verbis: ἐν φθορᾷ.

אאאא. Qualitas ipsa exprimitur, nomine, φθορᾷ. Non tantùm corruptibilitas, sed *corruptio*.

בבבב. Quod illa qualitas corpus adficiat, quin & causa sit, ob quam sic *seritur*, docet particula ἐν. 'EN φθορᾷ.

** Contrà, ob oculos ponitur, illud, quod per resurrectionem recipitur, corpus, a corruptione fore liberum; imò non tantùm intaminatum, sed insuper tale, quod numquam corruptioni possit fieri obnoxium. ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ.

AAAA. Recuperatio corporis exprimitur verbo, ἐγείρεται.

BBBB. Qualitas corporis, quâ tunc comparebit (quae simul est caussa, ob quam nulla erit ratio, illud iterùm serendi) additur verbis: ἐν ἀφθαρσίᾳ.

(βββ) Anti-

— ††.BBB.ℵℵℵ.ααα.(ααα)

(βββ) Antithesin, quae praecedentis est consequens, inter corpus, quod, seminis instar in terram projecti, cum morte amittitur, & corpus, quod per resuscitationem recuperatur; quorum illud nullâ ferè existimatione dignum censetur, hoc verò erit gloriosum. Cap. XV. 43. parte priori.

* Ob oculos ponitur, quale sit corpus, quod amittitur. σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ.

AAAA. Quid ei eveniat, exprimitur, ut suprà, verbo, σπείρεται.

BBBB. Quaenam ejus sit qualitas. ἐν ἀτιμίᾳ. Propter quam ejus amissio nullius sit pretii.

Hîc iterùm perpendatur

אאאא. Ipsa qualitas. Quae exprimitur voce, ἀτιμίᾳ.

בבבב. Relatio hujus qualitatis ad hoc subjectum. Expressa voculâ, ἐν. ʼEN ἀτιμίᾳ.

** Ob oculos ponitur corpus, quod per resuscitationem recipitur, ejusque qualitas.

AAAA. Recuperatio exprimitur verbo, ἐγείρεται.

— ††.BBB.אאא.*aaa*.(βββ)**AAAA.

BBBB. Qualitas, cum eâ conjuncta, indicatur verbis: ἐν δόξῃ.

אאאא. Qualitas ipsa est δόξα.

בבבב. Relatio hujus qualitatis ad hoc subjectum (nimirùm, ad corpus quod recipient illi, qui *Christi* sunt) indicatur per praepositionem 'EN.

bbb. Status & qualitas corporis, quale amittitur, quod debile & caducum est; &, contrà, status & qualitas corporis, quod per resuscitationem recuperatur, opponuntur. Cap. XV. 43. parte posteriori.

Notetur iterùm

(*aaa*) Status & qualitas illius corporis, quod amittitur.

* Amissio ipsa iterùm exprimitur, verbo, σπείρεται.

** Qualitas illius, quod amittitur. ἐν ἀσθενείᾳ.

AAAA. Qualitas ipsa exprimitur voce, ἀσθενείᾳ.

BBBB. Relatio hujus qualitatis ad hoc subjectum, expressa praepositione, ἐν. 'EN ἀσθενείᾳ.

(βββ) Status & qualitas illius, quod recuperatur.

* Re-

— ††. BBB. אאא. *bbb*. (βββ)

* Recuperatio ipsa rursus exprimitur verbo, ἐγείρεται.

** Status & qualitas, cum illâ recuperatione conjuncta. ἐν δυνάμει.

AAAA. Qualitas ipsa exprimitur nomine, δυνάμει.

BBBB. Relatio ejus ad subjectum exprimitur per praepositionem, ἐν. 'EN δυνάμει.

Sensus est, fore tale corpus, quod viribus polleat, quibus aptum erit ad agendum sine fatigatione, quod opus non habeat vel quiete, vel refocillatione qualicumque, atque adeò, ad constanter & promptissimè menti inserviendum, aptissimum.

בבב. Status & qualitas corporis humani, quale primo momento suae (a creatione, die mundi sexto factâ) existentiae, extitit; &, quantùm ad naturalia attributa attinet, etiam nunc in omnibus individuis, humanum genus constituentibus, existit: & status qualitasque corporis, quod illi qui CHRISTI sunt, recipient; post amissionem sui corporis, quod hîc habuerunt, quodque per mortem amiserunt: opponuntur. Cap. XV. 44.

Notetur hîc hujus oppositionis

 aaa. Pro-

— ††. BBB.בבב.

aaa. Propositio. Cap. XV. 44. parte priori. In quâ

(*aaa*) Indicatur, quale corpus credentes amittant; etiamsi illud etiam considerent (abstractione mentis) absque illis, quae sunt sequelae peccati *Adamici*, ut naturale, ut tale, quale requiritur ad naturam hominis, ut sit incola terrae.

* Amissio iterùm exprimitur per verbum, σπείρεται.

** Status & qualitas corporis, quod amittitur, exprimitur verbis. σῶμα φυσικὸν. Quibus verbis

AAAA. Equidem consideratur ut σῶμα. Quod id habeat, quod habere debet, si corpus humanum meritò dici possit.

BBBB. Simul tamen nunc consideratur, ut quod nihil habeat ultrà; sed, ad summum, sit σῶμα φυσικὸν.

(*βββ*) Indicatur, quale corpus, contrà, accepturi sint post resuscitationem ex mortuis.

* Recuperatio ipsa exprimitur, ut suprà, verbo, ἐγείρεται.

** Status & qualitas istius, quod credentes recipient, corporis. σῶμα πνευματικὸν.

bbb. Ejusdem aliqualis, novâ asseveratione, confirmatio. Cap. XV. 44. parte posteriori.

Hic

— ††.BBB.בבב *bbb.*

Hìc notemus

(*aaa*) Duplicem thesin Apostoli.

* Priori asserit, dari corpus, quod, ad summum, nihil habeat, quàm quod pertinet ad naturam hominis, quà talis. Quod affirmat his verbis: ἔστι σῶμα ψυχικόν. *Est corpus animale.*

** Posteriori, quam cum proximè praecedenti conjungit,

AAAA. Asserit, dari corpus, in quod Spiritus Sanctus excellentiori modo operatur, ita ut non opus habeat illis adminiculis, qualibus corpus humanum in hac terrâ indiget, & quae natura suppeditat, ut corpus in suâ vitâ, in suo vigore & activitate, perseveret; sed, sine illis adminiculis, in omni vigore suo perduret, solâ omnipotenti Spiritûs Sancti operatione. Hoc exprimit verbis, ἔστι σῶμα πνευματικόν. *Est corpus Spirituale.*

BBBB. Hoc assertum cum priori, ceu utrumque ex aequo verum, conjungit. per particulam, καὶ.

(*βββ*) Quò tendat haec duplex thesis Apostoli: Nimirùm, ad aliquam confirmationem dicti.

 Quasi

— ††.BBB.בבב.*bbb*.(βββ)

Quasi diceret Apostolus: Datur utique corpus ψυχικὸν, experientiâ teste: Datur etiam corpus, uti *Enochi*, *Eliae*, CHRISTI, hac in parte multùm diversum, corpus πνευματικόν. Ergò etiam nulla ratio negandi, quod corpus ψυχικὸν feratur, sed quod πνευματικὸν excitetur.

☲ Confirmat suam responsionem refutatoriam, quam hactenùs hîc dedit, argumento ex eo praecipuè desumpto, quod corpora, etiam ipsorum credentium, quae hîc circumferunt, habeant ex ortu, a primo *Adamo*, primo generis humani parente, qui simul foederis primi caput fuit: Contrà, corpora, qualia credentes in CHRISTUM per resuscitationem accepturi sunt, per meritum & omnipotentem operationem CHRISTI, (qui omnipotentem Spiritum habet, per quem operatur) tamquam secundi *Adami* & foederis gratiae Capitis; corpora illorum, qui cum Ipso, tamquam Capite suo, communionem habent, suo glorificato corpori σύμμορφα facere volentis. Haec ratiocinatio comprehenditur Cap. XV. 45-50.

In hac ratiocinatione attendere oportet, ad

†. Fundamentum ejus: quod positum est in eo, quod Sacra Scriptura de primo *Adamo* tale quid tradat, quod multò exilius est, quam id, quod de secundo *Adamo* agnoscendum est. Cap. XV. 45.

Hîc videamus

AAA. De *Adamo* primo poni directè id, quod *Moses* in historiâ creationis narravit. Cap. XV. 45. parte priori. Ὅυτω καὶ γέγραπται· Ἐγέ-

☱ †. AAA.

Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν.

In quibus verbis confiderandum eft

אאא. De modo citandi, quo *Paulus* utitur. ὕτω καὶ γέγραπται.

aaa. Particulâ καὶ fignificat Apoftolus, quod id, quod dixerat de corpore, quod credentes per mortem amittunt, non fit a fe fictum, nec tantùm experientiâ fatis firmatum, fed etiam conveniat, & fic fundamentum quoque habeat in eo, quod in Scripturâ, *Mofis* ipfius verbis, legitur.

bbb. Citatio ipfa. ὕτο γέγραπται. Videlicet, *GENES*. II. 7.

בבב. De verbis ipfis. Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν. In textu *Hebraeo* fonant verba: וַיְהִי הָאָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה

aaa. Subjectum eft הָאָדָם ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ.

A *Paulo* igitur hoc fubjectum

(*aaa*) Confideratur ut *primus homo*, parens totius generis humani, atque caput fœderis. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος. Quod Apoftolus ex Cap. I. *Genefios* hic addit, ad fcopum fuum faciens.

(*βββ*) Nomine fuo adpellatur *Adam*. Ἀδὰμ.

bbb. Praedicatum. וַיְהִי לְנֶפֶשׁ חַיָּה ἐγένετο εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Hoc accepit, quando DEUS corpori, e terrâ a fe formato, in nares fufflavit נִשְׁמַת חַיִּים *halitum*, ut abhinc effet *anima vivens*.

Hinc

ב †.AAA.בבב.*bbb*.

Hinc ſequitur, quod corpus, quod credentes per mortem amittunt, ad ſummum, non ſit niſi corpus, cui anima rationalis indita fuit, eaque (niſi lapſus *Adami* interveniſſet) imagine DEI ornata; qualem *Adam* tunc acceperat, quia parens futurus erat totius generis humani; (confer *ACT.* XVII. 26.) Imò cum *Adam* ſimul caput fœderis conſtitutus fuerit, & foedus violavit, corpus φθαρτὸν, καὶ ἐν ἀτιμίᾳ, καὶ ἀσθενὲς. (a)

BBB. De *Adamo* ultimo. Cap. XV. 45. parte poſteriori. ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν.

In quo enunciato, contemplandum eſt

אאא. Subjectum. ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ. Perpendere hìc oportet,

aaa. Quod dicatur Ἀδὰμ. Ut ſignificetur, quod conveniat cum primo *Adamo*; quod, ſicuti is fuit parens totius generis humani, & caput foederale, hic quoque ſit caput foederale omnium illorum, quos Pater Ei dedit, quique in Ipſo cenſentur.

bbb. Quod

(a) *Sociniani*, aliique, ſtatuunt, *Adamum* in ſtatu integritatis, habuiſſe *Corpus mortale*; idque ex hoc loco ſtabilire ſatagunt; ut ſic tenere poſſint, *Mortem* non peccati adeo, ſed naturae, ſequelam eſſe. Non lubet mihi excurrere. Sed tantum moneo, quod, *ambiguitate* ſublatâ, corruat eorum, ex hoc loco quaeſitum, Sophiſma. *Adamus* habuit *Corpus mortale*: Eo ſenſu, quod *Adamus* labilis fuerit; qui corpus quoque ſuum corrumpere poſſet, quod tunc ſtipendium peccati acciperet: Sed falſiſſimum eſt, quod habuerit corpus, quod mori potuiſſet, etiamſi non peccaſſet. DEI enim Bonitate, Fidelitate, Sapientiâ infinitâ, & potentiâ ſufficientiſſimâ, conſervatum fuiſſet.

ⵆ †.BBB.אאא.*aaa.*

bbb. Quod dicatur. ὁ ἔσχατος. Ut significetur, praeter hunc nullum umquam alium exspectandum esse, qui ut caput foederale censeri possit, cum hoc posterius foedus, nimirùm gratiae, in aeternum sit duraturum.

בבב. Praedicatum. εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Supple, ἐγένετο.

Vult dicere Apostolus, quando conceptus est a *Mariâ* Virgine, Ejus corpori non tantùm mens humana, in unitatem personalem, juncta est; verùm etiam Divina Filii Natura; eamdem, quam Pater habet, essentiam habens, quae proinde *Spiritus* est: Cujus etiam est tertia Sacro Sanctae Triados Persona, aequè ac Patris; *Spiritus* ille Sanctus, Spiritus Patris, & Spiritus Filii, per quem Filius, aeque ac Pater, operatur. Vid. *JOH.* XV. 26. *GAL.* IV. 6. Confer 1 *PETR.* III. 18. 19. *HEBR.* IX. 14. *ROM.* I. 4.

Sic ille Θεάνθρωπος Omnipotentiam habet, Dignitatem Divinam habet, Spiritum Sanctum habet, & a Patre mittit. Quae omnia simul sumpta efficiunt, ut sit caussa meritoria dignissima, & caussa efficiens potentissima, vitae in aeternum duraturae.

Haec omnia continentur istis verbis: ἐγένετο εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν Confer *JOH.* VI. 37-41. XI. 25-28. *PSALM.* LXVIII. 21.

Ggggg ††. Huic

== †.

††. Huic fundamento superstruit suam ulteriorem ratiocinationem. Cap. XV. 46. 47. 48. 49.

In hac ulteriori ratiocinatione, uti mihi videtur,

AAA. Praemittit quamdam objectionem, quâ quis fortè instaret: Corpus illud, quod credentes a primo *Adamo* habent, priori loco ab Apostolo, versu 42. 43. & 44. nominatum esse, Corpus animale, σῶμα ψυχικόν. Unde colligendum esse videri posset, quod illud corpus, quod vocat corpus ψυχικὸν, non sit minùs perfectum, quam illud, quod per secundum *Adamum* acciperent; quod vocat Apostolus πνευματικόν: Unde porrò sequeretur, dationem illius, posteriori loco memorati, corporis, non esse beneficium: Imò posito, quod hoc, quod posteriori loco memoraverat, non sit perfectius, sequeretur, quod nulla foret ratio, quare DEUS primum illud velit morti subjicere; aliud, quamvis non praestantius, priori illi substituturus.

Haec objectio mihi equidem videtur constituere argumentum hujus commatis 46.

Notemus igitur, in hoc commate,

אאא. Indicium hujus objectionis. Quod deprehendere mihi videor in voce, ἀλλά.

בבב. Objectio ipsa. Quae desumpta est ex ordine, quo duo haec genera corporum, ψυχικὸν & πνευματικόν, sibi contradistincta, memoraverat Apostolus. Hunc ordinem duobus enunciatis exprimit:

aaa. Priori enunciato denegatur corpori πνευματικῷ prioritas.

In eo occurrit

(*aaa*) Sub-

= ††. AAA. כככ. *aaa*.

(*aaa*) Subjectum. τὸ πνευματικὸν.

(*βββ*) Praedicatum, denegans ei prioritatem. ὐ πρῶτον.

bbb. Altero enunciato bimembri thetico,

(*aaa*) Opposité negativo enunciato praecedenti, asseritur prioritas corpori ψυχικῷ.

* Oppositionis indicium est particula ἀλλὰ.

** Thesis ipsa

AAAA. Subjectum habet τὸ ψυχικὸν.

BBBB. Praedicatum subaudiendum est, repetitione ἀπὸ τῦ κοινῦ, πρῶτον ἐστιν.

(*βββ*) In altero membro illustratur:

* Indicando, non simultaneitatem, sed posterioritatem. adverbio ἔπειτα.

** Eamque tribuendo corpori spirituali. τὸ πνευματικὸν [ἐστι].

BBB. Diluit hanc objectionem, ostendendo consequentiam, ad quam tenderet haec objectio, non fluere ex thesi pro fundamento posita; atque sic, ratione reddita ordinis a se servati, (versu 42 45) denuo stabilit suam sententiam; sive resurrectionis mortuorum corporum credentium exspectandae assertionem & defensionem. Cap. XV. 47. 48. & 49.

⵰ ††.BBB.

אאא. Ut diluat hanc, quam objectio intendit, consequentiam, ostendit, non ex illo, quem servaverat, in his duobus, quae commemoraverat, corporum generibus, ordine, dimetiendam esse praestantiam; sed hanc derivandam esse a majori excellentiâ personae, per quam, tamquam caput foederale, credentes illud corpus πνευματικὸν accipient, prae illâ personâ, per quam iidem credentes corpus ψυχικὸν acceperunt. Cap. XV. 47. & 48. Ubi

aaa. Differitatem excellentiae harum duarum personarum ob oculos ponit. Cap. XV. 47. In quo commate,

(*aaa*) Primo loco iterùm contemplandum sistit omnium hominum stirpem. Cap. XV. 47. parte priori.

Ubi attendamus ad

* Subjectum Indicatum verbis: ὁ πρῶτος ἄνθρωπος. Quem antè nomine *Adami* significaverat. Quem considerari vult:

AAAA. Ut qui habuerit corpus menti rationali junctum. Quando dicit: ἄνθρωπος.

BBBB. Ut ante quem nullus fuerit; omnium, igitur, reliquorum hominum parens. Quando dicit: ὁ πρῶτος. Confer *ACT*. XVII. 26.

** Praedicatum: Idque (uti mihi quidem videtur) duplex. Affirmans de illo subjecto,

AAAA. Quoad

⵰††.BBB.אאא.*aaa* (*aaa*)**

AAAA. Quoad ejus originem, quod habuerit corpus, ex terra formatum. ἐκ γῆς.

BBBB Quod ipse homo, certo quodam modo, per lapsum fuerit factus pulvis, cum corpus in mentem dominari ab eo tempore coeperit, pravis suis motibus, in transversum rapiens ipsum animum. Hinc dicendus χοϊκὸς. Confer *GENES.* III.

Sic naturâ quidem corpus ψυχικὸν habuit; sed hoc ipsum quoque (quando ipse homo factus est pulvis) factum simul est φθαρτὸν, ἀσθενὲς, &c.

(ßßß) Secundo loco iterùm contemplandum sistit CHRISTUM, tamquam a quo corpus illud, quod πνευματικὸν dixerat, accipiant credentes, ostenditque, qualis illa persona sit, comparatè ad primum illum hominem. Cap. XV 47. parte posteriori.

Ubi notemus

⁐ ††.BBB.ℵℵℵ.*aaa*.(ββB)

* Subjectum. Quod ita denominat, ut ostendat hoc subjectum, sive hanc personam,

AAAA. Esse verum *hominem*, talem, qualis *Adam* a DEO creatore productus fuit in initio. Eapropter ab Apostolo vocatur ἄνθρωπος.

BBBB. Esse eum certo respectu considerandum, ut *secundum hominem*. Dicitur enim ὁ δεύτερος ἄνθρωπος.

Non profectò in serie hominum, qui ab *Adamo* & post eum extiterunt, quod cogitare ineptum foret; sed dicitur *secundus*, qui ut caput foederale illorum, qui ex Ipso nasciturì erant, quique in Ipso censerentur, considerari potest & debet.

** Praedicatum de hoc subjecto, (sive de illâ personâ, a quâ corpus accipient credentes πνευματικόν) quod verè est homo, testatur, quod sit *Dominus e coelo*. In quo praedicato duo continentur:

AAAA. Quod sit ὁ Κύριος. Verus *JEHOVAH*, qui istam naturam humanam, & sic etiam

⁐ ††.BBB.ℵℵℵ.*aaa*.(βββ)**AAAA.

etiam corpus ſuum (quod partem naturae humanae conſtituit) in unitatem perſonae aſſumſit.

BBBB. Quod ſit ἐξ ὐρανῦ. Qui, ſcilicet, venit *ex coelo*, ad hoc corpus ſibi, per Spiritum ſuum, in Templum vel Tabernaculum formandum, & in ipſo habitandum.

bbb. Hinc, ex differitate illarum memoratarum perſonarum (quas vocaverat τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον ἄνθρωπον) judicandum eſſe de praeſtantiâ illius corporis, quod credentes accipient ab hoc *SECUNDO HOMINE*; prae illo, quod credentes, pariter atque omnes homines, acceperunt a *PRIMO* illo *HOMINE*, docet Apoſtolus Cap. XV. 48.

Ratio petita eſt ex eo, quod in illo corpore ſimilitudo cum corpore, quod primus habuit; in hoc corpore ſimilitudo cum corpore glorificato CHRISTI conſpicienda veniat: cum homines qualeſcumque, qui ad *Adamum*, tamquam caput ſuum pertinent, ipſi ſimiles ſint: &, ab alterâ parte, electi credentes, qui ad CHRISTUM pertinent, huic

pa-

⌯ ††.BBB.אאא.*bbb*.

pariter ſimiles evadere debeant. Hoc docet noſtro commate 48.

Duas hîc invenimus aſſimilationes ſive comparationes:

(*aaa*) Primâ oſtenditur ſimilitudo inter *Adamum* & ejus poſteros. Cap. XV. 48. parte priori.

Hic contemplanda habemus

* Subjecta, de quibus loquitur Apoſtolus.

Loquentem hîc videmus Apoſtolum,

AA A. Primo loco, de *Adamo*, homine primo: Qui hîc dicitur ὁ χόϊκος. Ex pulvere terrae formatum a DEO corpus habens, cui DEUS, ut vitam hominis viveret, נִשְׁמַת חַיִּים inflavit, ut ab animâ rationali regeretur, & ſic imaginem DEI exprimeret; ſed qui, interveniente lapſu, ita fuit mutatus, ut ejus animus, perverſis corporis ex pulvere facti motibus, in transverſum raperetur, unde totus homo quaſi *pulvis* factus ſit, & ab hac parte denominari mereatur ΧΟΙΚΟΣ; ſicuti alibi homo corruptus, ob non abſimilem

ra-

= ††.BBB.ℵℵℵ.*bbb*.(*aaa*)*AAAA.

rationem *caro* dicitur. Confer *GENES.* III. 19. cum *JES.* LXV. 25. *PHILIPP.* I.I. 19. *JOH.* III. 6.

BBBB. Secundo loco, de ejus posteris, qui ab Apostolo vocantur οἱ χοϊκοὶ. Qui etiam habent corpus ex particulis terrestribus, quae possunt in pulverem facilè resolvi; quod corpus tamen per suos perversos motûs animum turbat, ut affectus dominentur; ita ut οἱ χοϊκοὶ dici mereantur.

** Praedicatum, quod similitudinem inter haec subjecta ponit, ut fluentem ex illâ membrorum cum capite conjunctione. οἷος χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί. Confer *GENES.* V. 3. Notemus

AAAA. Positionem. Expressam verbis: οἷος, τοιοῦτοι

BBBB. Connexionem. per particulam, καὶ.

(βββ) Alterâ, cum praecedenti copulatâ, ostenditur similitudo inter CHRISTUM, & illos, qui cum CHRISTO

Hhhhh per

ⵌ ††.BBB.ℵℵℵ.*bbb*.(ßßß)

per fidem conjuncti sunt. Cap. XV. 48. parte posteriori.

Hic perpendere oportet

* Subjecta, de quibus loquitur Apostolus; CHRISTUM & credentes.

Loquentem hîc videmus Apostolum

AAAA. De CHRISTO.

Qui modò dictus erat ἄνθρωπος ὁ δεύτερος, & ὁ Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, nunc verò ab Apostolo vocatur ὁ ἐπουράνιος. Qui, postquam *e coelo*, ut *Dominus*, venit, ut humanam naturam, atque sic quoque corpus sibi uniret, & in eo, ut Tabernaculo suo, habitaret, in coelum rursùs evectus est, atque ibi est in domo Patris, habens corpus isti loco & statui conveniens.

BBBB. De credentibus, per fidem cum Illo conjunctis.

Qui hîc ab Apostolo vocantur οἱ ἐπουράνιοι. Ut qui jam vel aliquo modo per fidem & spem sint in coelo, vel futuri sint aliquando toti quanti, in coelo. (*a*)

** Prae-

(*a*) Conf. ad primum membrum mei afferti, *Ephes.* I. 3. II. 6. Et ad alterum, 2 *Cor.* V. 1. 2. *Philipp.* III. 20. 21. *Joh.* XII. 26. XIV. 2. 3. 1 *Thessal.* IV. 17.

ב ††.BBB.אאא.*bbb*.(βββ)*

** Praedicatum. Quod similitudinem inter illum & hos ponit; ut fluentem ex illâ conjunctione membrorum cum Capite.

Notemus iterùm

AAAA. Positionem similitudinis, expressam verbis: ὅιος -- τοιοῦτοι.

BBBB. Connexionem. per particulam, καὶ.

בבב. Denuò stabilit suam sententiam, quod infinitè praestantius futurum sit illud corpus, quod credentes per CHRISTUM, in resurrectione mortuorum, accipient, prae illo corpore, quod per ortum suum ex *Adamo* habent, & in morte amittunt; cum alia ratio sit, quàm opponentes sibi imaginabantur, quare (versibus 42. 43. & 44.) istum ordinem servaverit: Nimirùm, ordo temporis, quo illa corpora existunt, & existent. Cap. XV. 49.

Hîc videmus,

aaa. Connecti hanc expositionem ordinis cum praecedentibus, per particulam, καὶ. Quae indicat, id, quod hoc commate dicetur, facere ad ulteriorem solutionem dubii, sive objectionis, versu 46. motae.

bbb. Expositionem ipsam. In quâ attendere oportet, ad

 (*aaa*) Duas

= ††.BBB.בבב.*bbb*.

(*aaa*) Duas thefes, quibus ifte ordo confpiciendus exhibetur.

* Prima thefis fpectat ad illam, quam credentes accipiunt cum omnibus hominibus, conditionem, per ortum fuum ex *Adamo*, quamque fervant ad mortem, eamque tunc demùm deponunt. Hanc vocat Apoftolus *gerere*, vel eo ufque *geffiffe imaginem* primi hominis. Hoc igitur affirmat de credentibus, quibus fe annumerat per χοϊκῶσιν; (nam utique Apoftolus nondùm defierat effe iftâ conditione) & quidem verbo in Aorifto pofito: Hinc colligimus, quod, quando, in primâ perfonâ pluralis numeri, Apoftolus dicit ἐφορέσαμεν, *geftavimus*, idem eft, ac fi diceret: Gerunt credentes, donec in hâc terrâ vivunt; & Gefferunt credentes jam mortui, quicumque fint; (Sive Ego is fim vel effem, five Apoftoli, five Prophetae, five communes *Chriftiani*,) *imaginem terreni*. De his enim omnibus uti de me ipfo adfirmo: ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ.

In quibus verbis notemus

AAAA. Objectum, circa quod ver-

⊏ ††.BBB.בבבב.*bbb*.(*aaa*)*AAAA.

versati spectantur credentes. Hoc objectum ab Apostolo indicatur verbis, τὴν εἰκόνα τῦ χοϊκῦ. Hic itaque

אאאא. *Adamum*, hominem primum, qui ex terrâ formatum corpus habuit, cui per peccatum ita deditus factus, ut ab illo denominari meritus sit, & in pulverem mortis redire deberet, adpellat, nomine τῦ χοϊκῦ.

בבבב. Hujus, quà talis, *imaginem*, τὴν εἰκόνα, Apostolus hîc proponit ut objectum.

BBBB. Quo modo se erga hoc objectum habeant credentes ad hucdum vivi; & quomodo erga idem objectum se habuerint credentes jam mortui; cum adhucdum in vivis essent; exprimit verbo, ἐφορέσαμϑυ.

** Altera thesis spectat ad illam conditionem, quam credentes accipient, per resuscitationem ex mortuis Quam exprimit verbis: φορέσομϑυ τὴν εἰκόνα τῦ ἐπȣρανίȣ.

Ubi pariter notetur

ΞΞ††.BBB.בבב.*bbb*.(ααα)**

AAAA. Objectum. Quod exprimit verbis: τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. Ubi

אאאא. CHRISTUM iterùm nomine τοῦ ἐπουρανίου insignit.

בבבב. Hujus τὴν εἰκόνα proponit ut objectum.

BBBB. Quo modo, per, vel post resuscitationem, credentes se circa hoc objectum habituri sint. Quod indicat verbo, φορέσομεν.

(βββ) Comparationem harum thesium, & derivationem alterius ex alterâ.

* Comparatio exprimitur adverbio, καθὼς.

** Consecutio, particulâ, καὶ.



TA.

TABULA LXXVIII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 50-55.

Continet haec pericopa Occupationem, & solutionem instantiae, quae, contra hanc ratiocinationem, quâ *Paulus* proximè praecedentibus versibus usus erat, moveri posse videbatur: Instantia haec ex eo desumpta concipitur, quod illa, quam *Paulus* daret, solutio, non possit consistere (eo quod ponat necessitatem quamdam credentibus impositam moriendi, ut ita ad consequendam plenissimam felicitatem pervenire possint) cum illâ veritate, quod CHRISTUS Dominus die ultimi judicii venturus sit ad judicandum, non mortuos tantùm, sed etiam vivos.

Hanc instantiam examinat, & diluit; atque sic hanc ratiocinationem concludit, & ex Sermone Prophetico confirmat. Cap. XV. 50. 51. 52. 53 & 54.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)2.AA.בב.*aa*.(ββ)

Perpendere in eâ oportet:

§. Declarationem, de novo factam; quâ asserit, necesse esse, ut credentes accipiant corpus πνευματικὸν, longè praestantius, quàm id, quod per mortem deposuerant, ψυχικὸν; imo etiam, quin & multò magis, neces-

se

§.

se esse, ut accipiant corpus, quod non sit φθαρτὸν, perversis motibus inquinatum: Indicatâ ratione, ob quam illud necesse sit. Cap. XV. 50. Quae declaratio ansam praebet isti instantiae, quam diluet versibus 51. 52. & 53. Notemus in eâ

/. Praefamen. Cap. XV. 50. parte priori. τοῦτο δὲ φημὶ, ἀδελφοί.

In hoc praefamine considerare debemus

— Particulam, transitum facientem. δὲ.

= Argumentum hujus praefatiunculae:

†. Blandâ compellatione insinuatum. ἀδελφοί.

††. Ita expressum. τοῦτο φημί. Ubi videndum est,

AAA. Ad quod objectum respiciat pronomen, τοῦτο. Nimirùm, an ad praecedentia? an ad sequentia?

BBB. Quid igitur dicere velit verbis: τοῦτο φημί.

//. Rem ipsam, quam declarat. Cap. XV. 50. parte posteriori.

Ad quam accuratè expendendam, oportet ut videamus,

— Quomodo accipienda sit particula, ὅτι.

An ut significet *QUOD*; monstrans summam ejus, quod dicere vult? Sic pronomen τοῦτο digitum intendit in sequentia hujus commatis verba. An verò ut denotet, quod indicare velit, quo respectu, & quo fine, illa, quae praecedentibus commatibus leguntur, dixerit? Sic fortè meliùs verteretur per *QUONIAM*.

= Quid sit illud, quod dicit. Hoc autem duobus constat enunciatis. Quorum

†. Primo negat, fieri posse, ut humanum corpus,

qua-

§.//.☰ †.

quale vel habuerint, vel habeant credentes, vel quicumque terricolae, quamdiu tale est & manet, regnum DEI haereditet.

Hîc considerare oportet

AAA. De subjecto. σάρξ καὶ αἷμα. Quibus verbis significat corpus humanum, quale *Adamus*, tùm ante, tùm post lapsum, habuit, & habent omnes homines, *Adami* posteri. Quod constat

אאא. Parte solidâ, quae σάρξ dicitur.

בבב. Parte fluidâ, cum illâ conjunctâ. Hanc

aaa. Exprimit, nomine αἷμα.

bbb. Cum alterâ consociat, per particulam, καὶ.

His principalioribus partibus constat corpus, quod homines in hac terrâ habent: alimentis, cibo, potu, aëre, indigens ad vivendum, & quocumque modo menti inserviendum.

BBB. De praedicato. βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται.

Ubi oportet, ut perpendamus

אאא. Objectum, circa quod versatur. Quod exprimit verbis, βασιλείαν Θεοῦ.

aaa. Vocat illud Apostolus βασιλείαν.

bbb. Describit ab Auctore, qui credentibus illud praedestinavit, & praeparavit. (Confer *MATTH.* XXV. 34.) Θεοῦ.

בבב. Quo modo se ad hoc objectum habeat

§.//.= †.BBB.ככב.

istiusmodi corpus, quod Apostolus significaverat verbis, σὰρξ καὶ ἆιμα.

aaa. Denegat ei aditionem illius haereditatis, quae modò vocata fuit βασιλεία Θεȣ̃.

bbb. Imò negat, quod illud corpus, quà tale, in illo statu existens, quamdiu tale manet, aptum & idoneum esse possit, ad hanc haereditatem de facto adeundam. ȣ̓ δύνανται κληρονομῆσαι.

††. Altero docet, non minùs sibi repugnare, & nequaquam simul consistere posse: Corpus, quod corruptissimum est, immoderatis motibus obnoxium, & infirmitatibus subjectum; (ἐν φθορᾷ καὶ ἀσθενείᾳ, dixerat versibus 42. & 43.) & Corpus, quod incorruptibilitatem haereditario jure ipso actu possideat.

Notetur

AAA. Ipsum enunciatum. In quo iterùm considerandum est

אאא. De subjecto. Quod exprimitur voce ἡ φθορά. Quâ corpus denotatur, quale *Adamus*, & omnes ejus posteri, (atque sic etiam credentes) ab ipso acceperunt; quod non φθαρτὸν tantùm dicit, sed τὴν φθοράν. Emphaticè. (a)

בבב. De

(a) Quasi diceret, Corpus ita totum quantum corruptum, ut nihil in eo cernatur, quod non sit corruptum: nihil quod non prodat, vel palam faciat corruptionem.

§.//.= ††.AAA.אאא.

בבב. De praedicato. Quod de illo subjecto negat, quod de facto possideat incorruptibilitatem, a DEO credentibus destinatam.

Hic rursus perpendendum occurrit

aaa. Objectum, quod Apostolus vocat, τὴν ἀφθαρσίαν.

bbb. Quo modo subjectum illud se ad hoc objectum habeat. Quod indicat verbis: ὐ κληρονομεῖ.

Adeoque videndum,

(ααα) Quid sit κληρονομεῖν τὴν ἀφθαρσίαν. Nimirùm, ipso facto eam, vi Testamenti DEI, possidere.

(βββ) Quod hoc de modò memorato subjecto negetur. ὈΥ κληρονομεῖ.

BBB. Ejus cum praecedenti enunciato connexio, per particulam, ὐδὲ.

Hoc jam assertum videri posset hanc parere difficultatem: Dominus JESUS veniet judicatum vivos & mortuos; illa autem, quae sic disputasti, *Paule*, videntur inferre, absolutè necessariam esse mortem credentium: Quid igitur fiet illis, qui vivi deprehendentur? An hi omnes excludendi a κληρονομίᾳ τῆς βασιλείας Θεῦ, καὶ τῆς ἀφθαρσίας? Si hoc, ergò jam cessavit regnum CHRISTI in his terris. Quod est absurdum.

§§. Hanc difficultatem levat, declaratione cujusdam my-

§§.
mysterii; & hoc pacto totam suam ratiocinationem ad finem perducit, simulque ex Sermone Prophetico confirmat. Cap. XV. 51. 52. 53. 54.

Videamus igitur

I. Illam, quam *Corinthiis* facere vult, expositionem mysterii cujusdam, ad solutionem dubii modò propositi. Cap. XV. 51. 52. & 53.

÷ Propositam. Cap. XV. 51. & 52. In hac propositione, notemus

†. Praefatiunculam. Cap. XV. 51. parte priori. Quae

AAA. *Corinthiorum* animos ad attentionem excitat. Ἰδού.

BBB. Intentionem dicendorum indicat. μυστήριον ὑμῖν λέγω. Ubi indicat

אאא. Qualitatem illorum, quae dicet. Sunt illa μυστήριον.

בבב. Quod illa *Corinthiis* indicare velit. λέγω ὑμῖν.

††. Ipsam hujus mysterii expositionem. Cap. XV. 51. parte posteriori, & 52. Quà testatur,

AAA. Generatim, quod directè faciebat ad sufficientem solutionem instantiae motae. Cap. XV. 51. parte posteriori. πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα.

Constat haec generalis expositio duobus enunciatis, quorum alterum constat negatione illius absurdi, quod instantia modò memorata Apostolo tribuebat; alterum constat affirmatione verae sententiae, Apostolo revelatae; quae optimè consistere possit cum illis, quae hactenùs disputaverat. Per-

§§. /. — ††. AAA.

Perpendamus

אאא. Utrumque enunciatum, ſeorſim ſpectatum.

aaa. Primum eſt: πάντες ου κοιμηθησόμεθα. Ubi

(*aaa*) Subjectum eſt, ου πάντες. *Non omnes*, quotquot ſumus credentes ſimul ſumpti, qui unum corpus conſtituimus, *dormituri ſumus*.

(βββ) Praedicatum, in quosdam equidem, qui hujus corporis ſunt membra, ſed tantùm in pleroſque cadens. κοιμηθησόμεθα. *Dormiemus*, id eſt, mortui erimus, Domino noſtro e coelis, ad judicandum vivos & mortuos, adveniente.

bbb. Alterum eſt: πάντες ἀλλαγησόμεθα. Ubi rurſus conſiderandum eſt

(*aaa*) De ſubjecto. πάντες. *Omnes*, qui univerſitatem credentium, atque ſic corpus CHRISTI, conſtituimus.

(βββ) De praedicato. ἀλλαγησόμεθα. Id eſt, conſequemur qualitates corporis, ab illis, quibus in hac vitâ praeditum eſt, vel fuerit, longè diverſiſſimas; ſive id fiat interveniente morte, ſive quocumque alio, quo DEO omnipotenti placuerit, modo.

בבב. Relationem, quam haec enunciata ha-

§§.I.— ††.AAA.בבב.

habent ad se invicem, & ad scopum. Indicatam particulis, μὲν & δὲ.

aaa. Particula μὲν eò tendit, ut ostendat Apostolus, se (non minùs quàm illi, qui instantiam memoratam opponunt) agnoscere, absurdum esse, statuere, quod, antequam adsit CHRISTUS, e coelo descendens, omnes credentes mortem jam obierint. Quam ob caussam hoc per illa, quae hactenùs disputaverat, minimè dictum velit.

bbb. Particula δὲ innuit, quod Apostolus nihilominùs minimè retractet illa, quae disputaverat; Nimirum, Fieri non posse, ut *corruptio jure haereditario*, actu ipso adeat vel possideat *incorruptibilitatem.*

BBB. Cum specialiori explicatione quorumdam adjunctorum; quibus pateat, quod verè MYSTERIUM, summâ emphasi, dixerit esse, quae illis exponere voluit. Cap. XV. 52.

Inter haec adjuncta, quaedam reperimus,

אאא. Spectantia ad tempus, quo haec fient. Cap. XV. 52. parte priori.

Ubi Apostolus indicat,

aaa. Quàm citò peracta foret haec immutatio. Quod duabus phrasibus exprimit: (*aaa*) Ἐν

§§. /.– ††. BBB. אאא. *aaa.*

(*aaa*) Ἐν ἀτόμῳ.

(*βββ*) Ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ.

bbb. Quandò eveniet.

(*aaa*) Hoc dicit: ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι.

(*βββ*) Confirmat, breviſſimâ interjectâ parentheſi. Quâ

* Ponit, quod *clanget.* σαλπίσει.

** In confirmationem adducit. Quod indicat particulâ, γάρ.

בבב. Indicantia, quaenam, & quo ordine futura ſint. Cap. XV. 52. parte poſteriori.

Hîc videmus

aaa. Duas theſes.

(*aaa*) Prima theſis concernit mortuos. Hîc notemus

* Subjectum. οἱ νεκροὶ. Scilicet, qui CHRISTI ſunt: De his enim totus ſermo loquitur.

** Praedicatum. Quod

AAAA. Aſſerit, quod excitandi ſint. ἐγερθήσονται.

BBBB. Indicat, in quo ſtatu illi, qui antea mortui fuerint, id eſt, quorum mentes a corporibus ſeparatae fuerint, tunc, poſt

§§./.—††.
BBB.בבב.*aaa* (*aaa*)**BBBB.

post resurrectionem, erunt. Nimirùm, ἄφθαρτοι. Toti quanti; non tantùm quoad mentes, extra corpus apud DEUM inhabitantes, jam incorruptas; verùm etiam quoad corpora, nulli ampliùs corruptioni, sive ad peccandum irritanti, sive debilitanti, obnoxia futura.

(ββϐ) Altera thesis spectat ad vivos, quos CHRISTUS, quando venerit, inveniet nondùm defunctos.

* Hos comprehendit sub pronomine primae personae pluralis numeri, ἡμεῖς. Se ipsum quasi includens: Non per erroneam opinionem, quâ putaret CHRISTI descensum e coelo tàm brevi instare, ut, ipso *Paulo* adhuc in vivis existente, jam adforet CHRISTUS; sed per κοίνωσιν, ad rem vividiùs describendam, simulque brevissimè exprimendam. Sic illud *NOS*, ἡμεῖς, hîc accipiendum. Vide quae scripsi ad 1 *THESSAL.* IV.

** His tribuit immutationem. ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα.

Haec thesis, ita expressa; vividissimè & brevissimè haec omnia

§§./.— ††.BBB.בבב.*aaa*.(ϐϐϐ)**

omnia comprehendit, & valet, quasi dixisset:

Ego, vos, credentes *Corinthii*, pluresque alibi locorum credentes, nunc vivimus in hac terrâ; per fidem conjuncti quidem, sed tamen adhuc corpus habentes: corruptionibus & debilitatibus obnoxium.

Si hoc ipso tempore CHRISTUS descenderet de coelo, & nos tales deprehenderet, vultisne scire, quid nobis tunc eveniret? Subitò, momento, ictu oculi (per infinitam illam DEI potentiam) ita immutaremur, ut omnis corruptio, quae nobis hucusque adhaerescit, tolleretur, & corpus nostrum acciperet novam, & a priori longè diversissimam, qualitatem.

Hoc pacto res se habebit in illis, quicumque fuerint, credentibus, qui ultimo illo die vivent.

 bbb. Ha-

§§./.— ††.BBB.בבב.*aaa.*

bbb. Harum duarum thesium cohaerentiam, per duplex καὶ.

⸬ Confirmat. Cap. XV. 53. In quo commate contemplari debemus

†. Duas, quas ponit, theses, necessariò tenendas.

AAA. Theses ipsae indicant, quid futurum sit corporibus credentium.

אאא. Prima thesis illa corpora spectat ab illâ parte, quatenùs corruptioni obnoxia sunt: Et eatenùs docet, quod evasura sint corpora, ab omni corruptione, quin & corruptibilitate, immunia.

Hujus thesis perpendamus

aaa. Subjectum. τὸ φθαρτὸν τῦτο.

bbb. Praedicatum ei tribuit τὸ ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν. Ubi

(ααα) Qualitatem adpellat ἀφθαρσίαν.

(βββ) Relationem ejus ad corpus futuram, exprimit verbo ἐνδύσασθαι. (a)

בבב. Altera thesis illa corpora spectat, ut quae mortua sint, vel saltem mori possint: Et eatenùs docet, quod eventura sint corpora viva, quin & immortalia.

Haec altera thesis

aaa. Cum praecedenti connectitur. Quò facit particula, καὶ.

bbb. Ita

(a) Quo ipso indicat, fore quidem quoad substantam, eadem corpora, sed tamen aliis qualitatibus ornata, quibus se, ut gloriosissimum effectum Divinae bonitatis & sufficientiae, conspicienda exhibebunt.

§§./.☲ †.AAA.בבב.*aaq.*

bbb. Ita exprimitur, ut rursùs considerandum sit

(*ααα*) De subjecto. Quod dicitur τὸ θνητὸν τȣ̃το. *Mortale hoc.*

(*βββ*) De praedicato, quod ei tribuit immortalitatem.

Ubi pariter videmus, quod Apostolus

* Qualitatem adpellet ἀθανασίαν.

** Relationem ejus ad corpus futuram exprimat verbo ἐνδύσασθαι. Quod verbum iterum videtur significare, non tantùm *consequi*, ita se conspiciendum praebere; sed insuper innuere, hanc qualitatem corpori insigne ornamentum esse allaturam.

BBB. Necessitatem utriusque significat Apostolus, verbo δεῖ.

††. Quod eas in confirmationem dictorum adferat. Quod significatur per particulam, γὰρ.

//. Quo pacto hanc ratiocinationem ad finem perducat, simulque denuò ex Scripturâ Propheticâ confirmet. Cap. XV. 54.

In hoc commate notemus

– Particulam, quâ transitum facit, δὲ. Haec particula mihi videtur eò tendere, ut significet, illa, quae hactenùs disputaverat, non esse seorsim, & in se tantùm spectanda: *SED* etiam in hac rerum καταστροφῇ cernendum esse ultimum

§§.//.—

complementum promissionum, Ecclesiae militanti factarum.

⁐ Contenta hujus commatis ipsa. In quibus videmus

†. Duas theses. Quarum

AAA. Prima, duobus membris, arctissimè connexis, constans, duobus enunciatis est expressa: Ex illis, quae hactenùs disputaverat, ponens haec, quae duobus istis enunciatis comprehensa sunt, ita eventura esse.

אאא. Priori enunciato ponitur ablatum iri corruptionem, quin & corruptibilitatem, quae in his terris corpori credentium adhaesit. Ubi

aaa. Subjectum est, τὸ φθαρτὸν τῦτο.

bbb. Praedicatum. ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν.

בבב. Posteriori membro, cum priori conjuncto, ponitur, ablatum iri mortalitatem, cui credentium corpus obnoxium est, dum in terris versatur.

aaa. Expressum ita reperimus hoc enunciatum, ut iterùm perpendere oporteat

(*ααα*) Subjectum. τὸ θνητὸν τῦτο.

(*βββ*) Praedicatum. ἐνδύσηται ἀθανασίαν.

bbb. Cum praecedenti conjunctum. per particulam, καὶ.

BBB. Altera docet, quid in hoc eventu spectandum, & ad animum revocandum sit, nimirùm, promissionum plenissimum ultimumque complementum.

Hoc autem

אאא. Ge-

§§. // ב. †. BBB.

אאא. Generatim docet, his verbis: γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος. In quibus verbis

aaa. Subjectum est, ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος.

(ααα) Adpellatur hoc subjectum ὁ λόγος. *Sermo*, quo, scilicet, aliqua promissio facta est.

(βββ) Characterizatur, quando additur ὁ γεγραμμένος.

bbb. Praedicatum. γενήσεται. Id est, ipso facto impletum cernetur.

בבב. Speciatim exponit, quid illud sit, quod in isto sermone scripto praedictum, vel promissum sit: Respiciens ad locum, qui extat *JES.* XXV. 8. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος.

In quo promisso

aaa. Subjectum est, ὁ θάνατος.

bbb. Praedicatum

(ααα) Denunciat abolitionem hujus mortis. κατεπόθη.

(βββ) Hujus abolitionis perpetuitatem. εἰς νῖκος.

††. Relationem posterioris thesis ad priorem: Indicatam voculis, ὅταν & τότε.

TABULA LXXIX. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 55. 56. & 57.

COntinet haec pericopa Ἐπινίκιον, ſive Concluſionem, in quâ *Pauli* de hac materiâ oratio triumphat. Cap. XV. 55. 56. & 57.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב.*b*.(α)2.AA.בב.*bb*.

In eâ reperimus Apoſtolum,

(αα) Inſtar militis imperterriti, ſuos hoſtes, ***mortem*** & ***infernum***, provocantem, ut quibus poteſtas, ad credentibus nocendum, ademptâ ſit; ut ita illis tutò quaſi inſultare liceat. Cap. XV. 55.

Nimirùm, ut ornatè & vivide exprimat, per proſopopoïam morte & inferno introductis, credentes reſurrecturos, liberatos ab omnis generis malis, ſive triſtibus, ſive turpibus; & perventuros ad conſummatiſſimam beatitatem.

Hîc igitur

§. Provocat ***mortem***, ut hoſtem aliquo uſque profligatum, ut ſurgere non poſſit, cuique ſtimulus ad nocendum ſit ademptus, quique ipſe nunc quaſi moriturus ſit. (Confer ſuprà verſum 26) Cap. XV. 55. parte priori.

/. Per

(aa) §.

/. Per prosopopoïam *mortem* alloquitur. θάνατε.

//. Eique, tamquam hosti armis spoliato, insultat. πῦ σε τὸ κέντρον;

— Armatus antea hic hostis consideratur *stimulo*: Unde eum rogat de *stimulo* suo, quo armatus fuerit. Quamobrem dicit: σε τὸ κέντρον.

Ubi perpendendum est,

†. Quid propriè, & quid impropriè denotet κέντρον. (*a*)

††. Quo pacto *mors* consideretur, ut eo *stimulo* armatus. σε τὸ κέντρον.

= Illo autem nunc spoliatus; ita ut proferre eum non possit. Quod docet illa insultans interrogatio: πῦ;

§§. Provocat *infernum* quoque ut hostem, qui sibi victoriam, a credentibus reportandam, promiserat; spe vanâ prorsùs; quum ipse omnibus viribus sit orbatus, & victus jaciat. Cap. XV. 55. parte posteriori.

/. Per prosopopoïam alloquitur *infernum*. ᾅδη. (*b*)

//. Ei insultans rogat, *ubi* nunc sit illa, quam sibi pollicitus fuerat, victoria. πῦ σε τὸ νῖκος;

— Ob-

(*a*) Nonnulli censent alludi ad scorpionem, vel aliud quoddam animal venenatum, quae lethale venenum habent in cuspide, vel aculeo, quo pungunt & venenum immittunt.

(*b*) Nonnulli intelligunt *sepulchrum*. Conf. *PSALMUM* LXXXIX. Ego omnem potestatem tenebrarum: Ipsum *Satanam*, maledictionem, mortem, ejusque sequelam, sepulchrum, simul sumpta, intelligo. Haec potestas tenebrarum omni ratione pugnat contra credentes, eosque in suam redigere potestatem annititur; &, in quantum aliquo pacto in illâ potestate sunt, sub eâ retinere.

(αα) §§. II.

— Objectum insultationis est τὸ νῖκος inferni.

= Rogatur, *ubi* sit? Nullibi, quando ab omnibus illis malis liberati erunt credentes. πῦ σȣ τὸ νῖκος;

(ββ) Exponit distinctè fundamenta hujus suae tantae fiduciae, & cui accepta referenda sint. Cap. XV. 56. & 57.

Ubi notare oportet

§. Hostilia arma, sive hostes, qui, alter alterum, se invicem sustentant. Quae recensentur Cap. XV. 56.

Ubi indicat Apostolus,

I. Quo pacto *mors*, hostis ille ultimus, sustentatus quasi fuerit, vel armatus; *peccato* nimirum, quod ejus quasi *stimulus* fuerat. Ubi

— Subjectum est, τὸ κέντρον τȣ̃ θανάτȣ.

= Praedicatum est, ἡ ἁμαρτία.

II. Quo pacto *peccatum* illud ipsum sustentatum fuerit, ut ita posset armare vel sustentare mortem.

— Transitio fit, per particulam, δὲ. Quasi diceret Apostolus: Nolite putare, illud ipsum peccatum, quod mortem sustentare dixi, viribus ad id destitutum fuisse: Neutiquam; *SED peccati vis* fuit in *Lege* fundata.

= Res ipsa ita exprimitur. ἡ δύναμις τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος. Ubi rursus

†. Subjectum est, ἡ δύναμις τῆς ἁμαρτίας. Hìc perpendere oportet

AAA. Objectum, de quo loquitur Apostolus. Quod exprimit nomine, τῆς ἁμαρτίας.

BBB. Quid

(ββ) §. //. ⁐ †. AAA.

BBB. Quid huic objecto tribuat. Quod hîc vocatur ἡ δύναμις.

††. Praedicatum, testans, quod ὁ νόμος fuerit ista δύναμις.

§§. Triumphum, quem cantat Apostolus in honorem DEI & CHRISTI. Cap. XV. 57. In hoc commate

/. Apostolus gloriatur, quod credentes, quibus se associat, triumphum acceperint, idque gratuitò.

Perpendamus igitur

— Felicem statum, ad quem pervenerint, *victoriam* adepti. τὸ νῖκος.

⁐ Quod Apostolus hoc consideret, ut donum DEI: Quem agnoscit esse τὸν διδόντα τὸ νῖκος.

//. Laudemque datori tribuit, gratus.

— Connectit hoc praecedentibus, per particulam, δὲ. Ut amoliatur a se & credentibus omnem gloriationem in se ipsis.

⁐ Gratias in hunc modum agit, ut

†. Primo loco hanc eximiam felicitatem acceptam referat *DEO* Patri. τῷ Θεῷ χάρις τῷ διδόντι ἡμῖν. Ubi

AAA. Objectum, circa quod animus ejus versatur,

אאא. Indicatur, nomine, τῷ Θεῷ.

בבב. Consideratur, in ordine ad dictam illam, quam credentibus tribuit, felicitatem; ut quam illis dederit. Ubi notemus,

(ββ)§§.//.= †.AAA.בבב.

aaa. Quibus illa concessa sit & concedatur. ἡμῖν.

bbb. Actum DEI, qui est datio. τῷ διδόντι ἡμῖν.

BBB. Quomodo circa hoc objectum versetur. Nimirùm, grato animo, quo gratias ei agit. χάρις τῷ Θεῷ τῷ διδόντι.

††. Simulque agnoscat, quod etiam Filio DEI, quem hìc nominibus *Domini nostri JESU CHRISTI* insignit, haec felicitas accepta referenda sit. διὰ τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ.

Hìc considerare debemus

AAA. De personâ, de quâ Apostolus loquitur. Quam spectandam exhibet:

אאא. Ratione juris & auctoritatis in credentes, quibus *Paulus* se ipsum associat. τῦ Κυρίυ ἡμῶν.

Hìc perpendendum est

aaa. Objectum. Quod pronomine primae personae pluralis numeri, ἡμῶν, indicatur.

bbb. Quo modo ista persona, de quâ loquitur, se habeat ad hoc objectum, exprimitur nomine τῦ Κυρίυ. *Domini*, per excellentiam, jure summo, jure creationis non tantùm, sed & redemtionis, &c.

בבב. No-

(ββ)§§.//.⥭ ††.AAA.אאא.

כככ. Nominibus ſolitis. Ἰησοῦ Χριστοῦ.

BBB. Quomodo hanc perſonam ſpectare oporteat, in ordine ad beneficium modò laudatum. Quod exprimitur per praepoſitionem, διὰ.



TABULA LXXX. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XV. 58.

Continet haec pericopa adplicationem veritatis hujus momentosissimae, demonstratae, & assertae, ad usum practicum. Cap. XV. 58.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, II.B.ב b.(α)2.BB.

In eâ notemus

אא. Rem ipsam, in se spectatam: Scilicet hanc adplicationem veritatis dogmatis de resurrectione mortuorum.

In quâ adplicatione reperimus

αα. Excitationem *Corinthiorum* credentium ad officia, ipsos decentia, amicè propositam.

Ubi videmus

(αα) Blandam compellationem. ἀδελφοί μου ἀγαπητοί. Quâ

§. Eos dignatur nomine suorum *fratrum*. ἀδελφοί μου.

/. Generatim credentes *Corinthios* vocat *fratres*; quorum etiam est mutuò in id incumbere, ut alter alterius saluti & consolationi inserviat. ἀδελφοί.

//. Spe-

ℵℵ.*aa*.(*aa*)§./.

//. Speciatim ostendit, se ita erga illos esse affectum. Quod exprimit pronomine, μȣ.

§§. Hanc denominationem amplificat, explanat, & urget, adjecto epitheto, ἀγαπητοὶ.

(ββ) Excitationem ipsam, ad officia decentia. Quorum

§. Primum est fundamentum reliquorum: Nimirùm, in id incumbere debebant, ut fierent *firmi*. γίνεσθε ἑδραῖοι.

§§. Duo sunt effecta primi. Nimirùm,

/. Constantia immota. ἀμετακίνητοι.

//. Ubertas perpetua in studio promovendi opus Domini.

Ubi perpendere oportet

— Officium ipsum. In cujus consideratione, attendendum est

†. Ad objectum. Quod indicatur verbis: ἐν τῷ ἔργῳ τȣ̃ Κυρίȣ.

Ubi contemplari debemus

AAA. Personam, indicatam nomine, τȣ̃ Κυρίȣ.

BBB. Id, quod ei tribuitur; quod simul spectandum hìc sistitur, ut objectum officii *Corinthiorum*. Nimirùm, τὸ ἔργον τȣ̃ Κυρίȣ.

††. Quo modo se circa hoc objectum gerere debeant. Nimirùm, debebant esse, vel fieri *abundantes* in eo. περισσεύοντες ἐν [αὐτῷ].

= Perpetuitatem in eo. πάντοτε.

אא.*aa.*

bb. Rationem suasoriam, quae eos movere debebat, ut huic dicto sint audientes.

Hîc duo perpendere debemus: Nimirùm,

(*αα*) Quid dicat Apostolus.

§. Veritatem quamdam, consolationis plenam, benè fundatam, ponit. ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν ὐκ ἔςι κενὸς ἐν Κυρίῳ.

In quibus verbis occurrit

/. Veritas ipsa haec, solatii plena. Ita ut

— Subjectum considerandum sit, quod est *labor* credentium. ὁ κόπος ὑμῶν.

†. Sermo dirigitur ad credentes *Corinthios*. per prohomen, ὑμῶν.

††. Eis tribuitur *labor*. ὁ κόπος.

= Praedicatum. Quod testatur, hoc subjectum fructu non carere. ὐκ ἔςι κενὸς.

//. Fundamentum, quo haec spes nititur. ἐν Κυρίῳ.

§§. Scientiam hujus rei *Corinthiis* tribuit. εἰδότες ὅτι &c.

(*ββ*) Quod ea movere debeat *Corinthios* ad haec officia; docente participiali locutione, εἰδότες.

בב. Spectatam, ut consectarium totius ratiocinationis. Quò pertinet particula, ὥςε.

TA-

TABULA LXXXI. SPECIALIS,

CONTINENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XVI. 1--10.

IN hac pericopâ Apoſtolus peculiaria quaedam, a primario hujus Epiſtolae argumento diſtincta, *Corinthiis* ob oculos ponit: Spectantia ad eleemoſynarum, in uſum pauperum credentium in *Judaeâ*, tùm collectionem, tùm illarum tranſportationem, per *Corinthiorum* legatos, vel, ſi neceſſe ſit, per ipſum Apoſtolum faciendam; hujusque nonnulla adjuncta. Cap. XVI. 1-10.

Signata eſt haec pericopa, in Tabulâ Generali; II.B.ב.*b*.(β).

Diſpeſcimus hanc pericopam in duas principes partes:

1. Primâ parte agit de collectione illorum nummorum, commodè faciendâ, & de illis, quae huc pertinent, eo fine ut illos paratos inveniret. Cap. XVI. 1. & 2. Ubi notemus

AA. Particulam, quâ tranſitum facit, δὲ.

Quaſi diceret Apoſtolus: Nondùm planè abſolvi vos erudire de quaeſitis per Epiſtolam, concernentibus ſtatum Eccleſiae veſtrae: *SED* reſtat adhuc, ut vobis conſulam, de commodiſſimo modo colligendi

I.AA.

gendi nummos quosdam, in *Judaeam* mittendos, in solamen Sanctorum.

BB. Rem ipsam. In quâ perpendere oportet

אא. Materiam, de quâ nunc dicere adgrediatur. Cujus indicat

aa. Actum, quem a *Corinthiis*, uti videtur, petierat; certè exspectabat. περὶ τῆς λογίας.

bb. In cujus commodum hic actus fieret. τῆς εἰς τοὺς ἁγίους.

בב. Quid de eâ *Corinthios* moneat.

aa. Generatim id exprimit: Nempè, ut faciant sicuti Ecclesiae *Galaticae*, ad monitum Apostoli, fecerant. Cap. XVI. I. parte posteriori. Ubi videmus,

(*αα*) Apostolum hoc exemplum eis proponere.

§. Suum factum narrat. διέταξα ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας.

/. Objectum indicatur. ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας.

— Non generatim vel indefinitè tantum. ταῖς Ἐκκλησίαις.

= Sed speciatim, definiendo, quibus *Ecclesiis*. ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας.

//. Quid ei fecerit. διέταξα.

§§. In exemplum ponit, per particulam, ὥσπερ.

(*ββ*) Petere, ut similiter etiam faciant *Corinthii*.

§. Particula καὶ videtur indicare, *Galatas* monito Apostoli morem gessisse.

§§. Monet igitur, ut *Corinthii Galatas*, hac in parte, imitentur. οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε.

bb. Speciatim. Cap. XVI. 2. Ubi perpendendum est,

(*αα*) Quid

1. BB. בב. *bb.*

(αα) Quid facere debeant.

§. Quoad rem ipsam.

/. In se spectatam. Ubi videmus

— Indefinitè, quid facere debeant. τιθέτω παρ' ἑαυτῷ θησαυρίζων.

†. Medium praescribit. τιθέτω παρ' ἑαυτῷ.

††. Effectum sic procurandum addit. θησαυρίζων.

= Universalitatem illorum, qui hoc facere deberent. Expressam per vocem, ἕκαστος.

//. Circumscriptam, & accuratiùs expositam, ratione habitâ diversitatis statûs lautioris vel angustioris singulorum. ὅ τι ἂν εὐοδῶται.

§§. Quoad adjunctum temporis, quo faciliùs & certiùs exsecutioni daretur. κατὰ μίαν σαββάτων.

(ββ) Quo fine. Hic postulat, ut collectio parata sit & absoluta ante suum adventum. Notemus,

§. Quid ante suum adventum factum velit.

/. Supponit, & indicat, se ad *Corinthios* venturum esse. ἔλθω.

//. Eousque non esse differendam illam collectionem. μὴ τότε λογίαι γίνωνται, ὅταν ἔλθω.

§§. Quod huc tendat indicata illa methodus collectionis instituendae. Quod exprimitur per particulam, ἵνα.

I.

2. Alterâ parte agit de iis, quae concernunt modum transmittendi nummos collectos, suumque modò memoratum adventum. Cap. XVI. 3-10.

AA. Ad deportationem ipsam nummorum collectorum, pertinent illa, quae leguntur Cap. XVI. 3. & 4.

Ubi iterùm attendimus

אא. Ad particulam, quâ transitio fit. δὲ.

Quasi diceret Apostolus: Nolite esse solliciti de transportatione illa nummorum, *SED* audite, quid constituerim: Non tantùm de collectione, *SED* etiam de transportatione commonefaciendi estis.

בב. Ad rem ipsam. Ubi

aa. Praemittit, ante specialiorem de his constitutionem, exspectandum esse suum adventum. ὅταν παραγένωμαι.

bb. Subjicit, quid in genere apud animum suum constituerit. Quod ad duos modos refert:

(αα) Quales ad istam deportationem missurus sit, declarans. Ubi

§. Qualificationem illorum legatorum, definit. Nullos alios huic negotio admovere constituerat, quàm qui a *Corinthiis*

/. Probati fuerint. οὓς ἐὰν δοκιμάσητε.

//. Adprobationis suae haberent documenta. δι' ἐπιστολῶν. Litteras, nimirùm, commendatitias.

§§. Testatur, quod ita qualificatos huic negotio admoturus sit.

Ubi perpendere oportet

/. Ipsum

2. A A. ⊐⊐. *bb*. (*aa*) §§.

/. Ipsum hoc negotium. ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἱερουσαλὴμ.

— Negotium hoc, in se spectatum, est ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν *Corinthiorum.* Ubi considerandum est

†. Objectum. Quod vocat Apostolus τὴν χάριν ὑμῶν. Confer 2 *COR.* VIII. 1.

††. Quid huic objecto facere deberent. ἀπενεγκεῖν.

⊐ Locus, ad quem pertingere deberent. εἰς Ἱερουσαλὴμ.

//. Auctoritatem, quâ illos muniturus esset, indicat verbis: τούτους πέμψω.

(ββ) Atque, si res ita ferat, quod ipsemet non detrectaturus sit illos comitari eisque seipsum itineris ducem praestare Cap. XVI. 4.

§. Particula δὲ indicat non esse illud verbum πέμψω ita interpretandum, quasi hunc laborem defugere vellet; *SED*, contrà.

§§. Rem ipsam ita exponit, ut

/. Casum ponat. In quo perpendatur

— Res, quae ponitur. Quae

†. Generatim exprimitur voce, ἄξιον. *Digna* res.

††. Indicatur, quousque deberet esse ἄξιον. Nimirùm, *digna* itinere Apostolico. ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι.

 ⊐ Po-

2.AA בב.bb.(ββ)§§./.—

⁝ Positio ejus, conditionatè facta. ἐὰν ᾗ.

//. Quid, isto casu posito, illis permissurus sit, quos *Corinthii* probaverint. σὺν ἐμοὶ πορεύσονται.

BB. Quaedam addit, illustrationis caussâ, quae ad adventum suum ad *Corinthios*, & commorationem apud eos, pertinent. Cap. XVI. 5. 6. 7. 8. & 9.

Ubi videmus, quod

אא. Propositum suum, de suo ad *Corinthios* adventu, declaret. Cap. XVI. 5. 6. & 7.

aa. De adventu, ejusque tempore loquitur Cap. XVI. 5. 6. & 7. parte priori. Ubi

(*αα*) Transitum facit, per particulam, δὲ. Quasi diceret Apostolus: Nemo objiciat apud animum suum, me nimiùm in vago loqui: Non tantùm igitur significo vobis, me ad vos venturum; *SED* tempus quoque aliquo pacto definiam.

(*ββ*) Rem ipsam ita exprimit, ut

§. Promittat suum adventum ad *Corinthios*, ejusdemque tempus aliquo modo definiat. Cap. XVI. 5.

/. Ipsum adventum exprimit verbis: ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς.

//. Temporis definitionem aliquam addit. Hanc

— Proponit, indicando, quod suus ad *Corinthios* adventus secuturus sit post iter *Macedonicum*. ὅταν Μα-

2.BB.אא.aa.(ββ)§.//.—

Μακεδονίαν διέλθω. Ubi perpendendum est,

†. Quod significet suum iter *Macedonicum.*

††. Quod post illud secuturus sit suus ad *Corinthios* adventus. ὅταν.

⩵ Confirmat, quod jam, isto fine, in illo itinere sit, jam *Ephesum* adpulsus, inde *Macedoniam* petiturus & peragraturus. διέρχομαι γὰρ τὴν Μακεδονίαν. Nota:

†. De isto itinere nunc loquitur in praesenti. διέρχομαι.

††. Atque sic id, quod dixerat de ordine & tempore sui ad *Corinthios* adventus, confirmat. Quò pertinet particula, γάρ.

§§. Spem faciat suae, per aliquod tempus, apud *Corinthios* commorationis, sed submisso divinae voluntati animo. Cap. XVI. 6. & 7. parte priori.

Hic notemus

/. Propositionem, ipsis hanc spem facientem. Cap. XVI. 6. In quâ

— Particula δὲ, transitum faciens, oppositionem facit inter iter Apostoli *Macedonicum*, & *Achaicum.* Illud foret tantùm transitorium; hoc longioris morae.

⩵ Res ipsa ita exprimitur, ut vi-

2.BB.אא.aa.(ββ)§§./ ⫶

dere hîc liceat Apostolum, dubitanter tamen, suam commorationem definire, ejusque finem indicare.

†. Definitio autem illa ipsa

AAA. Fit duplici modo:

אאא. Magis generatim. πρὸς ὑμᾶς παραμενῶ.

בבב. Speciatim; spem faciendo hyemis apud eos transigendae. ἢ καὶ παραχειμάσω.

aaa. Κλίμακα indicant particulae, ἢ καὶ.

bbb. Spem, quam ipsis facit, exprimit verbo, παραχειμάσω.

BBB. Fit tamen aliquo modo dubitanter. τυχὸν, dicit Apostolus.

††. Finis, ad quem. ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε οὗ ἐὰν πορεύωμαι. In quibus verbis

AAA. Indicatur, quod *Corinthios* cupiat habere itineris comites. ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε.

BBB. Idque exaggeratur, adjectis verbis: οὗ ἐὰν πορεύωμαι.

//. Confirmationem ipsius. Cap. XVI. 7. parte priori.

— In confirmationem haec adferri, docet particula, γάρ.

⫶ Ra-

2.BB.אא.*aa*.(ββ)§§.//.—

═ Ratio, in confirmationem adducta, desumpta est a proposito suo, eos, non in transitu, sed aliquantò longiori tempore, invisendi; quod ipsum tamen quoque, uti decebat, DEO submitteret.

Hoc propositum igitur hîc reperimus duplici enunciato expressum:

†. Negativo. In quo notetur

AAA. Particula, tempus praesens indicans. ἄρτι.

BBB. Testificatio, quale suum propositum non sit. ἐ θέλω ὑμᾶς ἐν παρόδῳ ἰδεῖν.

††. Positivo, praecedenti opposito.

AAA. Oppositionis indicium est particula, δὲ.

BBB. Ipsum enunciatum testatur spem suam de commoratione longiori. Ubi notetur

אאא. Res, circa quam spes Apostoli versabatur. χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς.

Hîc cernitur

aaa. Res ipsa. ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς.

bbb. Aliqua protractio temporis. χρόνον τινὰ.

בבב. Testificatio spei. θέλω. Quod hîc ἀπὸ τῦ κοινῦ repetendum est.

bb. Di-

2.BB.אא.*aa.*

bb. Divinae voluntati submittit. Cap. XVI.

7. parte postremâ. ἐὰν ὁ Κύριος ἐπιτρέπῃ.
Ubi videndum est,

(*αα*) Quid ponat Apostolus. ὁ Κύριος ἐπιτρέπῃ.

§. Subjectum est, ὁ Κύριος.

§§. Praedicatum. ἐπιτρέπῃ.

(*ββ*) Quod id conditionatè ponat; ut ab eo pendere faciat suum adventum, suamque apud *Corinthios* commorationem, per particulam, ἐάν.

בב. Rationem reddat ulterioris suae in Urbe *Ephesiorum* commorationis. Cap. XVI. 8. & 9.

aa. Declarat suum propositum manendi in Urbe *Ephesiorum.* Cap. XVI. 8.

(*αα*) Connectitur haec declaratio cum praecedentibus, per particulam, δὲ.

Quasi diceret Apostolus: Non equidem jam jam ad vos veniam, sive *Macedoniam* pervadam; quamvis in tempore praesenti loquendo dixerim, versu 5. διέρχομαι. *SED* demùm post Pentecosten.

(*ββ*) Declaratio ipsa. Quâ significat, se propositum constituisse

§. Commorandi, aliquanto adhuc tempore, *Ephesi.*

/. Urbs, cujus mentionem facit, indicatur nomine, Ἐφέσῳ.

//. Quomodo se, ratione hujus objecti, gerere constituerit, exprimitur verbis: ἐπιμενῶ ἐν Ἐφέσῳ.

§§. Cum definitione temporis. ἕως τῆς Πεντεκοστῆς.

bb. Ra-

2.BB.בב.*aa.*

bb. Rationem, quâ permotus ſit ad hoc faciendum, duplicem reddit. Cap. XVI. 9.

(*αα*) Quod rationem ſui propoſiti reddere velit, indicat particulâ, γὰρ.

(*ββ*) Rationem duplicem reddit, duplici enunciato expreſſam.

§. Priori continetur ſpes, quam Apoſtolus teſtatur ſibi naſci, fore ut multi, ſuo miniſterio ad id adducti, ingrediantur in Domum DEI. Hoc eleganti Metaphorâ exprimit, januae ſibi apertae, magnae & efficacis. Ubi

/. Subjectum enunciati

— Vocatur, θύρα.

= Amplificatur; duobus epithetis adjectis. Laudatur, ſcilicet,

†. Ab amplitudine, quando dicitur, μεγάλη. Ut *Judaei* & *Gentes* intrent.

††. Ab efficaciâ, quâ traherentur. καὶ ἐνεργής.

//. Praedicatum. Quod

— Generatim teſtatur, quod aperta ſit. ἀνέῳγε.

= Speciatim, in ordine ad Apoſtolum, hoc in ſuum commodum vertentem. μοι.

§§. Poſteriori continetur indicatio ſpecialioris obligationis, ortae ex multitudine Adverſariorum, hunc ingreſſum impedire volentium, quibus fortiter reſiſtere debebat Apoſtolus. Hanc rationem videmus

2.BB.בב.bb.(ββ)§§.

/. Propositam, verbis: ἀντικείμενοι, πολλοί. Ubi

— Subiectum enunciati

†. Notatur nomine, ἀντικείμενοι.

††. Amplificatur, per voculam πολλοί.

= Praedicatum, subauditum. εἰσίν.

//. Connexam cum praecedentibus, per particulam, καί.



TA-

TABULA LXXXII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XVI. 10--21.

Continet haec pericopa Particularia nonnulla, principaliori argumento Epistolae annexa: Nimirùm, commendationes, & salutationes.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, III. A. א.

In eâ reperimus

α. Commendationes quarumdam personarum, & familiarum, adjectis, vel insertis, vel interspersis quibusdam rationibus. Cap. XVI. 10-19.

Hîc reperitur

(α) Commendatio duorum insignium Euangelistarum. Cap. XVI. 10--15.

1. Primo loco agit Apostolus, de *Timotheo.* Cap. XVI. 10. & 11.

De quo videmus

AA. Casum poni. Cap. XVI. 10. parte priori. Quae casûs positio

אא. Connectitur cum praecedentibus, per particulam adversativam, δὲ.

בב. Exprimitur. ἐὰν ἔλθῃ Τιμόθεος. Hîc notemus,

 aa. Quid

a.(α)1.AA.בב.

aa. Quid ponatur. Τιμόθεος ἔλθῃ. In quo enunciato

(αα) Subjectum est Τιμόθεος.

(ββ) Praedicatum. ἔλθῃ.

bb. Quod conditionatè ponatur, ut casus, non tantùm dabilis, sed & exspectandus. ἐὰν.

BB. Indicari, quid ei facere debeant. Cap. XVI. 10. parte posteriori, & 11.

Hoc autem indicat Apostolus

אא. Prohibendo. Cap. XVI. 10. parte posteriori, & 11. parte priori.

Prohibet autem

aa. Ne ansam, vel caussam ei praebeant ullam, metuendi, dum penes ipsos esset. Cap. XVI. 10. parte posteriori.

Haec autem prohibitio

(αα) Proponitur, ut accuratè observanda. Hìc notetur,

§. Quid operam dare debeant, ut praestent *Timotheo*. ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς ὑμᾶς.

/. Res indicatur, quam praestari *Timotheo* cupiat *Paulus*. ἵνα ἀφόβως γένηται.

//. Quousque, ad hanc rem ei praestandam, *Corinthios* obligatos velit, exponit hac quasi limitatione. πρὸς ὑμᾶς.

§§. Quàm accuratè. Quod exprimit verbo, βλέπετε.

(ββ) Ur-

a.(α) 1. BB. ℵℵ. *aa*. (αα)

(ββ) Urgetur, ratione gravissimâ. Cap. XVI. 10. parte postremâ.

§. Quod prohibitionem factam urgere velit Apostolus, indicat, particulâ, γάρ.

§§. Ratio, quâ ad eam urgendam utitur, constat elogio, quo eum condecorat.

Hoc elogium

/. Indicatur verbis: τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου ἐργάζεται. In quibus verbis attendere debemus

— Ad objectum. Quod est τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου. In quâ objecti (circa quod *Timotheum* versari, statuit Apostolus) descriptione, considerare oportet

†. De Auctore: Quem insignit nomine τοῦ Κυρίου.

††. De eo, quod huic Auctori tribuit. Quod est τὸ ἔργον τοῦ Κυρίου.

= Quo pacto *Timotheus* se gerat erga hoc objectum. ἐργάζεται.

//. Exaggeratur, adjectis verbis: ὡς καὶ Ἐγώ.

— Secum comparat Apostolus *Timotheum*. ὡς Ἐγώ.

= Huic comparationi emphasis additur, per particulam, καί.

bb. Ne quis, quod ex dicto, per modum

 dum

a.(α)1.BB.אא.bb.

dum conclusionis, elicit, ipsum contemnat. Cap. XVI. 11. parte priori.

Hîc videmus

(αα) Prohibitionem. Et quidem

§. Indefinitè propositam. μή αὐτὸν ἐξουθενήσῃ.

§§. Ad omnes & singulos extensam, per voculam, τις.

(ββ) Per modum conclusionis ex dicto elicitam. Quod indicat particula, οὖν.

ככ. Jubendo, ratione additâ. Cap. XVI. 11. parte posteriori. Jussum hoc

aa. Cum praecedenti prohibitione conjunctum, per modum oppositionis, indicatae per particulam δέ.

bb. Expressum, & ratione munitum,

(αα) Exprimitur his verbis: προπέμψατε αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ. In quibus notetur

§. Mandatum, in genere, comprehensum verbis: προπέμψατε αὐτόν.

/. Objectum indicatur per pronomen, αὐτόν.

//. Quid huic objecto faciendum sit. προπέμψατε.

§§. Addito modo, quo hoc facere deberent. ἐν εἰρήνῃ.

(ββ) Ratione additâ. In quâ videre oportet

§. Finem, ad quem hoc facere deberent. ἵνα ἔλθῃ πρός με.

§§. Rationem hujus finis.

/. Quod

a.(α)1.BB.בב.bb.(ββ)§§.

/. Quod rationem reddere velit, indicat per particulam, γάρ.

//. Rationem ipsam exponit. In quâ

— Significat, quod exspectet *Timotheum*. ἐκδέχομαι αὐτόν.

= Addit, quod unà exspectet alios Fratres. μετὰ τῶν ἀδελφῶν.

2. Secundo loco agit de *Apollo*, celebri & insigni quoque Euangelii Ministro. Cap. XVI. 12. 13. & 14.

Hîc videmus, quod Apostolus

AA. Quaedam narret, quae spectant ad *Apollo*, ejusque ad *Corinthios* adventum. Cap. XVI. 12. Haec ita ob oculos ponit, ut

אא. Generatim materiam, de quâ loqui vult, indicet. In quibus verbis notetur

aa. Transitio, quae fit per particulam, δὲ. Quasi diceret Apostolus: Nolo, ut quis ex eo, quod postulaverim, ut *Timotheum* ad me adducatis, sibi imaginetur, *Apollo* jam praestò esse.

bb. Quid hac in parte de *Apollo* tenere debeant, exponit. περὶ Ἀπολλὼ τοῦ ἀδελφοῦ. Hîc considerandum est

(*αα*) De objecto. Quod

§. Nomine suo indicatur. Ἀπολλώ.

§§. Laudatur per epitheton, τοῦ ἀδελφοῦ. Quod non sine ratione additur, ne videatur Apostolus, per

a.(α)2.AA.אא.bb.(αα)§§.

per illa, quae mox dicet, Virum illum aliquo pacto denigrare velle.

(ββ) Quod hoc objectum materiam praebeat eorum, quae dicere vult. Quod indicat particula, περὶ.

בב. Speciatim exponat illa, quae, quoad *Apollo*, dicenda habeat. Quae praecipuè pertinent

aa. Ad retardationem, sive moram, per quam *Apollo* non ita praestò sit. Ubi monstrat Apostolus,

(αα) Se non esse caussam hujus morae, cum operam suam impenderit, ut *Apollo* persuaderet, ut sine morâ ad *Corinthios* proficisceretur. Hoc autem

§. Indicat. Ostendens,

/. Quid optaverit. Quod

— Directè spectat ad *Apollo.* ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς.

= Ut connexum cum eo. Nimirùm, ut simul Fratres ad *Corinthios* venirent. μετὰ τῶν ἀδελφῶν.

//. Quid eo fine fecerit. παρεκάλεσα αὐτὸν.

§§. Amplificat, dicens. πολλὰ παρεκάλεσα.

(ββ) *Apollo* verò, aliis rationibus inductus, hoc recusaverit.

Hîc

a.(α)2. AA.בב.*aa*.(ββ)

Hîc autem notandum est, quod Apostolus de illo

§. Testetur; ita, ut ostendat,

/. Quod ad tempus attinet; se de praesenti tempore loqui: Non generatim, de qualicunque tempore; νῦν.

//. Quod ad rem attinet; recusasse *Apollo* venire ad *Corinthios*. ὐκ ἦν θέλημα ἵνα ἔλθῃ.

§§. Dictum suum exaggeret, & amplificet. καὶ πάντως.

/. Amplificatio cernitur in adverbio, πάντως.

//. Ejusdemque exaggeratio in particulâ, καὶ. Per quam haec τῦ *Apollo* recusatio connectitur cum narratione conatuum Apostoli, ad ei persuadendum, ut sine morâ ad *Corinthios* proficisceretur.

bb. Ad exspectandum nihilominùs ejusdem *Apollo* adventum. Cap. XVI. 12. parte postremâ.

(*aa*) Transitio fit per particulam, δὲ.

Quasi diceret Apostolus: Nolite tamen suspicari, *Apollo* non esse bonâ erga vos voluntate: Recusavit quidem hoc tempore venire; *SED* non ita, quasi vos neglectim habere, & ex contemptu praeterire vellet.

 (ββ) Spem

a.(a)2.AA.ℶℶ.bb.(aa)

(ββ) Spem adventûs *Apollo* facit Apostolus, justâ addita limitatione. ἐλεύσεται ὅταν εὐκαιρήσῃ.

§. Spes adventûs fit, verbo ἐλεύσεται.

§§. Justa limitatio. ὅταν εὐκαιρήσῃ.

/. Exspectabat εὐκαιρίαν.

//. Huic alligatur iste adventus, per particulam, ὅταν.

BB. Illa, quae interea temporis (quando neque *Paulus* adhucdùm venerit, neque *Apollo* adhucdùm adfuerit, quin & *Timotheum* ad *Paulum* deduxerint) ipsis fidelibus *Corinthiis* faciendum & allaborandum sit. Cap. XVI. 13. & 14.

Ad hoc Apostolus eos monet.

ℵℵ. Generatim, ad enixum studium omnigeni incrementi in *Christianismo*. Cap. XVI. 13.

Quò pertinet

aa. Diligens cura, ut constanter perseverent.

(aa) Medium indicatur, & praescribitur. Quod est *vigilantia*. γρηγορεῖτε.

(ββ) Effectus hinc exspectandus, & expetendus. στήκετε ἐν τῇ πίστει.

bb. Progressus ad statum virilis aetatis, & virium augmentum.

(aa) Progressus ad statum virilis aetatis.

a.(α)2.BB.אא.*bb*.(αα)

tis. (Confer Cap. XIV. 20.) ἀνδρίζεσθε.

(ββ) Progressus ad ulterius virium augmentum. κραταιοῦσθε. (*a*)

בב. Speciatim, ad omnimodum caritatis exercitium. Cap. XVI. 14.

Ubi videmus,

aa. Non tantùm indefinitè exigi caritatis exercitium. ἐν ἀγάπῃ γινέσθω.

bb. Sed id quoque extendi ad omnia, quae agerent *Corinthii*. πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω.

(β) Commendatio familiae *Stephanae*, speciatimque ipsius *Stephanae*, *Fortunati*, & *Achaici*. Cap. XVI. 15-19.

Hîc videmus Apostolum agere

1. De domo *Stephanae*. Cap. XVI. 15. & 16.

Ubi videmus

AA. Amicissimam praeparationem ad postulatum sequuturum. Cap. XVI. 15.

Ubi videmus

אא. Transitionem, per particulam, δὲ.

Quasi diceret Apostolus: Non tantùm vobis commendata volui insignia illá, & celebratissima Ecclesiae lumina; *SED* singulari quoque modo commendari meretur domus *Stephanae*.

בב. Ipsam,

(*a*) Fallor, aut etiam haec tacitè ad schismata, in primâ hujus Epistolae parte memorata, respiciunt.

a.(β)1.AA.אא.

בב. Ipſam, amiciſſimè factam, inſinuationem ſequuturi poſtulati.

Haec amiciſſimè facta inſinuatio cernitur

aa. In blandâ propoſitione. In quâ obſervetur

(αα) Suavis illa compellatio. ἀδελφοί.

(ββ) Modus proponendi. παρακαλῶ ὑμᾶς.

bb. In indicatione cauſſae, ob quam ita commendari mereatur, *Corinthiis* ſatis notae.

(αα) Generatim, ad *Corinthiorum* ipſorum conſcientiam provocat. οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ.

§. Objectum indicatur verbis: τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ.

/. Loquitur de Στεφανᾷ.

//. Eique tribuit τὴν οἰκίαν.

§§. Ponitur, quod *Corinthii* hujus objecti notitiam habeant. οἴδατε.

(ββ) Speciatim, duo de hac domo teſtatur, circa quae *Corinthiorum* notitia verſetur.

§. Quod ſit prima *Achaiae* familia, quae fidem *Chriſtianam* amplexa ſit. Notemus hîc

/. Regionem, de quâ loquitur. Expreſſam nomine, Ἀχαΐας.

//. Quâ ratione, in ordine ad hanc regionem, domus *Stephanae* ſe habeat. ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας ἐστὶν.

§§. Quàm

a.(β)1.AA.בב.bb.(ββ)§.

§§. Quàm laudabili modo se in Ecclesiâ gesserint, & gerant etiam nunc. Perpendatur hîc

/. Connexio, per particulam, καὶ.

//. Res ipsa. In quâ nobis occurrit

— Officium, quod praestiterint, & praestent, ut *Christiani*. In cujus descriptione perpendere oportet

†. Objectum. τοῖς ἁγίοις.

††. Officium circa hoc objectum. Quod vocat, διακονίαν.

= Quod huic officio praestando se adplicuerint, & etiamnum adplicent. ἔταξαν ἑαυτοὺς εἰς διακονίαν.

BB. Postulatum ipsum. Cap. XVI. 16. In quo notemus

אא. Connexionem, sive transitionem. Quae fit per particulam ἵνα. Quâ indicatur finis admonitionis.

בב. Rem ipsam. Postulat, nimirùm, ut etiam *Corinthii* erga tales, & alios, in vineâ Domini laborantes, decenter se gerant. Quod ita facit, ut ostendat,

aa. Quid *Corinthios* facere deceat. Quod duobus membris comprehendit:

(aa) Primo membro docet, quo pacto se gerere deberent erga tales, qualis erat domus *Stephanae*.

a.(β) 1.BB.ℶℶ.*aa*.(αα)

§. Objectum designatur pronomine, τοῖς τοιούτοις.

§§. Quid huic objecto facere deberent, exprimitur verbo, ὑποτάσσησθε.

(ββ) Altero membro, cum priori connexo, ostenditur idem officium etiam aliis praestandum.

In cujus consideratione

§. Contemplanda sunt objecta.

/. Primum

― Describitur a munere, expresso per participium, τῷ συνεργοῦντι.

= Extenditur ad omnes, per voculam, παντὶ.

//. Alterum

― Describitur generaliùs. τῷ κοπιῶντι.

= Primo jungitur, per particulam, καὶ.

§§. Quid eis facere deberent, subaudiendum, & ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum est. Nimirùm ὑποτάσσησθε αὐτοῖς.

bb. Quod in eo alias Ecclesias imitari debeant, subindicatur per voculas, καὶ ὑμεῖς.

Quod *Corinthios* stimulare ad praestandum hoc officium debebat: Uti alios decet, & faciunt; sic *etiam vos* ad hoc adhortor.

2. De

α.(β) 1.

2. De *Stephanâ* ipſo, ejuſque ſociis *Fortunato*, & *Achaico.* Cap. XVI. 17. & 18. Hos

AA. Laudat. Cap. XVI. 17. & 18. parte priori. Haec laudatio conſtat:

אא. Teſtificatione laetitiae ſuae ſuper adventu & praeſentiâ trium iſtorum Virorum DEI. Cap. XVI. 17. parte priori. Hanc teſtificationem ſuae laetitiae

aa. Connectit cum ſuprà dictis, per particulam, δὲ.

Quaſi diceret Apoſtolus: Quod domûs *Stephanae* mentionem, in modò factâ commendatione, tantùm fecerim, non inde eſt profectum, quod ipſum illum laudatiſſimum Virum, ejuſque ſocios, *Fortunatum* & *Achaicum*, affectu meo praeterirem: Nihil minùs, abſentes eos ſciebam, *SED* contrà, commendatione & hi digniſſimi ſunt: Cui commendationi ſubſterno hanc meam teſtificationem meae, propter eorum adventum, laetitiae.

bb. Exprimit in hunc modum: Nimirùm, Apoſtolus declarat, quod ob Virorum iſtorum trium adventum laetetur. Hîc conſiderandum eſt

(*aa*) De materiâ, hunc affectum cauſſante. Adeoque

§ De objectis. Quae ſunt

/. *Stephanas.* De cujus domo locutus erat verbis praecedentibus. Στεφανᾶ.

//. Duo ejus ſocii.

— Pri-

a.(β) 2 AA.אא.bb.(aa)§.//.

— Primo loco mentio fit, Φορτυνάτυ.

= Huic sociatur *Achaicus*. Hic

†. Nomine Ἀχαϊκȣ̃ insignitur.

††. *Fortunato* associatur, per particulam, καὶ.

§§. De facto eorum. Nimirum, eorum παρȣσίᾳ.

(ββ) De affectione animi *Pauli*, ex hac materiâ natâ. χαίρω, dicit, ἐπὶ τῇ παρȣσίᾳ [αὐτῶν].

בב. Indicatione rationum, ob quas iste adventus, vel praesentia sibi praebuerit laetitiae materiam. Cap. XVI. 17. parte posteriori, & 18. parte priori.

aa. Prima ratio est, quod defectum *Corinthiorum* suppleverint. Cap. XVI. 17. parte posteriori. Ubi considerandum est

(*aa*) Ipsum factum horum trium Virorum.

§. Subjectum indicatur pronomine, ȣ̃τοι.

§§. Praedicatum. τὸ ὑμῶν ὑςέρημα ἀνεπλήρωσαν. Ubi

/. Fatetur, se laborâsse defectu praesentiae & auxilii credentium *Corinthiorum*. Hoc exprimit verbis: τὸ ὑςέρημα ὑμῶν. Quasi diceret: Carere debui (impeditus, quò minùs ad vos venire

a.(β) 2. AA. ℶℶ. aa. (αα) §§. /.

venire potuerim) vestro auxilio & ministerio. Hoc mihi molestum accidit.

//. Testatur, per horum trium Virorum ad se adventum & praesentiam, hunc defectum suppleri, vel compensari. ἀνεπλήρωσαν.

(ββ) Hoc factum caussam esse istius laetitiae Apostoli. Hoc indicat particulâ ὅτι.

bb. Altera ratio, quae etiam confirmationi praecedentis inservit, ex eo desumpta est, quod suo adventu & praesentiâ tàm suum, Apostoli, quàm illorum, *Corinthiorum*, spiritum recreaverint. Cap. XVI. 18. parte priori.

Perpendere hîc oportet,

(αα) Quid fecerint. Ubi consideremus

§. De objectis duobus, inter se sociatis, quibus aliquid praestiterint.

/. Primum indicat, quando dicit: τὸ ἐμὸν πνεῦμα.

//. Alterum indicat, & priori sociat.

― Indicat voculis: τὸ ὑμῶν.

= Priori sociat, per particulam copulativam, καὶ.

§§. Quid his objectis fecerint laudati triumviri, ἀνέπαυσαν.

Ppppp (ββ) Quod

a.(β)2.AA.בב.bb.(aa)

(ββ) Quod hoc in ulteriorem confirmationem rationis prioris adfirmetur. Quod docet particula, γὰρ.

BB. Eapropter eosdem, & eorum similes commendat. Cap. XVI. 18. parte posteriori.

אא. Commendatio his verbis exprimitur: ἐπιγινώσκετε τὲς τοιέτες.

aa. Objectum designat. τὲς τοιέτες.

bb. Officium, huic objecto debitum, comprehendit verbo, ἐπιγινώσκετε.

בב. Laudationi praemissae superstruitur. per particulam, ἔν.

b. Salutationes. Quas

(α) Partim *Corinthiis*, nomine aliorum, dicit. Cap. XVI. 19. & 20. parte priori.

Hìc, brevitatis caussâ, considerabimus

1. De subjectis tribus.

AA. Primum subjectum sunt coetus, corpus constituentes; *Ecclesiae Asiaticae.* Ubi considerandum est

אא. De *Asiâ*; de provinciâ, quam hìc insignit nomine, τῆς Ἀσίας.

בב. De Ecclesiis, in eâ reperiundis. αἱ, dicit, Ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας.

BB. Reliqua duo sunt singulares personae; quarum tamen prioribus coetus aliquis domesticus jungitur.

אא. Illi, qui τῷ *Apollo* viam Domini accuratiùs exposuerant; nimirùm *Aquilas* & *Priscilla*, (Confer *ACT.* XVIII. 27.) cum Ecclesiâ ipsorum domesticâ.

Hic

b.(α) 1. BB. אא.

Hic igitur considerare oportet

aa. Laudatissimas personas, nominetenus indicatas.

(αα) Primo loco nominatur, Ἀκύλας.

(ββ) Huic sociatur Uxor.

§. Nomen indicatur, Πρίσκιλλα.

§§. Sociatur Marito, per copulam καὶ.

bb. His personis junctum illum domesticum coetum.

Contemplemur igitur

(αα) Hunc coetum. Qui

§. Nomen habet, Ἐκκλησία.

§§. Describitur, ut *Aquilae* & *Priscillae* domestica. τῇ κατ᾽ οἶκον αὐτῶν.

(ββ) Ejusdem cum illis consociationem. σὺν τῇ Ἐκκλησίᾳ.

בב. Reliqui comites, cooperarii, itinerisque socii plures. Cap. XVI. 20. parte priori. Quos

aa. Insignit communi nomine *Fratrum*, ex eodem Patre CHRISTO & Matre Ecclesiâ natorum. Qui eapropter vocantur, οἱ ἀδελφοὶ.

bb. Omnes, hac in parte conjunctos, considerandos esse indicat, voculâ πάντες.

2. De praedicato, quod de singulis hisce subjectis pariter praedicatur, expresso ter repetitâ phrasi, *Salutant Vos.* ἀσπάζονται ὑμᾶς.

(β) Partim faciendas commendat. Cap. XVI. 20. parte posteriori.

Hic perpendendum est,

 1. Ob-

b.(β)

1. Objectum, longissimè remotis reliquiis schismatum. Expressum voce, ἀλλήλους.

2. Quo pacto se reciprocè gerere debeant. ἀσπάσασθε ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Hoc

AA. Generatim indicatur verbo, ἀσπάσασθε.

BB. Speciatim ostenditur, quo pacto conveniat hanc officii praestationem testatam facere. Et quidem,

אא. Respectu externi signi. ἐν φιλήματι.

בב. Respectu internae dispositionis animi: Quae nequaquam abesse deberet ab hoc externo signo. Quod emphaticè indicatur, epitheto adjecto. ἁγίῳ.



TA.

TABULA LXXXIII. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XVI. 21.

Continet haec pericopa Salutationem *Corinthiorum*, ab Apostolo ipsis dictam, manu propriâ signatam, in certiorationem illorum, quae in hac Epistolâ scripta sunt. Cap. XVI. 21.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, III.A.ב.

Hîc videmus,

a. Quod eos salutet. ὁ ἀσπασμὸς.

b. Idque faciat propriâ manu. Quod

(α) Non tantum exprimit, per pronomen primae personae. τῇ ἐμῇ χειρὶ.

(β) Sed addit suum nomen, Παύλου.

TABULA LXXXIV. SPECIALIS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE I.

AD CORINTHIOS.

CAP. XVI. 22. 23. & 24.

Continet haec pericopa Conclusionem hujus Epistolae, & ejusdem quasi obsignationem.

Signata est haec pericopa, in Tabulâ Generali, III.B.

Animadvertamus igitur in eâ

א. Conclusionem. Constantem

a. Gravissimâ obtestatione. Cap. XVI. 22.

In quâ perpendere oportet

(α) Casûs positionem. In quâ videamus,

1. Quid ponatur. τις ὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Ubi

AA. Objectum tribus nominibus considerandum proponitur.

אא. Primum supremitatem & auctoritatem ob oculos ponit. τὸν Κύριον.

בב. Duo magis propria & usitata, Sacro Sanctae Trinitatis secundae Personae, in carne manifestatae, tribui solita.

Dicit hunc Dominum

aa. JE-

א.a.(α) 1. AA ככ.

aa. *JESUM*, JEHOVAM salutem. Ἰησοῦν. Quod nomen jubente Patre gessit.

bb. *CHRISTUM*. Ad tria munera ordinatum, aptum factum, quoad humanam naturam, & publicè demonstratum. Χριστὸν.

BB. Animi dispositionem, erga hoc dignissimum objectum, indecentissimam. οὐ φιλεῖ.

2. Quod hoc ponatur conditionatè & universalissimè. εἴ τις. *Si quis*, quisquis sit sine discrimine.

(β) Quid de homine, in tali statu perseverante, censendum sit. Quod

1. Ponit, & ut justum adprobat.

AA. Exprimit illud, nomine ἀνάθεμα.

BB. Ut justum agnoscit & adprobat, verbo ἤτω.

2. Confirmat, apophthegmate, uti videtur, *Judaeis*, *Syro Chaldaicè* loquentibus, usitato.

AA. Subjectum hujus sententiae est Μαρὰν. *DOMINUS NOSTER*.

BB. Praedicatum. ἀθὰ. *VENIT*.

Venit in carnem, filius hominis factus, quà talis omne judicium a Patre adeptus, quod, ad dextram Patris sedens, exsequitur, & porrò exsequetur ad ultimum usque diem. Conf. *JOH.* V. 27. 1 *COR.* XV. 25-29.

b. Tenerrimi sui, erga credentes *Corinthios*, amoris significatione. Cap. XVI. 23. & 24.

Hunc

א.b.

Hunc autem duplici ratione significat:

(α) Voto solito. Cap. XVI. 23. In quo videamus,

1. Ad quos sermonem suum dirigat. Quos indicat pronomine, ὑμῶν.

2 Quid his adprecetur. Nimirùm, ut sint objecta *gratiae Domini JESU CHRISTI.* ἡ χάρις τῦ Κυρίυ Ἰησῦ Χριςῦ μεθ' ὑμῶν.

Ubi perpendendum est

AA. Subjectum, vel, si malis, objectum. Quod est ἡ χάρις τῦ Κυρίυ Ἰησῦ Χριςῦ.

Hic consideranda venit

אא. Persona Θεανθρώπυ, eisdem nominibus, eodemque ordine, quo versu praecedenti dispositis, descripta. τῦ Κυρίυ Ἰησῦ Χριςῦ.

בב. Virtus, quae huic personae tribuitur, vel, si malis, quod tamen, quoad sensum realem eodem cadit, effectus, qui ab istâ virtute proficiscuntur. ἡ χάρις.

BB. Quid ab hoc subjecto, vel objecto, exoptet, nimirùm, ut sit cum illis *Corinthiis*, ad quos scribit. μεθ' ὑμῶν.

(β) Voto singulari, quo optat, ut mutua haec sua & *Corinthiorum* charitas constans sit, & maneat in CHRISTO JESU. Cap. XVI. 24.

Hîc notemus

1. Quid ponat & voveat. Ubi considerare oportet

AA. Objectum, de quo loquitur. Quod exprimitur his verbis: ἡ ἀγάπη μυ.

BB. Quid de illo objecto testetur, & optet. μετὰ πάντων ὑμῶν.

Contemplandae hîc iterùm veniunt

אא. Per-

ℵ.*b*.(β)1.BB.

ℵℵ. Perſonae, ad quas ſermonem ſuum dirigit. Has

aa. Pronomine ſecundae perſonae pluralis numeri indicat. ὑμῶν.

bb. Cum plures ſint, conſociat, ita ut neminem excluſum velit: Dicit enim, πάντων.

בב. Quid his tribuat, vel theticè, vel optativè. Non enim eſt expreſſum verbum ſubſtantivum.

2. Fundamentum, vel theſios, vel ſpei & voti, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

AA. Perſona, in quâ hoc fundamentum ponitur, iterùm ſolitis nominibus indicatur. Χριστῷ Ἰησοῦ.

BB. Quod in eo fundata ſit theſis, vel votum, indicatur, per praepoſitionem, ἐν.

ב. Obſignationem, per voculam,

'A M H' N.



INDEX
PROLEGOMENORUM,

Quae Analysi hujus I. ad *COR.* Epistolae praemittuntur.

Divisa sunt haec Prolegomena in septem Articulos: Quorum

SE-

S E R I E S
Tabularum Specialium octoginta et quatuor.

2.



BREVISSIMA ISAGOGE

IN

POSTERIOREM EPISTOLAM

PAULI

AD

CORINTHIOS.

PROLEGOMENA
AD
EPISTOLAM POSTERIOREM
PAULI
AD
CORINTHIOS.



Uandoquidem in Epiſtolam hanc poſteriorem ad *Corinthios* Commentarium Analytico-Paraphraſticum edidi ſermone vernaculo, eique praemiſi Prolegomena ampliora; minùs prolixus ero in hujus Epiſtolae inveſtigatione: Sufficiet ſumma Capita indicâſſe, in gratiam illorum, qui memoratum Commentarium legere hactenùs non potuerunt; atque huic introductioni nonnulla, in dicto noſtro Commentario, eique praemiſſis Prolegomenis, omiſſa, adjicere.

Ut igitur Methodum, quâ uti ſolemus, ſervemus, initium faciendum erit, paucula dicendo de Auctoribus hujus Epiſtolae.

ARTICULUS PRIMUS,

De Auctoribus hujus Epistolae.

AUctores, vel Ministri potiùs Spiritûs Sancti, quibus ad conscribendam hanc Epistolam usus est, memorantur in Inscriptione, Cap. I. 1. *Paulus* & *Timotheus.* De quibus in Prolegomenis ad Epistolas ad *Thessalonicenses* abunde dictum est.

Verùm, uti ad illas monui, *Paulus* quidem primarius Spiritûs Sancti, in hujus Epistolae scriptione, Minister fuit; quod ex locis, in quibus in singulari loquitur, & ubi seipsum seorsim a *Silvano* & *Timotheo* nominat, abunde patet; vid. 2 *Cor*. I. 15 17. 19. Sed *Timothei* quoque nomen addidit, ut significaret Apostolus, *Timotheum*, Virum spectabilem, *Corinthiorumque* amantissimum, qui nuper eos inviserat, quique plurium rerum, in hac Epistolâ narratarum, apprimè gnarus erat, hanc Epistolam suo calculo probare. Id quod ad uberiorem Adversariorum convictionem, vel saltem ab illis seductorum emendationem, vel vacillantium confirmationem, momentum habere poterat non contemnendum.

Silvani, qui cum *Paulo* & *Timotheo Corinthiis* Evangelium annunciaverat, cujusque mentionem factam cernimus 2 *Cor*. I. 19. nomen in Inscriptione additum non esse crediderim, quod absens fuerit, quum *Paulus* hanc Epistolam exararet; fortè jam tunc temporis *Petro* sociatus. Confer 1 *Pet*. V. 12.

Sinceritatem autem hujus Inscriptionis, atque hanc Epi-

Epiſtolam genuinum Apoſtoli foetum eſſe, abundè probavimus ex antiquiſſimorum *Chriſtianorum* Patrum teſtimoniis. Imò idem ex ipſis *Luciani* (vel quisquis fuerit Actor Dialogi, cui nomen *Philopatris*) dicteriis & ſcommatibus, aſſeruimus, in Belgico idiomate ſcriptis & editis Prolegomenis ad hanc Epiſtolam.



ARTICULUS SECUNDUS,

De illis, ad quos haec Epiſtola data eſt.

Ad quos data ſit haec Epiſtola, eadem nos docet Inſcriptio: Τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι, τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ.

De Urbe *Corintho*, & Eccleſiâ *Corinthiacâ*, in dictis Prolegomenis copioſè, & in Introductione ad primam Epiſtolam compendioſè diximus: Quibus plura addere nunc nihil attinet. In memoratâ Introductione accuratiùs inveſtigare conati ſumus ſtatum illius Eccleſiae corruptum, & indolem ſchiſmatum, quibus lacerata erat; quae indè repetenda ſunt.

Haec autem Epiſtola non tantùm *Eccleſiae Corinthiacae* dicatur, ſed etiam *Sanctis omnibus in univerſâ Achaiâ*.

Achaiae nomen hîc non ſumimus, ſtrictiori ſignificatione, pro regione inter *Theſſaliam* & *Peloponneſum* interjectâ, quae *Graecia* dicta, vel pro parte quadam *Peloponneſi*; ſed latiori, iſtis temporibus uſitatiſſimâ, pro ſpectabili illâ populi *Romani* provinciâ, *Achaiam* ſtrictè dictam, *Graeciam* univerſam, & *Peloponneſum* comprehendente, Proconſuli, *Corinthi* ſuum δικαστήριον habenti, ſubjectâ. Hinc patet emphaſis phraſeos *Paulinae*, ἐν ὍΛΗι τῇ Ἀχαΐᾳ.

An verò, & quaenam ſingulares iſtius provinciae fuerint Eccleſiae, jam conſtitutae, & in concinnum ordinem redactae; an verò fideles illius provinciae, extra

Ur-

Urbem *Corinthiorum* habitantes, maximam partem adeò fuerint disperſi & ſeorſim habitantes, ut coetum non conſtituerint, diſtinctè indicare vix poſſumus: Quare definire non auſim, an haec ſit ratio, quare Apoſtolus non ſcripſerit ad Eccleſias *Achaiae*, ſed ad *omnes Sanctos in univerſâ Achaiâ*.

Hoc ſaltem probabile videtur Apoſtolum voluiſſe, hac Inſcriptionis formulâ, hanc Epiſtolam communicandam eſſe, quoad ejus fieri poſſet, cum omnibus, tàm Eccleſiis, quàm ſingularibus fidelibus, per totam illam provinciam diſperſis: Ne, ſcilicet, mala e ſchismate *Corinthiorum* nata, & nondùm plenè ſanata, virus ſuum per totam, ut fieri ſolet, provinciam ſpargerent. An verò id negotii *Corinthiis* hac formulâ mandaverit; an, verò ipſe cum ſuis Amanuenſibus plura hujus Epiſtolae exempla prorſus ſimilia confecerit, eaque ad hos illoſve miſerit, definire quidem audacter non auſim: Poſterius tamen mihi videtur vero eſſe perquam ſimile.



AR-

ARTICULUS TERTIUS,

De Circumstantiis LOCI & TEMPORIS, quibus haec Epistola missa est.

HAnc Epistolam e *Macedonia* missam esse, ex collatione locorum 1 *Cor.* XVI. 5. 6. cum *Act.* XX. 12. 2 *Cor.* I. 16. II. 12. 13. VII. 5. 6. VIII. 1. IX. 2. 4. in Prolegomenis ad hanc Epistolam, colligi posse, indicavi; simulque ostendi, quo pacto doctissimus *Ludovicus Cappellus* in *Historiâ Apostolicâ*, insertâ in *Bibliis Criticis*, Tomo VII. pag. m. 526. refutet *Baronium*, existimantem hanc Epistolam *Nicopoli*, *Acarnaniae*, in *Epiro*, Urbe, datam esse ad *Corinthios*.

Tunc temporis *Baronius* non erat ad manum, quare nunc ipsum audire juvabit, cum deprehenderim, Clarissimum *Cappellum* minùs accuratè sententiam *Baronii* exhibere.

Refutandam sibi sumit Vir doctissimus sententiam, quam *Baronius* proposuerit, ad Annum CHRISTI LVIII. § 36. Ubi tamen non omnia illa reperiuntur, quae *Cappellus Baronio* tribuit. Pars quidem eorum alibi a *Baronio* scripta deprehenditur; non tamen omnia: Certè non asserit *Baronius*, quod tamen ei impingit *Cappellus*, *Paulum* ex insulâ *Cretâ Nicopolim* venisse.

Verba *Baronii*, hoc negotium spectantia, ad quae *Cappellus* Lectores ablegat, haec sunt: in *Annal.* Tomo

mo I. pag. m. 688. & 689. edit. *Moz.* ad Annum CHRISTI LVIII. §. 36. „ *Nicopolim* cum *Paulus* „ hyemis tempore perveniſſet, ibi (ut exiſtimamus) „ ſcripſit ſecundam Epiſtolam ad *Corinthios*, eâ, nimirùm, occaſione, quod cum ſuperiori Epiſtolâ, Anno praeterito *Epheſi* ad eos datâ, pollicitus eſſet, ſe „ ad eos venturum, cum *Macedoniam* pertranſiiſſet, „ nec tamen id praeſtitiſſet, ſe excuſans, hanc ſecundam ad eos ſcripſit Epiſtolam, quâ inter alia ait: „ *Hac confidentiâ* &c. 2 *Cor.* I. 15. & ſeqq.

„ Eâdem quoque Epiſtolâ, cum in primis, quae in „ *Aſiâ* paſſus ſit, doceat, quae poſtea ſit paſſus in „ *Macedoniâ*, his verbis ſignificat: *Non enim volumus* „ &c. 2 *Cor.* I. 8 - 11. & poſt multa, cum veniſſemus „ in *Macedoniam* &c. 2 *Cor.* VII. 5--8.

„ Miſerat enim *Paulus Titum*, unà cum Sociis, „ *Corinthum*, collectae cauſſâ, quam jam per priorem „ Epiſtolam intimaverat. Id autem *Paulus* poſtea declarat, ſic dicens: *Ita ut rogaremus Titum* &c. 2 *Cor.* „ VIII. 6. & inferiùs: *Gratias autem ago DEO* &c. „ 2 *Cor.* VIII. 16. 17. 22. Cur autem tot tantoſque „ Viros tantâ ſollicitudine miſiſſet, hanc inferiùs affert rationem: *Miſimus autem Fratres* &c. Cap. IX. „ 3. 4. Hilari enim animo omne officium ac ſtudium „ ad eam navandam operam *Corinthii* polliciti erant „ *Tito*, ac caeteris diſcipulis a *Paulo* miſſis. Quamobrem haec eâdem Epiſtolâ iſtâ commemorans idem „ *Paulus* ait: *Scio enim promptum animum veſtrum* „ &c. 2 *Cor.* IX. 2. Quisnam verò fuerit ille, quem „ tam egregiis characteribus *Paulus* deſcribit, nominatque comitem ſuae peregrinationis, *Lucas* ne, an „ *Barnabas*? ſatis eſt dictum ſuperiùs; Anno Domini

„ quinquagesimo primo, ut non sit opus eadem hic
„ repetere.

„ Errant autem, meâ sententiâ, qui putarunt, *Tito*
„ datam esse hanc Epistolam ad *Corinthios* perferen-
„ dam; eò quod in eâ dicat *Paulus*, se misisse cum
„ *Tito* & alios socios: Nam de priori *Titi* ad eos ad-
„ ventu *Paulum* (ut dictum est) intellexisse, quivis
„ facilè pervidere poterit.

„ Nec est, quod quis dicat, iterùm illuc *Titum* esse
„ profectum, quem *Paulus* (ut suo loco est dictum) e
„ *Macedoniâ* recedens, ac secum ducens, *Cretae* re-
„ liquit.

Hactenùs *Baronius*, loco citato; ubi de Tempore & Loco Scriptionis hujus nostrae Epistolae disputat: Conferenda autem haec sunt cum illis, quae narraverat suprà: Scilicet ad Annum CHRISTI LVII. §. 209. col. m. 669. Ubi sic scribit:

„ Cum igitur *Paulus* magnam hujus anni partem
„ insumpsisset in *Macedoniâ*, illas confirmans Eccle-
„ sias; quid egerit posthaec, *Lucas* in *Actis* declarat
„ his verbis: *Act.* XX. 2. *Cum autem pertransiisset*
„ *partes illas* (*Macedoniae* scilicet,) *&* *exhortatus eos*
„ *fuisset multo sermone, venit in Graeciam:* NON
„ QUIDEM PEDESTRI ITINERE, SED
„ USUS NAVIGATIONE. Nam per *AE-*
„ *geum* mare *Cycladas* adnavigans, pervenit *Cretam*
„ illicque, ad eam curandam Ecclesiam, reliquit *Ti-*
„ *tum*, discipulum amantissimum: Id quidem ex
„ Epistolâ ejusdem *Pauli* ad *Titum* satis colligitur,
„ dum ait: *Hujus rei gratiâ reliqui Te* Cretae &c.
„ *Tit.* I. 5.

His addenda, quae mox subjicit ad Annum CHRI-

CHRISTI LVIII. §. 1. col. m. 670. „ *Paulus* „ Apostolus, cùm (ut dictum est ex *Lucâ*) anno superiori pervenisset ex insulà *Cretâ* in *Graeciam*, jamque aditum sibi pararet, ut Evangelium praedicaret caeteris Gentibus, quae usque ad *Illyricum* interjacent, (respicit *Baronius* locum in Epistolà ad *Romanos*, Cap. XV. 19.) *Titum*, quem *Cretae* reliquerat, scriptà ad eum Epistolâ, ut *Nicopolim* quàm citissimè se conferret, admonuit, dicens: *Cum misero ad Te* Artemam, *aut* Tychicum, *festina ad me venire* Nicopolim; *ibi enim statui hiemare. Tit.* III. 12.

„ Est haec civitas juxta sinum *Ambracium*, posita in provincià *Acarnaniae*, quâ terminatur *Epirus*, a *Graeciâ* per *Archeloum* flumen divisa. Cùm igitur *Titum* jubeat venire *Nicopolim*, putarunt nonnulli, ibidem loci datam fuisse dictam ad *Titum* Epistolam. Verùm, cùm in eâ dicat Apostolus: *ibi statui hiemare*, nondùm eò pervenisse, planè declarat.

Haec, ipsis verbis *Baronii* expressa, ad sequentes referri possunt Articulos:

I. *Paulum*, in *Macedoniâ*, in quam, *Epheso*, post sedatum a *Demetrio* excitatum tumultum, relictâ, pervenerat, magnam partem anni quinquagesimi septimi insumpsisse.

II. Hinc itinere navali in *Graeciam* transiisse, atque in hoc itinere *Cretam* adiisse cum *Tito*, eumque ibi reliquisse.

III. Cum adhuc in *Graeciâ* haereret, constituisse *Nicopolim* proficisci, atque hac ratione aditum sibi parare ad propagandum Evangelium, usque ad *Illyricum*; hiemem autem dictâ in Urbe *Acarnaniae* transigere.

IV. Hoc propositum suum *Tito*, in *Cretâ* insulâ degenti, declarasse, & jussisse, ut se *Nicopolim* conferret quàm citissimè.

V. Hinc *Paulum*, cum per *Macedoniam* non profectus esset *Corinthum*, uti 1 *Cor.* XVI. 5. promiserat, sed navali itinere in *Cretam*, hinc in *Graeciam*, inde *Nicopolim*, hac posteriori Epistolâ, ad *Corinthios Nicopoli* missâ, seipsum excusare.

Haec si accuratè a *Baronio* forent disputata, Epistola ad *Titum* hac nostrâ foret anterior: Quod etiam asserit *Baronius*, idem de priori ad *Timotheum* affirmans.

De his, ad *Titum* & *Timotheum* missis epistolis, propitio Numine, suo tempore sententiam nostram exponemus: Nunc illa, quae in manibus habemus, examinemus.

I. Ad primum quidem Articulum notamus, non rectè statuere *Baronium*, quod *Paulus* magnam partem Anni AErae *Christianae* quinquagesimi septimi insumpserit in *Macedoniâ*. Ad priorem enim ad *Corinthios* Epistolam breviter ostendimus, (quod in Prolegomenis, Commentario *Belgicè* edito praemissis, pluribus demonstraveramus) *Paulum* jam Anno quinquagesimo quinto *Hierosolymis* in vincula conjectum esse.

II. Ad secundum Articulum monemus, quod absque ullo fundamento asserat *Baronius*, iter, quod *Paulus*, *Macedoniae* partibus peragratis, fecit in *Graeciam*, teste *Lucâ Act.* XX. 2. fuisse iter navale.

Neque ullâ ratione probat, in hoc, quod fingit *Baronius*, navali itinere, *Paulum* per *AEgeum* mare *Cycladas* adnavigasse, atque sic in *Cretam* pervenisse: Ab omni veri specie hoc longissimè est sejunctum:

Si

Si enim perpendamus, quod *Macedonia Graeciae* adjacuerit versus septentrionem, *Creta* autem *Cycladibus*, & *Graeciâ*, & *Peloponneso*, meridionalior, quodque *Cyclades* in mari *AEgeo*, *Macedoniam*, *Graeciam*, & *Peloponnesum*, ad orientale earum latus, alluenti, fuerint sitae; *Acarnania* autem ad mare *Ionium*, *Macedoniae & Epiri* oram occidentalem lambens: Quis crediderit, *Lucam* hisce verbis: διελθὼν δὲ τὰ μέρη ἐκεῖνα, ἦλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, tantum circuitum comprehendere?

Sanè, si iter hoc pacto instituisset Apostolus, longè aliâ excusatione opus habuisset: uti mox clariùs patebit.

III. IV. Tertium & quartum Articulum quoque absque ullo documento nudè affirmat Cardinalis; adeoque illis, quae jam rejecimus, unicè nituntur.

V. Quintus Articulus, planè sublestis nixus fundamentis, suâ quoque mole ruit.

Neque verum est, quod *Paulus* se in hac nostrâ Epistolâ excuset, eò quod e *Macedoniâ* non venerit *Corinthum*, uti promiserat. 1 *Cor*. XVI. 5. Sed quod non priùs ad *Corinthios*, & per *Corinthum* in *Macedoniam* fuerit profectus: Quod non cogitâsse tantùm, sed & legatis fortè *Corinthiorum*, vel, si malis, suo *Timotheo* & *Erasto*, indicâsse videtur.

Hi, cum ante scriptam priorem ad *Corinthios* Epistolam (uti in Introductione ad eam observavimus) iter susceperint, facile potuerunt *Corinthiis* significare hoc *Pauli* propositum: Quod cum mutâsset graves ob caussas, & constituisset priùs transire *Macedoniam*, & postremum hoc suum consilium declarâsset priori Epistolâ; (uti Cap. XVI. 5.) hinc est, quod se a crimine levitatis,

 vel

vel carnalium affectuum (cujus suspectum ipsum reddere conarentur Adversarii) excuset, in hac nostrâ Epistolâ; uti deinceps videbimus.

Teneamus igitur hanc Epistolam *Macedoniâ* scriptam esse: Ex quâ Urbe, definire non ausim; cum subscriptiones non satis sint certae: quamvis nihil videam, quò minùs possit esse verum, quod subscriptio habet de Loco, unde haec Epistola sit data. Scilicet: Ἀπὸ Φιλίππων. Quin imo mihi, salvo meliori judicio, perquam videtur probabilis haec sententia.

De Latoribus hujus Epistolae nihil habeo compertum: Subscriptio, quae tamen in omnibus Codicibus non est eadem, ex conjecturâ, desumptâ ex 2 *Cor.* VIII. videtur esse posita: Vult illa, prout in vulgaribus nostris Editionibus legitur, hanc Epistolam missam esse, διὰ Τίτου καὶ Λουκᾶ. Quod tamen (si strictissimè sumas verba 2 *Cor.* VIII. 17.) verum esse non poterit. *Titus* enim ibi legitur jam ad *Corinthios* profectus, cum Apostolus hanc Epistolam scriberet.

Neque tamen cum *Baronio*, loco suprà citato, putaverim, Apostolum 2 *Cor.* VIII. 17. dicentem, quod *Titus* ad *Corinthios* sit profectus, intelligendum esse de anteriori quodam itinere, cujus mentio fit 2 *Cor.* VII. 13. 14. 15. coll. cum Cap. II. 12. Hoc enim non convenit cum illis, quae leguntur 2 *Cor.* VIII. 23. & 24. Admonitio enim, quae versu 24. continetur, satis indicat, laudatos antè Fratres apud *Corinthios* isto tempore fuisse, vel brevi ad eos venturos fuisse.

Atque haec observatio nos quoque juvabit ad definiendum, utrum haec Epistola illâ ad *Titum* anterior sit, an posterior? Hoc tenet *Baronius*, uti ex illis, quae suprà

ſuprà attulimus, patet. Illud tamen mihi vero magis videtur ſimile.


Tempus autem quod attinet; facilè ex illis, quae antè diximus, illud eruimus.

Oſtendimus, in Prolegomenis ad priorem Epiſtolam, nonniſi ad finem decurrente Anno AErae Vulgaris LIV. *Paulum* dereliquiſſe *Epheſum*, vel Regiones iſti Urbi vicinas.

Oſtendimus Apoſtolum Anno LV. AErae Vulgaris *Hieroſolymis* eſſe captum.

Intermedio igitur tempore haec noſtra Epiſtola ſcripta ſit, oportet: Notam enim facit Apoſtolus *Corinthiis* liberalitatem *Macedoniorum*, quam expertus fuerat; 2 *Cor.* VIII. atque indicat ſe brevi *Corinthum* venturum: Hoc autem fecit ante tempus Paſchale; Imò tres menſes ante tempus Paſchale in *Graeciâ* degit, uti *Act.* XX. 2--5. legere eſt.

Ante ſuum itaque in *Graeciam* adventum, cum hanc Epiſtolam e *Macedoniâ* ſcripſerit, ſequitur, quod hanc exaraverit, vel in principio Anni quinquageſimi quinti, vel in fine Anni quinquageſimi quarti.



AR-

ARTICULUS QUARTUS,

De Occasione, Scopo, & Argumento hujus Epistolae.

OCcasio hanc Epistolam scribendi Apostolo, *Corinthios* impensè amanti, oblata est non una: Insigni affectu ferebatur in splendidissimam, ministerio suo fundatam, *Corinthiacam* Ecclesiam, impensèque eam diligebat: Hoc fine desiderio vehementi flagrabat veniendi *Corinthum*, ut uberiora spiritualia dona ipsis impertiretur, ut eos in fide confirmaret, & magis magisque suppleret, quae ipsorum fidei deerant, ad percipiendam communem consolationem, per mutuam fidem, ipsorum simul, & suam: Uti alibi suum Ecclesias invisendi studium declarat. *Rom.* I. 11. 12. & 1 *Thessal.* III. 10.

Accedebat, quod occupatus esset, & *Corinthum* proficisci vellet, colligendis nummis pro Sanctis in *Judaeâ*, quos *Hierosolymam* deferre constituerat. Metuebat autem, ne omnes illos, qui quidem ad *Corinthiacam* Ecclesiam pertinebant, eo in statu deprehenderet, quo optaret.

Quanta mala secum traxerit schisma, quod natum erat in illâ Ecclesiâ, videri potest ex priori Epistolâ. Haec malo isti medelam equidem insignem attulerat, ut & seria *Titi* admonitio; nondùm tamen omnia erant emendata; supererant scandala, vel ex ipso schismate nata: vel per illud (ut fieri solet) minori zelo eradicata. Aderant adhuc seductores, & tales, qui illis aures praeberent: Vel, jam seducti, vel, in insigni seductionis periculo constituti. Se-

Seductores, corrigi nescii, procul dubio priori Epistolâ exacerbati fuere; praecipuè, uti videtur, *Judaïzantes*, a consortibus litteris commendatitiis muniti: Ex disceptatione enim, quam in hac nostrâ reperimus Epistola, patet, quod *Judaïzantes* in primis habuerit Adversarios. Hi, quicquid per occasionem poterant, sugillabant, & quoscumque possent praetextus & occasiones captabant, accusandi Apostolum *Gentium*, eumque, quantum pote, in contemptum adducendi.

Commodam sibi videbantur nacti occasionem carpendi, eo quod *Paulus* propositum suum mutâsset: Scilicet, cogitaverat iter suum ex *Asiâ* in *Europam* sic instituere, ut priùs adiret *Corinthios*, & per illos transiret in *Macedoniam*, & hinc rursùs *Corinthum*, atque a *Corinthiis* in *Judaeam* deduceretur.

Quod hoc cogitaverit, ipse testatur 2 *Cor*. I. 15. 16.

Quod hoc consilium mutaverit, priusquam scripsit, vel misit, priorem ad *Corinthios*, ex ejus Epistolae Cap. XVI. 5. patet.

Haec consilii mutatio, & adventûs dilatio, in occasionem & argumentum calumniae arrepta fuit ab Adversariis: Isti igitur Apostolum insimulare levitatis, mutabilitatis, inconstantiae, affectuum carnalium, tepidae in *Corinthios* voluntatis, imminuti saltem fervoris, vanitatis in comminationibus, metûs, ne ipsius minae, eventu confutatae, contemptui ipsum exponerent omnium, eique justissimo.

Hae calumniae facilè ex ipsâ Epistolâ nostrâ deteguntur, atque unam ex occasionibus scribendi, Apostolo oblatis, nobis exhibent.

Porrò affectatio Dominationis in Ecclesiâ potissimùm

videtur in *Judaïzantibus* fuisse: Cum igitur hoc vitium acriter perstrinxisset, & libertatem Evangelicam semper (tametsi ejus abusum taxaret) defenderet, facilè concipimus Adversarios *Judaïzantes* ferre non potuisse gloriam, quam ministerio N. T. tribuebat Apostolus, & e contrario statuisse, *Paulo* longè praeferendos esse illos, qui in *Mosis* cathedrâ sederent; hos potiùs, quàm illum, qui secessionem a Lege, tanto cum splendore latâ, fecisset, audiendos esse.

Haud parùm quoque obstabat Adversariis, commoda hujus vitae sectantibus, quod *Paulus* in priori Epistolâ contenderit, non esse praedicationem Evangelii ita adornandam, ut attemperaretur placitis sapientum, vel principum hujus saeculi, sed planè simpliciter, ut eluceret efficacia crucis CHRISTI.

Hac ratione clamabant offendi *Gentes* & *Judaeos*, persecutiones excitari: Temerarium igitur esse Apostolum, suâ liberè ita praedicandi methodo; se & *Christianos*, hanc methodum sectantes, gravissimis periculis & vexationibus exponentem: Imò defensione libertatis Evangelicae, & elatione gloriae Novi Testamenti, pietati detrimentum afferre & scandalum praebere.

His accedebat, quod Adversarii in contemptum adducere nitebantur potestatem Apostolicam *Pauli*, adeoque, abutentes dilatione adventûs ejus, docebant homines spernere comminationes, tamquam Thrasonicas, quas intentaverat. 1 *Cor.* IV. 21. & Cap. V. 4.

Hisce omnibus calumniis, quae perniciosissimum effectum producere posse praevidebat Apostolus, coactus est, & a Spiritu Sancto impulsus, ad scribendam hanc Epistolam; quatenùs est Apologetica.

Ab alterâ parte pii homines, qui *Corinthi* erant, sol-

folliciti esse poterant, an non animum *Pauli* a *Corinthiis* aliquo modo alienum reddiderint schisma, & ex eo natae contumeliae, quibus Apostolus ab Adversariis afficiebatur: Metuere poterant, ne adventum suum ulteriùs differret, vel fortè nunquam veniret.

Hic quoque metus exacerbare poterat eorum animos adversus illum peccatorem, quem *Paulus* e medio Ecclesiae removendum fuisse dixerat; is autem jam resipuerat, moerore & acerbissimo dolore conficiebatur; qui leniendus erat, ne desperatione vel nimio dolore absorberetur.

Restabant quoque nonnulla vitia inolita emendanda: Excitandi animi ad promptam & amplam liberalitatem, erga pauperes Sanctos in *Judaeâ*; in quorum gratiam a *Macedonibus* jam nummos colligere coeperat, quorum liberalitatem aequare, vel potiùs superare, deberent *Corinthii*: Cumque illos, quos erogarent *Corinthii*, nummos Apostolus *Hierosolymam* deferre constituisset, & fortè brevi temporis spatio inter eos versari posset, optabat, ut nummos istos haberent paratos.

Ex his omnibus Apostolo nata est multiplex scribendi occasio: Ex quâ, rectè consideratâ, facilè judicare poterimus de scopo hujus Epistolae.

Scopus igitur hujus Epistolae est, Adversariorum molimina prava irrita reddere; piosque instruere, quâ ratione seductoribus resistere queant; adeoque pro se ipso, hunc in finem, Apologiam scribere; se ipsum magis magisque conscientiae *Corinthiorum* commendare; de certitudine sui adventûs, & potestatis, sibi, tamquam Apostolo, in contumaces & protervos concessae, omnes convincere; defectûs emendare; verè

poenitentes verò consolari, omnesque pios ad studium caritatis, promptaeque liberalitatis excitare.

Haec omnia pertinebant ad *Corinthiorum* consummationem, quam optabat Apostolus, & ab omnibus, jam indicatis, partibus, promovere studebat. Hic finis erat hujus scriptionis.

Ut autem simul significaret, ex quo tenerrimo affectu hoc studium proficisceretur, ostendit, se, hoc si assequeretur, maximâ laetitiâ fore exultaturum.

Hinc est, quod elegantissimè totam hanc Epistolam eò quasi dirigat, ut sibi viam pararet, quâ posset cum hac sanctâ laetitiâ ad eos venire.

Huc, tamquam ad centrum lineae, possunt referri omnes partes Argumenti hujus Epistolae, elegantissimo & sapientissimo ordine dispositae; uti Analysis, quam brevissimam hîc tantùm dabimus, ostendet: Quae uberiùs diducta in Commentario meo *Belgico* videri potest.



AR-

ARTICULUS QUINTUS,

EXHIBENS

ANALYSIN EPISTOLAE II.

AD CORINTHIOS,

integrae.

EPistola secunda ad *Corinthios*, scripta ut praepararet *Corinthiorum* & *Achaeorum* animos, ut *Pauli* ad eos adventus esset cum mutuâ spirituali & sanctâ laetitiâ, tres, uti pleraeque, habet partes:

I. Inscriptionem. Cap. I. 1. & 2.

II. Argumentum Epistolae. Cap. I. 3.--XIII. 11. Quo

A. Demonstrat, nullas esse caussas, cur alieniori nunc erga *Paulum* fierent animo, quod cupiebant Pseud-Apostoli, seductores, schismatici. Cap. I. 3.--VI. 11.

Hoc fine

ℵ. Refutat illos, qui declinationem a proposito, quod Apostolus antè susceperat, in malam partem interpretabantur. Cap. I. 3.--III. 1. Ubi

a. Per modum Exordii, commemorat perpessiones suas in *Asiâ*, suamque constantiam & fiduciam in illis tolerandis. Cap. I. 3.--15.

b. Ipsam calumniam adgreditur, & refutat. Cap. I. 15.--III. 1.

II.A.א.*b*.

(α) Differens de verâ caussâ mutati consilii. Cap. I. 15.--II. 12.

(β) Exponens animi sui affectûs, nec non exoptatos itineris sui usque in *Macedoniam* fructûs. Cap. II. 12.--III. 1.

ב. Defendit excellentiam ministerii Novi Testamenti, suamque muneris accepti administrationem. Cap. III. 1.--VI. 11.

Hîc videas

a. Praemissam praefationem, quâ suspicionem studii vanae gloriae amolitur. Cap. III. 1-7.

b. Ipsam defensionem suscipit. Cap. III. 7.--VI. 11.

(α) Excellentiae ministerii Novi Testamenti. Cap. III. 7.--12.

(β) Administrationis muneris sui, sive modi, quo ipse cum sociis spartam, quam nacti erant, exornaverit. Cap. III. 12.--VI. 11.

Id quod demonstrat

1. Ratione praedicationis suae. Cap. III. 12.--VI. 3. Et quidem

AA. Quod ad apertum praedicandi modum, absque simulatione, vel mixturâ eorum, quibus fortè *Gentibus* vel *Judaeis* placere, atque sic persecutiones effugere possent. Cap. III. 12.--VI. 1.

BB. Quod ad incitationem hominum ad pietatem, statui & beneficiis Novi Testamenti convenientem. Cap. VI. 1. & 2.

2. Ratione suae conversationis. Cap. VI. 3.--11.

B. Ve-

II. A.

B. Vehementissimè simul, & amicissimè hortatur ad varia officia. Cap. VI. 11. -- X. 1.

א. Generatim, ad ulteriorem emendationem. Cap. VI. 11. -- VIII. 1.

ב. Speciatim, ad largam, promptamque liberalitatem, in gratiam Sanctorum pauperum in *Judaeâ.* Capp. VIII. & IX.

C. Seriò & graviter admonet de potestate Apostolicâ, protervos castigandi, sibi concessâ, ne, comminationibus suis spretis, cogeretur severiùs in eos animadvertere. Cap. X. 1. -- XIII. 11.

Ubi

א. *Corinthios* hortatur, ut ne flocci faciant suas comminationes. Cap. X. 1--12.

ב. Pseud-Apostolis, Seductoribus, & Obtrectatoribus, Apostolum Thrasonismi accusantibus, vocem praecludit. Cap. X. 12. -- XII. 19.

ג. Redit ad susceptam gravissimam adhortationem. Cap. XII. 19. -- XIII. 11.

III. Conclusionem. Cap. XIII. 11. usque ad finem Epistolae.



AR-

ARTICULUS SEXTUS,

SIVE ULTIMUS,

De Elegantiâ, Divinitate & Utilitate hujus Epistolae.

ELegantem & prudentissimam esse Methodum, quâ Apostolus varias Argumenti hujus Epistolae partes disposuit, ipsa Analysis cordatos Lectores docet. Quod distinctè ostendi in Prolegomenis, Commentario meo Belgico praemissis, pag. 117. & 118.

Divinitas hujus Epistolae demonstratur; partim argumento generali, probando eam esse Apostoli *Pauli* foetum; *Paulum* autem fuisse Apostolum, omnibus characteribus, & (liceat ita minùs Latinè loqui) Credentialibus munitum; partim speciali, desumpto a Sanctitate Scopi, Sapientiâ planè incomparabili, consensu cum reliquis Scripturis, & Profetiis Veteris Testamenti rectè adplicatis.

Maximam quoque utilitatem, non privatis tantùm, sed imprimis Ecclesiae praefectis adferet utilitatem; quam enucleatiùs, breviter tamen, indicavi, Prolegomenorum, Commentario praemissorum, Capite ultimo, §. 12. pag. 119.

FINIS.




Digitized by Google

